



POLITICORVM,
HOC EST CIVILIVM
LIBRORVM TERTIVS
ARISTOTELIS STAGIRITÆ,

AB ANTONIO MONTECATINO
Conuersus in Latinam linguam, et commentarijs illustratus.

AD ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.
FRANCISCVM SFORTIAM
S. R. E. Cardinalem, & Principem.

Cum duplici Indice, vno capitum, altero rerum.







FERRARIÆ
Excudebat Victorius Baldinus,
Typographus Ducalis. 1597.







ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.

FRANCISCO SFORTIAE CARDINALI, ET PRINCIPI.





ANTONIVS MONTECATINVS FOEL.



XIMIIS naturæ dotibus, quas Plato aurum vocauit, ornatißime Cardinalis, animos eorum exornari, qui respublicas, ciuitatesq; essent optimè administraturi, optimiq; futuri Principes, hoc est veri Reges, aut veri Optimates, uniuersa semper consensit schola sapientum: neq; has quidem fore satis: accedere ad eas proborum morum informationem (educationem appellant) orbemq; illum disciplinarum, ab eodem Platone in libris de Legibus, & de Republica descriptum, cuius centrum religio est, oportere: tandem verò rerum vsum, ac peritiam adiungi. Cuncta hæc porrho nemini magis, quàm tibi, ò vir regie, regiaq; de stirpe SFORTIADVM oriunde, contigerunt. Equidem tua ista vbertas, & fœcunditas ingenij, iudicij acrimonia, animi elatio, magnitudoq;, iustitiam, & benignitatem nihilominus colentis, perspicacia, solertia conspicuæ per se, ac notæ omnibus sunt. quæ cœlestia dona Excellentißimus, idemq; optimus, ac sapientißimus Pater tuus egregia institutione, quam mihi tu olim, pro reliqua humanitate tua, exponere non recusasti, aluit, adauxitq;: & tu improbis laboribus, studijsq; per omnes erudtionis, scientiæ, sapientiæ, exercitationis gradus, non solùm vrbanis in rebus, sed etiam in militaribus, omni genere perfectarum virtutum decorasti. Vt cætera taceam: in historia, probarum, excelsarumq;

actionum matre, & magistra, ecquem tecum comparabimus, non dico Principum, & ciuilibus negotijs occupatorum virorum, sed priuatorum, qui otiosi se se totos huic facultati tradiderunt? Memini sanè, quum te primùm salutandi causâ in istoc tuo vrbano prædio adijssem; quàm multa, & quàm copiosè, distinctèq; singula ex Herodoti, Thucydidis, Xenophontis libris, quasi illos tunc legeres, enarraueris: vt me stupor potius, quàm admiratio, caperet. Tantis igitur præsidijs primùm adolescens Belgico in bello magna de te exempla; maiorem spem dederas. mox inde fræno obedientiæ retractus, ad Optimatumq; Christianæ reipublicæ ordinem, per Gregorium XIII. integerrimum, ac prudentissimum Christi Vicarium, prouectus; talem te deinceps in comitijs, quæ pro creandis summis Pontificibus ab eo die habita sunt; talem in regendis, ad quas missus es, Prouincijs; talem in vestris istis amplissimorum Senatuum sacris consessibus ad consilia maximis de rebus capienda. ad iudicia peragenda semper præbuisti, & præbes: vt fax tua, in altissimo candelabro posita, omnibus luceat, omnibus identidem ad memoriam reuocet, te sic natum, sic educatum; sic edoctum, sic exercitatum fuisse. Ab ijsdem præsidijs destinatum tibi à Deo optimo maximo Christiani regni clauum, tempore maximè idoneo tradendum, iustitia, prouidentiaq; eius nobis pollicentur. Proinde quum hæc ita se habeant; non ineptè penitus fecerim, qui hunc tertium librum Politicorum, in quo Aristoteles de optimo principatu, ac principe, optimate, regeq; absoluto, viro heroe, & supra humanam conditionem erecto; potissimùm tractat; nomine tuo illustrauerim. Eum hilari fronte accipias, oro; non ex mea imbecillitate ipsum æstimans; sed ex Aristotelis, Philosophi omnium, qui vnquàm fuerunt, summi auctoritate. Vale literarum, literatorumq; præsidium, & decus: Montecatinumq; tuum, qui te suspicit, ac veneratur, vt soles, ama.

Dat. Ferrariæ xiij. Kal. Iul. M. D. XCVII.





DISPVTATIONES HVIVS TERTII LIBRI POLITICOR. QVATVOR.

CAPITA QVATVOR ET VIGINTI.





ISPVTATIO PRIMA. De ciue: altero duorum principiorum formalium ciuitatis. Capita quatuor. Textus trigintaseptem.

Caput Primum. Propositio disputationis de Ciue, & causarum eius. Textus vnus, qui est primus.

Caput Secundum. Definitio ciuis: Qui verè, propriè simpliciter ciuis nominatur, ab ijs, qui nomine tantùm sunt ciues, distinctus, & definitus. Partes quatuor. Textus quatuordecim, à 2. ad 16.

Pars prima. Qui nomine tantùm sint ciues. Textus vnus, qui est 2.

Pars Secunda. Qui verè, simpliciter omnino sint ciues. quæ ciuis est definitio. Textus quatuor, 3. 4. 5. 6.

Pars Tertia. Dubitationes duæ aduersus traditam in superiori parte ciuis definitionem: vna ex falsa quadam ciuis vel definitione, vel ad veram definitionem in superiori parte traditam adiunctione: altera ex peregrinis, seruis inquilinis, quibus aliquando, mutato reipublicæ statu, deliberandi, iudicandiq; facultas comunicatur. Textus duo, 7. & 8.

Pars Quarta. Quæstiones incidentes duæ: prior de actis ciuitati attribuendis, aut non attribuendis, coniuncta cum dubitatione, cuius in textu superiori est facta mentio: posterior, coniuncta cum priori, de eâdem, aut non eâdem manente, vocandaq; ciuitate, mutato loco, mutatis hominibus, mutatâ formâ reipublicæ. atque his duabus hærens tertia, quæ non est huius loci, de pactis seruandis à ciuitate, aut non seruandis. Textus septem, à 9. ad 16.

Caput Tertium. Virtus ciuis: Vtrum virtus probi ciuis, ex qua laudatur, & ciuis probus dr, referendo oĩa, seu pareat, seu imperet in ciuitate, ad reipublicę suæ salutẽ, sit eadẽ fundamento, quæ est boni simpliciter viri, ex qua appellatur simpliciter vir bonus, laudaturq; probarum actionum respectu. Partes septem. Textus quatuordecim, à 16. ad 30.

Pars Prima. Proponitur, qua de re sit deinceps consyderandum; & quid antè, vt consyderatio rectè procedat, sumendum. Textus vnus, qui est 16.

Pars Secunda. Adumbratur virtus cõmunis ciuium in vniuersum; è diagrammate cõmunis virtutis nautarum, per locum à simili, ductis lineis. Textus vnus, qui est 17.

Pars Tertia. Prima conclusio: Probi ciuis vniuersè, & boni simpliciter viri virtutem non esse eandem, probatur tribus rationibus. Textus tres, 18. 19. 20.

Pars Quarta. Series disputationis ex conclusione dictorum, & propositione dicendorũ. Textus vnus, qui est 21.

Pars Quinta. Secunda conclusio: Probi ciuis imperantis propriam virtutem, vt parentium, priuatorumq; virtuti opponitur, & virtutem boni simpliciter viri non esse omninò eandem. Textus quinque, à 22. ad 27.

Pars

Pars Sexta. Tertia conclusio: Boni ciuitatum rectè institutarum, & imperio verè ciuili constantium ciuis simpliciter virtutem, & virtutem boni simpliciter viri esse fundamento eandem; atque duplicis quidē in vtroq; similiter partim substantiæ, partim modi, alterius ad rectè imperandum, alterius ad rectè parendum. Textus duo, 27. & 28.
Pars Septima. Conclusio capitis ex enumeratione eorum, quæ in ipso sunt constituta. Textus vnus, qui est 29.
Caput Quartum. Formæ ciuis: & harum explicandarum causâ tractata quæstio, vtrum, & quatenus in singulis rerumpublicarum formis sordidi artifices, & operarij sint pro ciuibus habendi, & nominandi. Partes quatuor. Textus octo, à 30. ad 38.
Pars Prima. Proponitur quæstio, Vtrum sordidi artifices, & operarij sint in ciuibus numerandi; cum vna in negantem, cum duabus in aientem partem rationibus. Textus vnus, qui est 30.
Pars Secunda. Solutio quæstionis adumbratur, respondendo rationibus, & obiectis, quæ pro aiente parte contra negantem proposita sunt, aut proponi possent. Textus duo, 31. & 32.
Pars Tertia. Soluitur perfectè quæstio; indicatis tribus ciuium formis, de quibus in argumento capitis est dictum. Textus quatuor, à 33. ad 37.
Pars Quarta. Concluditur vniuersa hæc de ciue disputatio; eorum, quæ in tribus eius posterioribus capitibus tradita sunt, summâ repetitâ, nonnullisq; additis. Textus vnus, qui est 37.
DISPVTATIO SECVNDA. Definitio vniuersalis, Diuisio duplex, Formę primæ reipublicę: earumq; formarum definitiones, & differentiæ. Capita tria, v. vj. vij. Textus nouem, à 38. ad 47.
Caput Quintum. Propositio eorum, de quibus deinceps est differendum: & definitio vniuersalis reipublicæ. Textus duo, 38. & 39.
Caput Sextum. Diuisio prima reipublicæ in duo genera, in rectas, & in aberrantes respublicas. Partes duæ. Textus quatuor, à 40. ad 44.
Pars Prima. Substructiones, seu hypotheses ad diuisionem rerumpublicarum in rectas, & in aberrantes duæ: vna de finibus ciuitatis: altera de imperij ad ciuiles domesticasq; hominum inter se societates pertinentis generibus. Textus tres, 40. 41. 42.
Pars Secunda. Respublicę, ex duabus substructionibus proximè positis, superiorìq; definitione, in rectas, & in aberrantes distributæ: atq; vtræq; suâ propriâ notâ, seu differentiâ, à fine sumptâ, definitæ, & ab alteris distinctæ. Textus vnus, qui est 43.
Caput Septimum. Diuisio secunda reipublicę, hoc est vtriusq; generis eius, seu rectarum, aberrantiumq; rerumpublicarum in ternas species. Textus tres, 44. 45. 46.
DISPVTATIO TERTIA. Tres meditationes de quibusdam quasi principijs rerumpublicarum formalibus, ad earum distributiones duas, sexq; species, & rationes, differentiasq; specierum, in duobus superioribus capitibus propositas, atq; ad multa alia, quæ in his libris dicentur, illustranda, explicanda, confirmanda. Capita octo, ab octauo ad decimumsextum. Textus quinquagintaquinque, à 47. ad 102.
Caput Octauum. Propositio deinceps dicendorum, & causa. Textus vnus, qui est 47.
Caput Nonum. Meditatio prima de proprijs differentijs, quibus principatus paucorum, & status populi distinguuntur inter se, ac definiuntur. Textus quinque, à 48. ad 53.
Caput Decimum. Meditatio secunda de duobus iustis; vno principatus paucorum; altero status populi, quibus vtriq; de dominatu ciuitatis inter se, aduersusq; veritatem contendunt; & de tertio probæ reipublicæ, quod cum illis comparatur. Textus duodecim, à 53. ad 65.
CApita quinque, ab vndecimo ad decimumsextum. Meditatio tertia de summo imperio, seu summa potestate, aut dominatu ciuitatis iure optimo vendicando, ac tradendo.
Caput Vndecimum. Proponitur disputationis habendæ caput, cum ratione, cur habenda. Textus vnus, qui est 65.

CApita tria: Duodecimum, Decimumtertium, Decimumquartum. Quædam quasi velitatio: Quod nam è propositis sex generibus personarum, ac rerum, & septimo quodam, quod leges faciunt, summam in ciuitate potestatem habere, vtile, iustumq; naturâ videatur, aut non videatur, aut magis, minusúe videatur.

Caput Duodecimum. Afferuntur argumentationes, quibus aduersus sex proposita genera personarum, ac rerum probari videatur, quodcunque eorum summam in ciuitate potestatem obtineat; iniustam rem esse, ac perniciosam ciuitati. Textus octo, à 66. ad 74.

Caput Decimumtertium. Comparantur inter se è sex hominum ciuilibus dominatibus paulo antè expositis, dominatus, populi vniuersi, & dominatus optimorum paucorũ; dilatis in alia loca reliquorum comparationibus, de quibus existant controuersiæ. Partes duæ, pro duabus quæstionibus, quæ in eo tractantur.

Pars Prima. Quæstio prior: Vtros melius sit in ciuitate summam potestatem habere, populum'ne vniuersum, an de eo optimos paucos. Textus quatuor, à 74. ad 78.

Pars Secunda. Quæstio posterior: Vbicunq; populus vniuersus dominabitur, hoc est vbicunque instituenda erit vocata respublica, quarum rerum, & quatenus summam potestatem plebs, idest multitudo ciuium, qui, sola libertate alijs pares, nec diuitiarum, nec virtutis dignationem vllam obtinent, habere debebit. Textus septem, à 78. ad 85.

Caput Decimumquartum. Comparatur vniuersè legum rectarum dominatus cum hominum ciuilibus dominatibus. Textus duo, 85. & 86.

Caput Decimumquintum. Explicatio, constitutioq; causarum, seu bonorum, aut dignitatum, ex quibus petuntur, & tribuuntur, & ex quibus iure peti, tribuiq; possunt, ac debent dominatus, siue summæ potestates ciuitatũ. Partes sex. Textus quindecim, ab 87. ad 102.

Pars Prima. Propositio, & causa duplex dicendorum. Textus vnus, qui est 87.

PArtes Quatuor, ij. iij. iv. v. Quorum bonorum æstimatione, quæ fundamentum æqualitatis, inæqualitatisq; personarum, ac dignitates vocamus, iure petatur, & non petatur, tribuatur & non tribuatur magis, & minus, aut nullo modo summa potestas, seu dominatus in ciuitatibus.

Pars Secunda. Non pro quolibet bono, & pro cuiuslibet boni præstãtiâ, ét cæteris paribus, iure peti, tribui'ue summã potestatẽ, & imperium in ciuitatibus. Textus vnus, qui est 88.

Pars Tertia. Quæ nam propriè sint bona, pro quibus, quorumq; pręstantiâ iure peti, & tribui ciuitatum magistratus, imperia, ac tandem summæ potestates, seu dominatus videantur. Textus vnus, qui est 89.

Pars Quarta. Disceptatio, an propter vllum, & propter quod maximè, ac simpliciter expositorum bonorum, propter quæ iure peti, tribuiq; dominatus ciuitatis videbatur posse, verè peti, tribuiq; iure possit, ac debeat. Textus quatuor, 90. 91. 92. 93.

Pars Quinta. Decisio desceptationis, & litis vniuersæ; ex quo bono vno, vel pluribus maximè, ac simpliciter iure postulari, tribuiq; dominatus ciuitatis possit, ac debeat, & tam generaliter ciuitatis, quàm nominatim ciuitatis optimę futuræ, singillatimq; vniuscuiusque aliarum. Textus vnus, qui est 94.

Pars Sexta. Dubitatio duodecim membrorum de optimis, & potentissimis viris, vt ad ciuitatem referuntur, ex proximè positis nascens, proponitur, & tollitur: cunctis ijs membris partim cõiunctè, partim separatè dissolutis. Interea duę è tribus simplicibus, rectisque, ac perfectis rerumpublicarum formis, regía, & aristocratia, in apertum producuntur. Textus septem, à 95. ad 102.

DISPVTATIO QVARTA. Regij principatus modi, & bonitas ad ciuitatem simpliciter, & ad certa genera ciuitatis. Capita nouem, à decimosexto per totum librum. Textus trigintanouem, à 102. ad nouissimum, qui est 140.

Caput Decimumsextum. Propositio, Causa, & Series deinceps in hoc lib. dicendorum. Textus vnus, qui est 102.

Caput Decimum septimum. Prima pars quartæ disputationis, quæ est de modis regij principatus. Textus octo, à 103. ad 111.

CA-

CApita quatuor, à Decimo octauo ad Vigesimum secundum. Pars secunda quartæ disputationis: quæ est de bonitate, seu de iustitia, vtilitateq; regij principatus simpliciter, & comparatè. Textus vigintiseptem, à 111. ad 138.
Caput Decimum octauum. Quędam quasi propositio, & distinctio expositorum regni modorum, in quibus propositæ de bonitate regij principatus generaliter quæstiones tractandæ in præsentia sunt, aut non tractandæ. Textus duo, 111. & 112.
Caput Decimum nonum. Disceptatur rationibus probabilibus de bonitate regij principatus, nimirum quinti eius modi, cum legum optimarum, cum optimorum paucorum, cum populi vniuersi principatu comparati. Partes tres. Textus quatuor, à 113. ad 117.
Pars Prima. Controuersia prima, & prima contentio principatus vnius optimi viri, idest veri regis, libera potestate, perfectaq; virtute ciuitatem administrantis, cum cuiusuis, & quorumuis optimis legibus astricto principatu. Textus vnus, qui est 113.
Pars Secunda. Secunda controuersia, & secunda contentio principatus vnius optimi viri, idest veri regis cum populi vniuersi principatu, quam propriè rempublicam appellant, in ijs rebus iubendis, ordinandisq; de quibus leges aut prorsus non sunt latæ, ferriúe nequaq̃ possunt, aut latæ optimæ non fuerunt, aut desierunt esse optimæ. Textus vnus, qui est 114.
Pars Tertia. Tertia controuersia, & tertia contentio principatus vnius optimi viri, idest veri regis cum plurium vno optimorum principatu, hoc est cum aristocratia in ijs rebus iubendis, & ordinandis, de quibus leges statuere aut prorsus, aut perfectè non possunt, & omninò in ijs, de quibus vel nullę latæ sunt, ferriúe leges queunt, vel latę optimę non fuerunt, vel desierunt esse optimæ. Textus duo, 115. & 116.
Caput Vigesimum. Aliæ quædam rationes probabiles pro republica propriè appellata, pro aristocratia, pro dominatu ex optimis legibus contra regnum promiscuè allatæ. Textus quindecim, à 117. ad 132.
Caput Vigesimum primum. Deciditur tota quæstio de bonitate, seu de iustitia vtilitateq; regij principatus simpliciter, & comparatè. Partes huius capitis tres. Textus sex.
Pars Prima. Decidendæ huius quæstionis modus indicatus. Textus vnus, qui est 132.
Pars Secunda. Hypotheses tres pręmissæ. Textus quatuor, à 133. ad 137.
Pars Tertia. Tota quęstio de bonitate, hoc est de iustitia, & vtilitate quinti modi regij principatus, simpliciter, & comparatè decisa. Textus vnus, qui est 137.
Caput Vigesimum secundum. Conclusio huius quartæ disputationis per commemorationem eorum, quæ in ipsa sunt explicata. Textus vnus, qui est 138.
Caput Vigesimum tertium. Appendix, seu tertia pars quartæ disputationis, de disciplina, & moribus futuri veri regis, vnaq; futuri veri optimatis à vero rege excellentiâ virtutis minimè differentis: Quænam sint. Textus vnus, qui est 139.
Caput Vigesimum quartum. Continuatio ad ea, quæ in hoc proprio de Republica tractatu restant dicenda. Textus vnus, qui est 140.






IN TERTIVM ARISTOTELIS POLITICORVM,

Seu Ciuilium Librorum.

ANTONII MONTECATINI Commentarius.

ARGVMENTVM LIBRI.

DVORVM principiorum Ciuitatis formalium; Ciuis, & Reipublicæ; illius omnia, quæ tractari à ciuili philosopho debent; istius quædam, cæteris ad sequentes tres libros, in quibus tractabuntur, destinatis.



CAPVT PRIMVM. TEXTVS PRIMVS.

Argumentum Textus primi.

Propositio [k] *disputationis de ciue,* [a] *& causarum eius.* K. m. n. a. ad K. l. o. & inde per tot.

Tx.1 Ei, qui de Republica, [b] & quæ vnaquæque, & qualis sit, consyderat; [c] prima ferè sese offert de ciuitate consyderatio, vt videat, [d] quid nam sit ciuitas. [e] nunc enim ambigunt, alij quidem dicentes à ciuitate rem actam esse; alij non à ciuitate, sed à paucorum statu, vel à tyranno. [f] ciuilis autem viri, & legúlatoris omnem curam, operamq; cernimus in ciuitate versari. [g] atque respublica est eorum, qui ciuitatē incolunt, ordo quidam. [h] quoniam autem ciuitas è compositorum est genere, [i] quemadmodum aliud quidpiam eorum, quæ vniuersa quidem sunt, sed multis è partibus constant: [k] planum est priùs de ciue quærendum esse. [l] est enim ciuitas ciuium multitudo quædam. [m] quare quem oporteat vocari ciuem, [n] & quis sit ciuis, consyderandum. [o] Nam & de ciue sæpenumerò ambigitur. [p] non enim eundem consentiunt omnes esse ciuem. [q] Est enim quidam, qui, quum in populari statu sit ciuis, [r] in paucorum potestate sæpenumerò ciuis non est.

[f] τοῦ πολιτικοῦ ciuitatis regendæ idonei.

[a] Τῷ περὶ πολιτείας ἐπισκοποῦντι [b] καὶ τίς ἑκάστη, καὶ ποία τις, [c] σχεδὸν πρώτη σκέψις περὶ πόλεως ἰδεῖν, [d] τί ποτέ ἐστιν ἡ πόλις. [e] νῦν γὰρ ἀμφισβητοῦσιν οἱ μὲν φάσκοντες τὴν πόλιν πεπραχέναι τὴν πρᾶξιν, οἱ δ' οὐ τὴν πόλιν, ἀλλὰ τὴν ὀλιγαρχίαν, ἢ τὸν τύραννον. [f] τοῦ δὲ πολιτικοῦ, καὶ τοῦ νομοθέτου πᾶσαν ὁρῶμεν τὴν πραγματείαν οὖσαν περὶ πόλιν. [g] ἡ δὲ πολιτεία τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων ἐστὶ τάξις τις. [h] ἐπεὶ δ' ἡ πόλις τῶν συγκειμένων, [i] καθάπερ ἄλλο τι τῶν ὅλων μὲν, συνεστώτων δ' ἐκ πολλῶν μορίων. [k] δῆλον ὅτι πρότερον ὁ πολίτης ζητητέος. [l] ἡ γὰρ πόλις πολιτῶν τι πλῆθός ἐστιν. [m] ὥστε τίνα χρὴ καλεῖν πολίτην, [n] καὶ τίς ὁ πολίτης ἐστὶ, σκεπτέον. [o] καὶ γὰρ ὁ πολίτης ἀμφισβητεῖται πολλάκις. [p] οὐ γὰρ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦσι πάντες εἶναι πολίτην. [q] ἔστι γάρ τις, ὃς, ἐν δημοκρατίᾳ πολίτης ὢν, [r] ἐν ὀλιγαρχίᾳ πολλάκις οὐκ ἔστι πολίτης.

Var. Lect. [k] δῆλον ὅτι. *Sic in melioribus græcis libris, & versionibus. In Isingr. Aldin. Lambin. scriptum est coniunctè* δηλονότι.

EXPLANATIO.

De ciue disputādum, & quo primum de ipso inuestiganda.

Causæ, & rationes huius disputationis duæ.

[k] IAM de ciue, [m] quem oporteat ex vocabuli vsu vocari ciuem; K. m. [n] & quis verè, simpliciterque ciuis sit, [k] antequā de republica disseratur, consyderandum est. Causæ duæ; [h] vna ad vtilitatem; [o] altera ad difficultatem pertinens: & hanc duplicem, [o] alterā ab hominibus, [q] alteram à re nascentem. [h] Causa, & ratio prima, spectans vtilitatem, ducitur à composito, hoc est à ciuitate, cuius ciuis est principium formale. Nam [h] ciuitatem esse vnam quandam è rebus compositis, ac demum multitudinem quandam ciuium, vt dictū est n. K. priùs. h. ad o. o. & inde. o. p. q. r. h. ad o. h. i.

Ciuitas est in genere rerum compositarū.

i.k. eſt etiam in textu tertio libri primi; ᵃ nullamque rerum compoſitarum, multisúe ex partibus conſtantium, ſiue elementorum, partiumq́; ſuarum explicatione cognoſci perfectè poſſe ex eodem tertio textu libri, & per ſe quoque eſt manifeſtum. ❴ locus à genere. ❵ ᵃ Neceſſariam autem eſſe cō-ſyderationem ciuitatis, tripliciter per locos à fine oſtenditur. ᵃ primùm ex eo, quòd ᵃ cuicunque de republica, ᵇ eiusq́, formis, quæ, & qualis vnaquæque earum ſit, quemadmodum nunc nobis, inſtituta eſt diſputatio; ᶜ ei ferè prima omnium cōſyderatio incumbit, & inueſtigatio, quidnam ciuitas ſit: ᵉ ſiquidem de hac ambigitur, vtrum, & quatenus à republica, ſtatuq́; reipublicæ ſit diuerſa; & de multis decretis, actionibusq́; publicis alij aiunt à ciuitate ea acta, ſuſceptaq́; eſſe; alij non a ciuitate, ſed ab eius dominis, & ſummo magiſtratu. ᶠ deinde oſtenditur ex eo, quòd viri ciuilis, hoc eſt ciuilium rerum periti, ac legumlatoris, qui hiſce in libris inſtruuntur, curam, operamque vniuerſam in ciuitate verſari cernimus. ᵍ tertiò ex eo, quòd reſpublica, de qua, vt diximus, nunc eſt diſputatio inſtituta, ordo quidam, conſtructioq́; certa eorum eſt, qui incolunt ciuitatem. ᵒ Cauſa, & ratio ſecunda, propter difficultatem in hominibus poſitam, ducitur ab euentis. nam de ciue verè, ſimpliciterque ſic nominato, ſæpe contenditur: alijs aliùs ſortis virum eſſe talem ciuem aientibus. ᵠ Cauſa, & ratio tertia, propter difficultatem, quam res affert, à definitione ſumitur: ſiquidem reipſa vſuuenit, vt aliquis exempli gratia in ſtatu populari ciuis ſit, & adminiſtrationum publicarum particeps, qui in paucorum dominatione non ſit talis. ᵠ Atque hæc quidem tertia ratio, difficultasq́; rei naturam conſequens cauſa eſt ſuperioris difficultatis proficiſcētis ab hominibus. quia nanque alius alibi reipſa eſt ciuis: contendunt homines de vero ciue, ſimpliciterq́; ſic nominato; & alius alium inducit.

Compoſita cognoſcendi modus.

Ciuitatis conſyderatio, neceſſaria.

SCHOLIA.

ᵃ Ei, qui de Republica, &c. *Propoſitū eſt in principio libri ſecundi eſſe de republica diſſerendum. de qua diſſeri, niſi priùs de ciuitate diſſeratur, non poteſt. & diſputatum quidem eſt de ciuitate in Cap. 4.5.6. primi libri. ſed diſputatio illa non eſt abſoluta: nec intelligitur planè quid ſit ciuitas; niſi explicentur genera ciuium, & quis vocari ciuis debeat, quis ſit verè, primoq́, ciuis, conſtituatur. quamobrem ante ſermonem de republica quærendum eſt etiam de ciue, & eius formis.*

Qui de Republica, & quæ vnaquæque, &c. *Non qui de republica quouis modo, ſed qui ita de republica, vt naturam eius in vniuerſum, cunctasq́, formas, ſeu ſpecies huius naturæ, & eſſentias, accidētiaq́, ſingularum ſpecierū contēpletur.*

ᵇ Quæ vnaqueq; & qualis. *His duobus capitibus, De eſſentia, & De accidētibus, abſoluitur vniuſcuiusque rei diſſertatio, vt ad tex. 1. lib. tertij de Anima annotaui.*

ᶜ.ᵈ. Prima ferè ſe ſe offert de ciuitate, &c. *Dictum eſt de ciuitate in primo libro à tex. 16. ad 28. allataq́, eius definitio in 16. textu. De republica autem, eiusq́, formis, eſſentijs, & accidentibus formarum dicetur poſt hanc de ciue diſputationem.*

ᵉ Alij quidem dicentes à Ciuitate, &c. *Citatur hic locus infra in tex. 9.*

ʰ Ciuitas è compoſitorum eſt genere. *Idem infrà in tex. 13.*

ᶦ Priùs de ciue. *Quàm de republica, non quàm de ciuitate.*

ᵏ Ciuitas eſt ciuium multitudo quædam. *Idem infrà in tex. 6. & 13.*

ᵠ Eſt enim quidam, &c. *Vt ex tex. ſ. liquebit.*

Diſputationum de republica, de ciuitate, de ciue inter ſe ordo.

Cōſyderatio de republica hic propoſita qualis.

Duo capita cuiuſuis diſputationis perfectæ.

Propoſita hic de ciuitate, & de republica vbi conſtituantur.

*[Series ad tex. 1.2

Definitio Ciuis.

CAPVT SECVNDVM.

Ciuis, qui verè, propriè, simpliciter sic nominatur, ab ijs, qui nomine tantùm sunt ciues, distinctus, & definitus.

Scholium in Argumentum huius capitis.

Vera nota, qua ciuis propriè sic dictus definitur.

[a] Civis, qui propriè, simpliciterque dicatur; non habitatione; non fo- a. textu 1.
ri iuribus; non ciuitatis donatione; non expectatione, & spe, quòd aliquã-
do futurus sit ciuis; non memoriâ, quòd aliquando fuerit; non alia re vl-
la veriùs definitur, [b] quàm participatione publici muneris. Quum au- b. tex. 3.4.5.6

Obedientia, & imperio munus publicum omne continetur.

tem munus publicum omne duabus rebus contineatur; obedientiâ, &
imperio: non obedientiâ quidem, quæ in seruos quoque, ac ministros
cunctos, & belluas, & mulieres conuenit: [c] sed imperio ciuis debet de- c. tex. 1. & tex. 4.5.6.

Imperiorum modi multi.

finiri: nec quolibet tamen imperio; quandoquidem & domini, & ar-
chitecti, & viri, & homines imperant: [d] sed imperio magistratus; quod d. tex. 1. & tex. 4.5.6.

Magistratus indefinitus, & definitus.

proprium est ciuium: [e] magistratusque in definiti, non certo definiti tẽ- e. tex. 3 d. tex. 4
pore: quippe illo ciues in statu suo collocantur, & remanent: isto supra e. tex. 5. t. u.
ciuium sortem propemodum attolluntur; & quatenus talem gerunt ma-
gistratum, iam ciues non sunt, nec vocantur, sed præfecti ciuium. [f] Hoc f. ex tex. 3.4.5.6

Ciuis, qui propriè sic nominatur definitio generalis.

itaque modo optimè, quoad eius fieri potest, ciuem definies: Ciuis cu-
iusque ciuitatis est is, [g] qui duarum è tribus reipublicæ partibus, seu duo- g. ex tex. 3. a. d. & tex. 6. a. b.
rum publicorum munerum eiusdem ciuitatis, iudicandi, & deliberandi,
[h] alterutriusue ipsorum aut est reipsa, aut esse particeps potest: [i] in repu- h. tex. 6. b. i. tex. 3. c. d. tex. 3. K.
blica quidem populari semper est particeps ex magistratu, imperioque
indefinito ([k] sic enim communem auctoritatem in duobus illis muneri- K. tex. 4. d.
bus residentem, & nomine communi vacantem nunc appellamus) atque
ex hoc sanè solo magistratu, imperioque indefinito per se munerum illo-
rum est particeps, non per vllum alium: [l] in cæteris autem rebuspublicis l. tex. 5. b.
accidit fortè aliquando vt particeps sit ex eodem indefinito magistratu
solo, & per se; [m] esse verò particeps potest sua conditione, ac penè sem- m. tex. 5. ex t. u.
per ex eodem magistratu indefinito, cæterùm non iam solo, & per se, sed
per definitos, certorumque temporum magistratus, qui propriè magi-
stratus vocantur, deliberationibusque, ac iudicijs sunt oppositi; [n] pro- n. tex. 5. n.

Definitionis huius perfectio.

ptereaquòd ijs solis definitis magistratibus aut omnibus, aut quibusdam
illorum duorum munerum inibi ius permittatur. [o] Non necesse est adde- o. tex. 7.
re ad hanc ciuis definitionem, vel eum omnino definire, quòd sit natus,
prognatusue è ciuibus. imò qui hoc faciant, falli duabus rationibus
ostendetur. [p] Nec obstat, inquilinos, & seruos, & peregrinos aliquan- p. tex. 8.
do, formâ reipublicæ mutatâ, participes deliberationũ, iudiciorumque
fieri: nam illi quoque facti participes, verè, ac simpliciter ciues sunt;
licet fortasse iniustè, & immeritò sint ciues. Quod vt pleniùs intelligi,
determinarique possit; [q] quæretur quasi ἐν παρόδῳ, de ijs, quæ publico no- q. tex. 9.
mine aguntur, quæ sint actiones ciuitatum existimãdæ, quæ minimè. [r] Et r. tex. 10. usque ad 15.
ad hãc itẽ persoluendã quęstionẽ adhibebitur, soluetur que altera de causis,
& modis, quibus manet, aut nõ manet, vocãdaque est eadẽ, & nõ eadẽ vna-
quæque ciuitas. quæ oĩa, suo quidque loco, declarabũtur. Partes huius capi-
tis quatuor. Textus quatuordecim, à 2. ad 16. distributi ad hunc modũ.

A

Qui

A

Qui nam solo nomine sint ciues, explicatum: enumeratis eorum varijs modis. Pars Prima. — Tex. 2.

Qui nam re ipsa, hoc est verè, simpliciter, omnino sint ciues, declaratum: tradita ipsorum definitione. Pars Secunda.

— Indistinctè, & confusè verus ciuis definiri cœptus indefiniti magistratus participatione. — Tex. 3.

— Dubitatur aduersus id, quod proximè dictum fuit de indefinito magistratu. Eijcitur dupliciter dubitatio. Et ex eiectione definitio ciuis, in superiori textu tradita, confirmatur. — Tex. 4.

— Ostenditur, allatam in textu 3. ciuis definitionem non in omnium atq; rerumpublicarum, sed in popularis maximè, & necessariò; minus, & fortuitò aliquando in aliarum ciues conuenire. Rationes duæ: quarum in secunda indicatus modus definitionem illam ciuis dupliciter corrigendi. — Tex. 5.

— Concluditur definitio ciuium vel vna omnium, si vocabulum, potestas, latiùs, vt actum quoque comprehendit, sumatur: vel, si sumatur propriè, vt actum excludit, gemina, altera in populariũm rerumpublicarum, altera in reliquarum ciues quadrans. Ex hac ciuium definitione repetita pro parte definitio ciuitatis, quam suprà textus sextusdecimus primi libri explicauerat: vt intelligatur, necessariam esse consyderanti de republica de ciue consyderationem. — Tex. 6.

— Dubitationes duæ aduersus traditam in superiori parte ciuis definitionem. Pars Tertia.

— Dubitatio prima ex falsa quadam ciuis vel definitione, vel ad veram definitionem in superiori parte tradita adiunctione. Refutatio huius adiunctionis, & dubitationis duplex. — Tex. 7.

— Dubitatio secunda ex peregrinis, seruis, inquilinis, quibus aliquando, mutato reipublicæ statu, deliberandi, iudicandique facultas communicatur. Responsio per depulsionem. Ad hanc replicatio. Et replicationis euersio. — Tex. 8.

— Quæstiones incidẽtes duæ: prior coniuncta cũ dubitatione, cuius in textu superiori est facta mentio: posterior cõiuncta cũ priori. Pars Quarta.

— Prior quæstio, cum dubitatione superioris textus cõiuncta: Quanam eorum, quæ publico aguntur nomine, ciuitatum acta existimanda, quæ minimè. Responsio quorũdam falsa, & manca, cum ipsorum fundamento, conuersioneque fundamenti ad responsionem mancam demonstrandam. — Tex. 9.

— Posterior quæstio cohærens cum antecedenti: Quibus modis eadem maneat, vocandaq; sit ciuitas, aut nõ eadẽ, mutata vrbe, mutato populo, mutata forma reipublicæ, ijsdemq; rursus conseruatis; & populo quidem mutato aut toto genere, aut singulis eiusdem generis hominibus, aut multitudine vtcunque aucta, imminutaue extra modum, aut diuisa.

— Proposita in serie disputationis quæstio posterior. — Tex. 10.

— Sex priora posterioris quæstionis capita breuissimè indicata: &, qualis de vnoquoque eorum sit dubitatio, & solutio, admonitum. — Tex. 11.

— Ad duo alia posterioris quæstionis capita, septimum, & octauum, responsum. Plenior responsio vnà cum duabus hærentibus quæstionibus aliò ablegata. — Tex. 12.

A. B

Ad no-

A B

— *Ad nonum quaestionis posterioris caput plenè responsum. Et in eo priora quinque ipsi coniuncta, leuiter indicata, ac soluta.* } Tex. 13.

— *Conclusa quaestionis posterioris (designatis rursus penè verbo capitibus eius sex, nouissimo, & quinque prioribus) decisio. per quam decisionem etiam decisio prioris quaestionis patescit.* } Tex. 14.

— *Connexa cum duabus superioribus tertia cuiusdam quaestionis (de iniuis publico nomine pactis conuentis à ciuitate seruandis, aut nō seruādis) pars difficilior, cuius etiam in textu nono mentio facta fuerat, reiecta ad tempus, & locum magis idoneum.* } Tex. 15.

*

Ciuis nomine tantum

PARS PRIMA CAPITIS SECVNDI. TEXTVS II.

Argumentum Textus Secundi.

Qui nam solo nomine, id est modo quodam, seu cum adiunctione, & imperfectè, non verè, simpliciter, perfectè sint ciues, explicatum: enumeratis eorum varijs modis.

Tex. 2. [a] Eos igitur, quibus alio quodam modò appellatio hæc obuenit, [b] veluti factitios ipsos ciues, missos fieri oportet. [c] Ciuis autem non eo, quòd alicubi habitet, ciuis est: [d] etenim inquilinis, & seruis habitatio communicatur. [e] nec qui iurium fori ita participes sunt, vt arcessi, & arcessere iudicio possint: [f] hoc enim adest etiam ijs, qui ex tesseris, *seu ex pacto, & contractu publico tesseris significato,* in communionem veniunt: isthæc nanque his quoque adsunt. [g] atqui sæpenumero ne istorum quidem perfectè participes inquilini sunt: [h] sed necesse est eis patronum dari. [i] quamobrem imperfectè quodammodo sunt participes huiusmodi societatis: [k] verùm quemadmodum & pueros nondum per ætatē adscriptos, [l] & senes dimissos, dicendum est, esse quidem quodammodo ciues; at non simpliciter admodum; sed adiungendo, illos quidem imperfectos, hos autem effœtos, aut quid aliud tale. [m] nihil enim refert: quandò planum est, quod dicitur: [n] quærimus enim eum, qui sit ciuis simpliciter, & nullum eiusmodi vitium habeat, quod egeat correctione. [o] nam etiam de ignominia notatis, [p] atque exulibus tales esse & dubitationes, & solutiones possunt.

[a] Τοὺς μὲν οὖν ἄλλως πως τυγχάνοντας ταύτης τῆς προσηγορίας, [b] οἷον τοὺς ποιητοὺς πολίτας, ἀφετέον. [c] ὁ δὲ πολίτης οὐ τῷ οἰκεῖν που, πολίτης ἐστί: [d] καὶ γὰρ μέτοικοι, καὶ δοῦλοι κοινωνοῦσι τῆς οἰκήσεως. [e] οὐδ' οἱ τῶν δικαίων μετέχοντες οὕτως, ὥστε καὶ δίκην ὑπέχειν, καὶ δικάζεσθαι. [f] τοῦτο γὰρ ὑπάρχει καὶ τοῖς ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦσι: καὶ γὰρ ταῦτα τούτοις ὑπάρχει. [g] πολλαχοῦ μὲν οὖν οὐδὲ τούτων τελέως οἱ μέτοικοι μετέχουσιν, [h] ἀλλ' ἀνάγκη νέμειν προστάτην. [i] διὸ ἀτελῶς πως μετέχουσι τῆς τοιαύτης κοινωνίας: [k] ἀλλὰ καθάπερ καὶ παῖδας τοὺς μήπω δι' ἡλικίαν ἐγγεγραμμένους, [l] καὶ τοὺς γέροντας τοὺς ἀφειμένους φατέον εἶναι μέν πως πολίτας· οὐχ ἁπλῶς δὲ λίαν· ἀλλὰ προστιθέντας, τοὺς μὲν ἀτελεῖς, τοὺς δὲ παρηκμακότας, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον. [m] οὐδὲν γὰρ διαφέρει: δῆλον γὰρ τὸ λεγόμενον: [n] ζητοῦμεν γὰρ τὸν ἁπλῶς πολίτην, καὶ μηδὲν ἔχοντα τοιοῦτον ἔγκλημα διορθώσεως δεόμενον. [o] ἐπεὶ καὶ περὶ τῶν ἀτίμων, [p] καὶ φυγάδων ἔστι τὰ τοιαῦτα καὶ διαπορεῖν, καὶ λύειν.

Var.Lect. *οἱ μέτοικοι μετέχουσιν, ἀλλ' ἀνάγκη, &c. Sic scriptum est in multis libris. & hanc scripturam vetus interpres, aliique penè omnes sequuti sunt. In Genesiano, & in Aldino post nomen μέτοικοι, omissis verbis mediis, continuò legitur μετέχουσι τῆς τοιαύτης, &c.*

EXPLANATIO.

b. [b] Nec ciuitatis nuda communicatio; [c] nec habitatio; [e] nec ius fori; Ciuium solo nomine, non re, & simpliciter, modi.
c.
e.
k. [k] nec expectatio futuri temporis, quòd aliquando ciuis erit; [l] nec præte-
l. senes dimissos. riti memoria, quòd fuerit aliquando, verum, simplicem, ac perfectum
n. ciuem facit, [n] qualis nunc quæritur, de quo dubitet nemo, qui nullâ ege-
i. at correctione: [i] sed facit quodammodo, idest cum adiunctione, & imper-
m. fectè ciuem, aut quocunque alio simili nomine appellare eum velis: [m] ni-
b. hil enim refert quo vtâre, quum res sit manifesta. [b] Ex primo capite ciues Ciuitate donari sine honorum, & suffragiorum iure.
vocantur οἱ ποιητοὶ πολῖται, ciues factitij, quibus ciuitas sine honorum suf-
fragiorumque iure, sed vt commoda quædam duntaxat veris ciuibus de-
bita, exempli gratia sacrorum, ludorum, epulorum, connubiorum, & si-
c.d. milia consequerentur, certis priuilegijs tributa est. [c] ex secundo serui, & Serui, & Inquilini.
i.k. inquilini, nobiscum per totam vitam habitantes. [i] qui quidem inquilini
g. adeò non sunt perfecti ciues: [g] vt multis in locis ne iurium quidem fori
h. per se participes sint; [h] sed patronum dare eis oporteat, per quem [e] in iu-
e. accessi, & vo- cassere iudicio. dicium adducant, & adducantur. [f] Ex tertio capite, idest ex his fori iu- Exteri, & peregrini.
f. ribus vocarētur ciues alicuius vrbis homines alieni, quicunque ex pacto,
& contractu, fœderibus vtriusque ciuitatis quibusdam, tesserisque vtrin-
que publicè datis, & acceptis firmato, forum, hoc est locum iudicesque,
vbi, & apud quos tam inter se, quam cum veris illius ciuibus agerent, ea
† in vrbe haberent liberũ: † atq; vnà mercatores, aduenæ, peregrini, exteri
k.l. oẽs, quamdiu ibi commorarentur. [k] Ex futuri temporis expectatione, Pueri.
quòd aliquando ciues erunt, voces ciues licet pueros nondum per ætaté
in numerũ ciuium adscriptos; verùm cũ adiunctione, ciues imperfectos.
l. [l] Et ex memoria præteriti, quòd fuerint aliquando iusti ciues, appellabis Senes.
ciues non simpliciter, sed effœtos, & exhaustos ciues ipsos senes, qui pro-
pter ætatem muneribus, administrationibusque publicis sunt exoluti.
o.p. Item [o] exules perpetuos, vt deportatos, quibusque aqua, igneque interdi- Exules, & infamia notati.
cebatur, & perpetuâ notatos infamiâ ex memoria præteriti temporis,
quòd olim fuerint, non sint iam, nec futuri sint ciues, vocabis rectè cum
adiunctione ciues in exilium actos, & notatos infamiâ, non ciues simpli-
citer. ad tempus autem vtrosque, idest tam notatos certi temporis igno-
miniâ, quàm exilio temporali affectos, vt ad tẽpus relegatos, ex vtroque

tempore,

tempore, vel ex alterutro, quòd potiti fuerint, aut sint aliquando potituri iuribus, administrationibusúe ciuitatis, quibus tunc careant, similibus nuncupatis nominibus. Sed & serui pœnæ, & qui ad pretium participandum se venundari passi essent, propter tempus præteritum ciues nominabantur. Et libertini in quibusdam vrbibus, propter tribus, partesque ciuitatis, in quas erant descripti, dignabantur nomine ciuium, quanuis ius suffragiorum non obtinuissent. Et mulieres quoque nominantur ciues propter viros, ad quos referuntur. Hi sunt, qui nomine tantùm, non re sunt ciues. quos in præsentia philosophus missos facit.

Serui pœnæ.

Qui venundari se ad pretium participandum sunt passi.

Mulieres.

SCHOLIA.

[Alio quodã modo] [Obuenit] Quibus alio quodam modo appellatio hæc obuenit. *Non quia sint reuera ciues, quorum multitudo ciuitatem constituat; vt in proximo ex. u dicebatur. Obuenit autem: quasi temere, & cum nulla; vel exigua ratione sic appellentur.* a.

Tesseræ inter ciuitates. Qui ex tesseris οἱ ἀπὸ συμβόλων. *De his tesseris ciuitatum, inter quas fœdera pro belli societate, vel pactiones pro mercatura exercenda sancita essent, mentionem quoque faciet Philosophus infrà in tex. 17. & nos ibi nonnulla adiungemus.* c.

[In communionem.] In communionem veniunt. *Vel iurium fori cum ciuibus, vel inter se alicuius commercij.*

Inquilinus Athenis patronũ sibi adoptabat aliquem ciuium. Sed necesse est eis patronum dari. *Vt Athenis: vbi inquilinus vnusquisq; tenebatur ciuem aliquem Atheniensem adoptare sibi patronum: vt Suidas, & Harpocration tradunt. quorum hic Hyperidem, & Menandrum auctores citat.* h.

Quemadmodum & pueros, &c. *Idem infrà in tex. 31. vbi pueros ciues vocandos ait nõ simpliciter, sed ἐξ ὑποθέσεως, noua ratione, vel ἐκ προσθέσεως; vt hic.* X.L

Adscribi in numerum ciuium. Pueros nondum per ætatem adscriptos. *Mos fuit Atheniensium; estq; populorum penè omnium, quorum respublica à multis regitur, vt, quom certũ ætatis annum lege præfinitum vnusquisque attigerit, in albo ciuium scribatur. ex quo tempore publicarum administrationum incipit particeps fieri.*

Controuersia de nomine. Nihil enim refert, &c. *Quom res clara est: valde solicitũ esse de nomine minimè debemus. Idem infrà in textu quarto.* m.

Dubitationes, & solutiones de exulibus, atque ignominia notatis. Tales esse & dubitationes, & solutiones possunt. *Dubitationes: vtrum sint ciues, & qua ratione; quum ciues appellentur; fuerintq; & futuri sint fortasse aliquando ciues. Solutiones: Esse ciues nomine, non re, idest vel ex memoria temporis præteriti, vel ex spe futuri, vt pueros, & senes.* p.

* [Series a b tex. 2.]

Ciues reipsa

PARS SECVNDA SECVNDI CAPITIS.

Qui nam reipsa, hoc est verè, simpliciter, omnino sint ciues, declaratum: tradita ipsorum definitione. Textus huius partis quatuor, 3.4.5.6.

Argumentum Textus III.

Indistinctè, & confusè verus ciuis definiri cœptus indefiniti magistratus participatione.

[a] Ciuis autem simpliciter nullâ aliarum rerum magis definitur, quàm quòd sit particeps iudicij, & magistratus. [b] magistratuum autem alij quidem sunt tempore definiti; [c] ita vt nonnullos sanè ab eodem bis geri prorsus non liceat, aut quibusdam statutis temporibus: [d] alius verò est indefinitus; veluti iudex, & qui in concione deliberat. Tex. 1.

[a] Πολίτης δ' ἁπλῶς οὐδενὶ τῶν ἄλλων ὁρίζεται μᾶλλον, ἢ τῷ μετέχειν κρίσεως, καὶ ἀρχῆς. [b] τῶν δ' ἀρχῶν αἱ μέν εἰσι διῃρημέναι κατὰ χρόνον· [c] ὥστ' ἐνίας μὲν ὅλως δὶς τὸν αὐτὸν οὐκ ἔξεστιν ἄρχειν, ἢ διά τινων ὡρισμένων χρόνων: [d] ὁ δ' ἀόριστος· οἷον ὁ δικαστὴς, καὶ ἐκκλησιαστής.

EXPLANATIO.

a. ex a.d. [a] Civis simpliciter, & re, non nomine tantùm, ille est, qui iudicationis, ac denique magistratus indefiniti est particeps. [d] qualem quidem magistratum habent [d] iudex tum is, qui iudicat ferendo suffragium in mandandis definitis magistratibus, tum is, qui ius reddit de publicis, priuatisque causis, [d] & concionator, consultatorúe, seu deliberator in concionibus, ac conuentibus. [a] Etenim nullâ aliâ re ciuis simpliciter definitur magis, quàm iudicatus, & imperij, siue magistratus participatione. [b] quum verò magistratuum, imperiorumúe duplex sit modus; vnus eorum, quorum certa, statutaque sua sunt tempora, [c] adeo vt alios eidem viro per totam vitam bis gerere omnino non liceat, alios non nisi post certa temporum interualla iterum gerere liceat, qui quidem definiti, propriéque, ac simpliciter vocantur magistratus; [d] alter modus eorum, quorum tempora minimè definita sunt, quos nonnulli vocare magistratus nolunt, nos appellabimus indefinitos magistratus, publica nimirum consilia, & iudicia, quæ modò diximus, quibus semper interesse in rebuspublicis popularibus multitudo vniuersa ciuium tàm proborum, quàm non proborum potest, vt in sequentibus declarabitur: horum indefinitorum magistratuum participatione est, nominaturque ciuis simpliciter, non definitorum.

Margin notes: d. udati. — d. iudex. — d. qui in concione deliberat. — e. — b. — c. — d. — Veri ciuis definitio. — Magistratus indefinitus quis, & quotuplex. — Illustratur tradita ciuis definitio. — Magistratuū duo modi, definitus, & indefinitus, & quis vterque.

SCHOLIA.

a.d. Particeps iudicij, & magistratus. *& infrà.* indefinitus, veluti iudex, & qui in concione deliberat. *Optimè hic Genesius de varia harum vocum κρίνειν, κρίσις, δικαστὴς. idest iudicare, iudicium, iudex, significatione. Vsurpantur enim hæ voces à philosopho nostro non solùm vbi de iudicijs propriè sic appellatis verba facit, quæ magistratibus, deliberationibusq́ publicis opposita, & in publica, priuata, peregrina diuisa exponentur in vltimo capite libri sequentis: sed etiam frequenter quom de suffragiorum latione in magistratibus, iudicibusue deligendis loquitur, & quom de consultationibus rerum vtilium vel inutilium. nanque & qui suffragio deligit iudices, aut magistratus, & qui in concione, vel senatu sententiam suam dicit; iudicat planè, ac iudicium fert, ille de ciuibus idoneis & non idoneis ad magistratus gerendos, causasq́ disceptandas; hic de rebus vel simpliciter, vel magis ac minus vtilibus, & inutilibus ciuitati. Pro eo, quod est suffragio deligere, acceptæ sunt voces κρίσις, καὶ κρίνειν, iudicium, & iudicare in tex. 157. & 161. libri secundi, accipiturq́ verbum κρίνειν, idest iudicare in capite quarto septimi,* Vocabulorū κρίνειν, κρίσις, δικαστὴς vsus varius.

to septimi. Pro eo autem, quod est deliberare, ac sententiã dicere in senatu, vel in concione de vtilibus, inutilibusq; rebus, sumptum est idem verbum iudicare in tex. 193. secundi, & sumentur in cap. octauo septimi nomina κρίσεις, ἢ κριταὶ, iudicium, & iudices. Hic in principio textus iudicium, τὴν κρίσιν, capit Philosophus in amplissimo significatu, vt cum iudicijs propriè sic appellatis etiam lationes suffragiorum, deliberatorumq; sententias complectitur. Itaq; iudicio magistratum subiungit, indefinitum nimirum magistratum: quasi exponens quid nunc iudicium vocet, nempe quòd indefinitum magistratum; quòdq; penè ἐν παραλλήλῳ his duobus vtatur nominibus, iudiciũ, & magistratus. *In postrema autem textus parte diuidit hoc iudicium tam latè sumptum, siue magistratum indefinitum in duos modos, in iudicis, & in eius, qui in concione deliberat. quorum quidem iudex iudicem propriè nominatum, de causis publicis, priuatisq; ius reddẽtem designat, vt opinor: qui autem in concione deliberat, ὁ ἐκκλησιαστὴς, deliberatorem, & sententiam dicentem suam, suffragiaq; ferentem tam de alijs rebus, de quibus fit publica consultatio, quàm de conferendis in hos, aut in illos ciues iudicatibus, & magistratibus. quippe in delectibus cũctis aeq;, ac iudiciũ, apparet deliberatio. & ad extremũ vnũquodq; horum trium, deliberatio, delectus, iudicium, si latè accipiatur, alia duo comprehendit, tanquàm coniunctissima sibi, & secũ trahit. Vt verò in hac postrema textus parte deliberatori potius, quàm iudici ferentem de mandandis magistratibus suffragia subijciam; quum tamen in prima suffragiorum lationes vnà cum deliberationibus omnibus iudicio subiecerim; persuadent me, si non cogũt, ea, quæ in secunda parte capitis decimitertij à Philosopho tradentur.*

> Iudicium, & Iudex quid in prima, quid in nouissima parte textus: quidque ibi sit ὁ ἐκκλησιαστής.

Alius verò est indefinitus. *Indefinitus hic magistratus, qui continuò diuiditur à Philosopho in deliberandi, & in iudicandi de publicis rebus facultatem, fortè nihil aliud est, quàm quòd ius suffragiorum in consilijs, & iudicijs publicis appellant. cuius quidem iuris, & facultatis, & vocati nunc à Philosopho indefiniti magistratus quisquis quocunque modo in quacunque ciuitate est, aut esse potest ex conditione sua per se particeps; is eius ciuitatis verè, simpliciter, ac propriè est ciuis: nec quidquam præterea requiritur, vt sit talis. Fortè etiam latius patet hic indefinitus magistratus, quàm ius suffragiorum. neq; enim ad iudicia illa, in quibus singuli, aut pauci omnino iudices sederent, pertinere ius suffragiorũ videtur; ad quæ peruenit indefinitus magistratus. Certè non est ius honorum, vt putauit Carolus Sigonius, magistratus indefinitus philosophi nostri, cuius participatione verum ciuem à non vero distinguit, & determinat. qui enim potest: si honores, vel Sigonio ipso iudice, sunt magistratus definiti; quod genus opponitur indefinito magistratus hic, & in sequentibus duobus textibus?* d.

> Magistratus indefinitus idem ne, quod suffragiorum ius.

> Non est idem, quod ius honorum.

> Cap. pri. & 18. primi libri de antiquo iure ciuium Romanorum.

Iudex, & qui in concione deliberat. *Notari tria iam diximus his duabus vocibus; iudicia ius dicentium priori; electiones magistratuum, deliberationesq; publicas posteriori. & quum iudicia, deliberationesq; insuper multa genera contineant: non determinat tamen Philosophus hic quæ nam omnium istarum administrationum communicari cum plebe debeant, quæ minimè: quod faciet postea in parte secunda capitis decimitertij. Causa est, quoniam hic de popularibus in vniuersum principatibus loquitur, quorum quidam sunt labes rerumpublicarum: vnde omnium, quotquot sunt, & iudiciorum, & deliberationum, & creandorum magistratuum esse in ijs dominus populus solet. at in illo loco de ijs popularibus, quæ respublicæ communi nomine appellantur, suntq; tertia forma rectarum rerumpublicarum propriè disseret: in quibus quidem videndum erit, quid conueniat. Loquitur autè hic de popularibus principatibus: propterea quòd multo maior in his, quã in vlla aliarum rerumpublicarum est ciuium multitudo. certè in deprauatis*

> Quæ deliberationes, & quæ iudicia plebi committenda, vbi definiat Philosophus.

> Cur de popularibus rebuspublicis propriè hic disseratur.

quantumuis

quantumuis abiecti, & sordidi, sellularij, mercenarij. & si quid est contemptius, participes sunt munerum maximorũ; imò plerunque domini ciuitatis, magis quàm præstantes, & egregij viri. Sed de his postea.

Argumentum Textus IIII.

a. *a Dubitatur aduersus id, quod proximè dictum fuit de indefinito ma-*
b. et c. *gistratu. b Eijcitur dupliciter dubitatio. c Et ex eiectione definitio ciuis*
in superiori textu tradita confirmatur.

a Atqui fortasse dixerit aliquis, neque imperantes esse tales Tex.4.
§ *viros*, § neque participes per hæc magistratus. b Verùm ridiculum est, eos, qui summam potestatem habent, priuare magistratu. c Sed nihil interest. de nomine.n.est disceptatio (d nomine nanque vacat commune illud iudicis, & eius, qui in cõcione deliberat) quid vocare ambo hæc oporteat. e esto igitur, distinctionis gratiã, indefinitus magistratus. f Statuimus itaque eos ciues esse, qui sic sunt participes. g Qui quidem igitur maximè accommodatus ciuis sit ad omnes eos, qui ciues vocantur, est ferè talis.

a Τάχα μὲν οὖν ἀντείποι ἄν τις οὐδ᾽ ἄρχοντας εἶναι τοὺς τοιούτους, οὐδὲ μετέχειν διὰ ταῦτ᾽ ἀρχῆς. b καίτοι γελοῖον τοὺς κυριωτάτους ἀποστερεῖν ἀρχῆς. c ἀλλὰ διαφερέτω μηδέν. περὶ ὀνόματος γὰρ ὁ λόγος (d ἀνώνυμον γὰρ τὸ κοινὸν ἐπὶ δικαστοῦ, καὶ ἐκκλησιαστοῦ) τί δεῖ ταῦτ᾽ ἄμφω καλεῖν. e ἔστω δὴ διορισμοῦ χάριν, ἀόριστος ἀρχή. f τίθεμεν δὴ πολίτας τοὺς οὕτω μετέχοντας. g ὁ μὲν οὖν μάλιστ᾽ ἂν ἐφαρμόσας πολίτης ἐπὶ πάντας τοὺς λεγομένους πολίτας σχεδὸν τοιοῦτός ἐστι.

EXPLANATIO.

a Dubitatio est talis: a Negabit fortè quispiam, hos, qui dicti sunt, iudicem nimirum, eumque, qui in concione deliberat, siue consultatorem, imperare; atque per hæc munera publicè deliberandi, ac iudicandi esse magistratus particeps: quippe quòd vis magistratus in imperando, & coercendo, non in dicendo sententiam suam, & suadẽdo sit posita. Eiectio Dubitatio.
b prima huius dubitationis καθ᾽ ἔνστασιν: b Ridiculum esse, denegari nomen magistratus ijs hominibus, qui summam in ciuitate potestatem teneant. Eiectio prior dubitationis.
c Altera eiectio κατ᾽ ἀντιπαράστασιν: c Nihil referat omnino, sint, an non sint hi magistratus; concedamusque, quia de nomine est controuersia, nomen hoc magistratus, si propriè sumatur, angustius, augustiusque esse, quàm Eiectio posterior.
d vt iudicibus, deliberantibusque in concione conueniat: certè; d quoniã communis illa potestas iudicis, atque eius, qui in concione deliberat, proprium nomen, quo isti ambo communiter, vniuerseque significentur,
e non habet; e plurimum proderit ad distinctionem, facilemque disciplinam, quę vocibus traditur, vsurpare fusiùs magistratus vocabulum; eamque communem iudicantium, deliberantiumque potestatem magistratum indefinitum appellare. His porrho stabilitur id, quod de ciue di- Cõfirmatur definitio ciuis in superiori textu tradita.
f ctum, statutumque in textu superiori fuerat: f nempe simpliciter, verẽque

ciuem eum esse, qui sic magistratus, ac reipublicæ particeps foret, vt iudicandi, consultandique publicè auctoritatem haberet: [g] vocarique maximè conuenienter hunc ciuem omnium, qui ciues quouis modo appellantur, comparatione. g.

SCHOLIA.

Imperium, & magistratus quo pacto inter se habeant.

Neque imperantes esse tales {viros.} neque particeps, &c. *Sine imperio non est magistratus. itaque Sacerdotes, Legati, & quicunque alij eiusdem modi publicas curas habent, in magistratibus non numerantur. Nec tamen solum imperium magistratum facit: nam & multi imperant, qui non sunt magistratus, vt etiam suprà annotaui: & præter ius imperādi alia quoque cura, auctoritatesque magistratus habent. de qua re alias.* a.

In argumento huius capitis.

Tales {viros.} *Iudices, & Deliberatores. de quibus dubitatur an imperium habeant, & an sint magistratus.*

Per hæc. *Per hæc duo munera, publicè imperandi, ac deliberandi.*

Iudicum, & Deliberatorum potestas maxima.

Qui summam potestatem habent. κυριώτατοι. *Summam planè auctoritatem, & facultatem obtinent in ciuitate tum iudices, in quorum manu est res, fama, vitaque hominum, tum ij, qui de rebus maximis, de bello, de pace, de legibus, de reliquisque perniciem, ac salutem ciuitati afferentibus deliberare, decernereque arbitratu suo solent.* b.

Sed nihil interfit. de nomine enim, &c. *Idem, quod suprà in tex. secūdo.* c.

Iudices, & Deliberatores qui magistratus, & non magistratus.

Esto distinctionis gratiâ indefinitus magistratus. *Erunt ergo magistratus iudices, & deliberandi ius habentes, fusius sumpto magistratus nomine: at distabunt à propriè sumptis magistratibus, quorum certa, & definita sunt tempora.* e.

Qui maximè accommodatus, &c. *Cui inter omnes, qui ciues vocantur, maximè conuenienter hoc nomen tribuatur.* g.

Argumentum Textus V.

[K] *Ostenditur, allatam in textu tertio ciuis definitionē non in omnium æquè rerumpublicarum, sed in popularis maximè, & necessariò; minùs, & fortuitò aliquando in aliarum ciues conuenire. Rationes duæ: [a] vna à proprietate: [m] altera ex causa per expositionem. [b] In secunda indicatus modus definitionem illam ciuis dupliciter corrigendi.* K. l. a. ad K. m. per totum. b.

Tex. 5

[a] Oportet autem non latere, quibus in rebus subiecta specie differunt, [b] & aliud ipsorum est primum, aliud secundū, aliud deinceps subsequens; [c] earum rerum aut prorsus nihil esse, quatenus sunt tales, quod commune, [d] aut exiliter. [e] respublicas autem videmus specie inter se differentes; [f] & alias quidem posteriores, alias verò priores esse. [g] quæ enim aberrarunt, & digressæ sunt, eas necesse est integris esse posteriores. [h] digressas autem quō dicamus, posterius erit manifestum. [i] quare & ciuem necesse est in vnaquaque republica alium esse.

ſe. [k] Itaque is, qui dictus eſt, in populari quidem maximè eſt ciuis: [l] in alijs verò, contingit quidem, vt ſit, non tamen eſt neceſſarium. [m] in nonnullis enim nec populus eſt; nec cōcionem in vſu habent, ſed conuentum conuocatorum: [n] & cauſas partitè iudicant. [o] vt lacedæmone eas, quæ contractuum ſunt, iudicat ephororum alius alias; [p] quæ autem de cædibus, ſenes; [q] alias verò fortaſſe alius quidam magiſtratus. [r] eodemque modo fit Carthagine. omnes nanque cauſas magiſtratus quidam iudicant. [s] At enim correctionem habet ciuis definitio, [t] in alijs enim rebuſpublicis non indefinitus imperans eſt deliberator in concione, & iudex; ſed qui magiſtratu eſt definitus. [u] horum enim aut omnibus, aut quibuſdam deliberare, & iudicare vel de oībus, vel de quibuſdam permiſſū eſt.

[a] Δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν, ὅτι τῶν πραγμάτων, ἐν οἷς τὰ ὑποκείμενα διαφέρει τῷ εἴδει, [b] καὶ τὸ μὲν αὐτῶν ἐστι πρῶτον, τὸ δὲ δεύτερον, τὸ δ', ἐχόμενον: [c] ἢ τὸ παράπαν οὐδέν ἐστιν, ᾗ τοιαῦτα, τὸ κοινόν· [d] ἢ γλίσχρως. [e] τὰς δὲ πολιτείας ὁρῶμεν εἴδει διαφερούσας ἀλλήλων· [f] καὶ τὰς μὲν ὑστέρας, τὰς δὲ προτέρας οὔσας. [g] τὰς γὰρ ἡμαρτημένας, καὶ παρεκβεβηκυίας ἀναγκαῖον ὑστέρας εἶναι τῶν ἀναμαρτήτων: [h] τὰς δὲ παρεκβεβηκυίας πῶς λέγομεν, ὕστερον ἔσται φανερόν· [i] ὥστε καὶ τὸν πολίτην ἕτερον ἀναγκαῖον εἶναι τὸν καθ' ἑκάστην πολιτείαν. [k] διόπερ ὁ λεχθεὶς, ἐν μὲν δημοκρατίᾳ μάλιστ' ἐστὶ πολίτης· [l] ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἐνδέχεται μὲν, οὐ μὴν ἀναγκαῖον. [m] ἐνίαις γὰρ οὐκ ἔστι δῆμος. οὐδ' ἐκκλησίαν νομίζουσιν ἀλλὰ συγκλήτους: [n] καὶ τὰς δίκας δικάζουσι κατὰ μέρος. [o] οἷον ἐν λακεδαίμονι τὰς τῶν συμβολαίων δικάζει τῶν ἐφόρων ἄλλος ἄλλας: [p] οἱ δὲ γέροντες τὰς φονικάς: [q] ἑτέρα δ' ἴσως ἀρχά τις ἑτέρα. [r] τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ καρχηδόνα: πάσας γὰρ ἀρχαί τινες κρίνουσι τὰς δίκας. [s] ἀλλ' ἔχει γὰρ διόρθωσιν ὁ τοῦ πολίτου διορισμός· [t] ἐν γὰρ ταῖς ἄλλαις πολιτείαις οὐχ ὁ ἀόριστος ἄρχων ἐκκλησιαστής ἐστι, καὶ δικαστὴς ἀλλ' ὁ κατὰ τὴν ἀρχὴν ὡρισμένος. [u] τούτων γὰρ ἢ πᾶσιν, ἢ τισὶν ἀποδέδοται τὸ βουλεύεσθαι καὶ δικάζειν ἢ περὶ πάντων, ἢ περί τινων.

EXPLANATIO.

a. ad K. [a] Prior ratio ducitur à proprietate vocis, ſeu generis analogi: quam ſic explicamus. [c] Vocis, ſeu generis analogi cuiuslibet communis notio, & definitio, [c] ex qua & illud certo nomine nūcupetur, & ſubiectis ipſius idem tribuatur nomen, aut nulla eſt, aut admodum exilis; quod ſumitur tanquàm per ſe notum: [e] reſpublica eſt vox, ſeu genus analogum; [e] quippe quum (per locum à definitione) [a] vox, ſeu genus analogum illud ſit, cuius ſubiecta inter ſe differunt ſpecie, & eorum aliud prius eſt, aliud poſterius; [e] multæ autem ſint reſpublicę ſpecie inter ſe differentes; [f] & alię alijs poſteriores. probatur hoc argumentum ex genere: [g] nam quæcunque rerumpublicarum aberrarunt, digreſſæque ſunt à rectis; eas neceſſe eſt eſſe ipſis rectis poſteriores: digreſſio enim, & aberratio omnis neceſſariè poſterior eſt eo, à quo aberratur. [i] Atqui ſi reſpublica eſt vox, & genus analogum: etiam ciuem, qui ad rempublicam refertur, neceſſe eſt eſſe vocem, genuſque eiuſdem modi (argumento ab oppoſitis ex relatione) totidem ſubiecta ſpecie inter ſe differentia habentem, quot reſpublica habet; & ſimiliter alia alijs poſteriora. [a] Ergo nulla eſt notio, & definitio huius vocis, ciuis, ſubiectarumque ipſi ſpecierum, quatenus ciues vocan-

Left margin notes: c.d. — c. quatenus ciuiles. — ex c.f. — ex c.f. — a. — e. — f. — g. — i. — ex a.b.K.l.

Right margin notes: Ratio primi theorematis huius textus. Analogi generis notio, & definitio aut nulla eſt, aut valde exigua. — Reſpublica eſt vox analoga. — Rerumpublicarū aliæ alijs poſteriores. — Ciuis eſt vox analoga. — Ciuium diuerſarum rerumpublicarū non eſt notio, & definitio vlla communis, niſi valde exilis.

vocantur, communis: aut, si est vlla, est valde exilis: sed pro diuersis rebuspublicis, quarum sunt ciues, diuersæ illarum notiones sunt, esseq; definitiones debent: [k] vt tandem sequatur, quod propositum fuit, Traditam in textu tertio ciuis definitionem non in omnium rerumpublicarũ æqualiter; [l] sed in popularis maximè, & necessariò; [l] minùs, & fortuitò aliquando in aliarum ciues conuenire. [m] Altera ratio per expositionem ex causa est talis. Indefinitus ipse magistratus iudicandi, & deliberandi multis in rebuspublicis (vt etiam [o] Lacedęmoniorum, [p] Carthaginiensiumq; exemplis ostenditur) non per se & infinitè, sed per definitos magistratus statis temporibus mandatur impertiturque alijs, & alijs viris. [n] in quibus autem rebuspublicis sic impertitur indefinitus magistratus; in ijs non quòd sit, sed quòd possit esse eius particeps, definiri ciuis, verè, propriequè dictus, debet. [r] Indicatur in hac secunda ratione modus definitionem illam ciuis antè traditam dupliciter corrigendi: vel reddendo scilicet eam cõmunem, substituto pro vniuoco analogo genere: vel adiungendò ad ipsam alteram, quæ aliarum à populari rerumpublicarum ciuibus congruat, vt in textu, & commentario sequenti vberiùs explicabitur.

Ratio secunda theorematis. Modi duo corrigendi definitionem antea traditam.

SCHOLIA.

Oportet autem non latere. *Quoniam præceptum est partim dialecticum, partim metaphysicum, ad multa vtile.*

-Quibus in rebus subiecta specie differunt, &c. *Hæc est propria analogi generis descriptio: Analogum genus est illud, cuius subiecta, de quibus ipsum dicitur, ita differunt specie, vt non æqualiter ijs genus, hoc est nomen, ratioq; nominis, quo genus illud vocatur, conueniat; sed alijs priùs, alijs posteriùs. Est namque genus analogum alter æquiuocorum modus, qui etiam dicitur à consilio. in altero autem, qui à fortuna, non necesse est subiectorum aliud alio prius, aut posterius esse. Sed de his in principio Categoriarum.*

Specie differunt. *Nomen speciei sume hic latiùs, vt sæpe alibi, non solùm pro vera specie, qua de pluribus & differentibus numero prædicatur, sed etiam pro conditione, et pprietate quauis res distinguẽte, quã modũ, roneq; uocare plerũq; solẽt.*

. Aliud ipsorum est primum, aliud secundum; &c. *Exempli gratia entis subiectorum prius, & magis ens est substãtia, quàm accidens. in genere autem animalium, quod est genus vniuocum, quanquam perfectior est homo equo, & boue: haud tamen est magis, & priùs animal, quàm equus, aut bos.*

Aut prorsus nihil esse, &c. *Est maxima controuersia, vtrum analogo generi subsit ratio aliqua communis, quæ sine vllo suorũ subiectorum concipi possit: quemadmodum subest generi vniuoco. animal enim per se cogitatur, & definitur sine suarum specierum cogitatione: fortè non sic ens, sine cogitatione accidentium, & substantia. Vel igitur hoc modo expone. Quicquid commune dicatur in genere analogo aut nullam naturam & rationem veram significare; aut significare valde exiguam. Vel accipe § prorsus nihil § de genere purè æquiuoco: § exile § de analogo. Simile huic legitur in tex. com. 8. primi de Anima: Animal vniuersale aut nihil est, aut posterius: & in Categoriarum initio: Aequiuoca dicuntur, quorum nomen solum commune est; secundum nomen verò substantia ratio diuersa.*

Quatenus sunt tales. *Quatenus sic nominantur, & genus analogum consti ciunt. alys enim rationibus fortasse commune aliquid haberent.*

Aut exiliter. *Repete § esse id, quod commune. §*

Ratio huius dicti. Analogi generis descriptio. Speciei vocabulum. Analogorũ specierũ aliud alio prius, & magis talis: vniuocarum non item. Controuersia de communi ratione generis analogi.

Videmus.

f Videmus. ὁρῶμεν. *Vtitur hoc verbo Philosophus, ubi significare vult rem esse manifestam.*

Videndi verbum.

g Quæ enim aberrarunt, &c. *Simili argumento usus est Philosophus in tex. c. 17. secundo de Cælo: ubi ostendit motum naturalem priorem esse motu præter naturam, ex eo quod id, quod est præter naturam, sit ἔκβασις eius, quod est naturæ.*

Locus è secundo de Cælo.

h Digressas autem quomodo, &c *Quibus transitibus declinare à via recta formas aliquas ciuiliũ administrationum putemus, & quas demum peccantes, atq; labes rerumpublicarũ dicamus; postea, hoc est in cap. 6. & 7. huius libri declarabitur.*

Expositio verborum.

i Quare & ciuem, &c. *Respublicæ ita inter se specie differunt, ut sint aliæ alijs priores: idest differunt analoga specie: & hac de causa quicquid de illis, tanquàm unius generis, dicitur, affertur ue commune, aut nihil est, aut exiguũ, quiddã. ergo, & ciues diuersarũ rerũpublicarũ eodẽ modo inter se diuersi erunt: nec una cõis, et uera ratio omniũ afferri poterit: sed multæ erunt afferendæ, quemadmodũ rerũpublicarũ.*

Argumentatio à republica ad ciuem.

k Itaque is, qui dictus est, &c. *Theorema huius textus: Definitionem ciuis, in duobus superioribus textibus allatam, non verè communem esse omnium ciuium; sed ciuibus respublicæ popularis maximè conuenire. posse quidem conuenire & aliarum ciuibus: at hoc accidere quibusdam positis; non necessarium esse.*

Theorema textus.

In populari. *Vtrum in recta populari, quæ vocatur propriè respublica: an in peccante; quæ communi vocabulo nuncupatur popularis, & proprio ochlocratia? Puto utranque intelligi; & magis fortasse rectam. nam in peccantem nobiles; & diuites aliquando reijciuntur.*

Popularis respublica quid hic.

In populari quidem maximè. *In alijs minùs: in quibus aliquando esse potest. Quod proprium est generis analogi: dici de alijs subiectorum suorum prius, & magis; de alijs posterius, & minùs.*

Proprium generis analogi.

l In alijs vero contingit quidem, &c. *Nulla est rerumpublicarum forma nec rectarum, nec prolapsarum in qua populus à duobus ciuitatis muneribus, deliberãdi, iudicandiq; necessario excludatur, etiam tyrannus, retento sibi summo imperio, atque adhibita externorum custodia, per quam vi, suamq; ad utilitatem imperet, potest aliquatenus deliberationes; & iudicia popularibus suis impertire. Plerunq; tamen, imo ferè semper in alijs formis à populari cernitur contrarium: ut neglecta multitudine pauci quidam, & alicubi peregrini quoque deligantur prò iudicibus, & consiliarijs quando, & quandiu ijs, qui rempublicam in manu habẽt, placuerit. Ergo fieri quidem potest ut in alijs rebuspublicis sit ciuis is, qui paulo ante est definitus: non tamen est necessarium.*

In quauis rerumpublicarum forma ubi populus deliberationum iudiciorumque esse particeps, est tamen raro præterquã in populari.

m In nonnullis enim nec populus, &c. *Probat id, quod proximè dixerat: Non necesse esse, ut ciues aliarũ à populari rerũpublicarũ magistratus indefiniti participatione sint ciues: nec debere eos tali participatione simpliciter definiri. Probatio est per causã, & expositionẽ: quonia in illarũ plerisq; indefinitus hic magistratus iudicãdi, deliberandiq; non existat, idest no per se, sed per magistratus definitos ciuibus communicetur. in plerisq; namq; nec concionem in usu esse; populo uniuerso patentem, dominamq;, ubi est, deliberationum; sed pro ea selectorum aliquorum conuentum, qui iam definitus quidam est magistratus: & iudicia exercere, causasq; cognoscere magistratus certos ac definitos, alibi unum, alibi multos. Hæc autem confirmat Carthaginiensis, & Spartanæ reipublicæ exemplis.*

Ciuis aliarum à populari rerumpublicarum magistratus indefiniti participatione non est ciuis, nec ea simpliciter debet definiri.

In nonnullis. *In plerisq; omnibus præter popularem. sed satis est, ut in nonnullis hoc appareat, ad tollendam necessitatem.*

Nec populus est. *Nec populus, aut quæuis è turba est particeps reipublicæ; sed pauci, & certi in optimatum, in paucorum, in regio, in tyrannidis statu, nisi aliter alicubi forte eueniat.*

Causas

Partitè.

Causas partitè iudicant. *Partitè, hoc est pars populi, & certi quidam de omnibus, nisi vbi aliter fortè euenit. Iterum partitè de quibusdam, quia alias alij magistratuum, vt Lacedæmone.*

Senū magistratus siue Gerusia Lacedæmone.

Quæ autem de cædibus senes. *De Senum magistratu, quem appellant Gerusiam, dictum est in lib. secundo.*

Archiæ, & Iudicum ordo Carthagine.

Omnes causas magistratus quidam iudicant. *Archiæ qui vocantur, & iudicum ordo: vt dictum est in 2. lib. ad tex. 190.*

Expositio verborum.

Correctionem habet ciuis definitio. *Et correctionem quidem geminam: vt in hoc commentario est dictum; diceturq́ fusius in subsequenti.*

In aliis enim rebuspublicis non indefinitus, &c. *In alijs rebuspublicis non quiuis è populo habet deliberandi, & iudicandi facultatem; sed ij soli, quibus certi quidam, definitiq́ magistratus commissi sunt. Ergo aliarum rerumpublicarum ciues dicendi non qui re ipsa, & per se sint participes, vt in popularibus formis; sæpe enim illi plurimoq́ tempore fortasse participes non sunt; sed qui possint, & per definitos magistratus, ad quos assumi eos nihil vetat, esse participes.*

Indefinitus imperans. *Indefinitus & temporum, & hominum ratione. nam & quouis tempore, & quiuis è populo iudicare, deliberareq́ in popularibus formis potest. in alijs per se certum est tempus, & sunt certi homines: quando scilicet, & qui definitos magistratus sibi commissos gerunt.*

Horum enim. *Magistratuum definitorū: vt Lacedæmone ephoris, & senibus.*

Argumentum Textus VI.

[a] *Concluditur definitio ciuium vel vna omnium, si vocabulum potestas latius, vt actum quoque comprehendit, sumatur: vel, si sumatur propriè, vt actum excludit, gemina; altera in popularium rerumpublicarum, altera in reliquarum, (nisi aliter, sed perquàm rarò, eueneri) ciues quadrans.* [c] *Ex hac ciuium definitione repetitur pro parte definitio ciuitatis, quam suprà textus 16. primi libri integram explicauerat: vt intelligatur necessariam esse de republica considerantì considerationem de ciue, quemadmodū in primo textu libri huius propositū fuit.*

Tex. 6.

[a] Quis igitur ciuis sit, ex his est manifestum. [b] nam qui magistratus deliberandi, aūt iudicandi arbitrium habentis esse particeps potest, ciuem iam dicimus esse huius ciuitatis. [c] ciuitas verò est talium { hominum } multitudo, quæ ad vitæ sufficientiam, vt simpliciter dicam sit, satis.

[a] Τίς οὖν ἐστὶν ὁ πολίτης, ἐκ τούτων φανερόν. [b] ᾧ γὰρ ἐξουσία κοινωνεῖν ἀρχῆς βουλευτικῆς ἢ κριτικῆς· πολίτην ἤδη λέγομεν εἶναι ταύτης τῆς πόλεως. [c] πόλις δὲ τὸ τῶν τοιούτων πλῆθος, ἱκανὸν πρὸς αὐτάρκειαν ζωῆς, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν.

Var. Lect. πόλις. Sic in Aldin. & Isingr. & Vet. interpr. Aretinus, Genesius, Lambinus, Victorius legerunt πόλιν.

Ciues

EXPLANATIO.

a.b. [a] Cives simpliciter in ciuitatibus singulis sunt viri illi, qui magistratus vel deliberationum tantùm, vel iudicationum tantùm, vel vtrarunq; simul in ijsdem ciuitatibus esse participes possunt. [b] Possunt autem esse minus propriè, hoc est re ipsa sunt participes ex indefinito magistratu in ciuitatibus popularium rerumpublicarum: in quibus vnicuique, statim ac ciuium numero est adscriptus, publicis deliberationibus, iudicijsque arbitratu suo interesse licet; quam quidem facultatem indefinitum magistratum, imperiumque nunc vocamus. Et iterum possunt propriè esse participes in aliarum rerumpublicarum ciuitatibus: in quibus certi homines ad certos definitosque magistratus eliguntur, per quos, qui electi sunt, deliberationibus, iudicijsque publicis præficiuntur.

b. Esse particeps potest.

Ciuium definitio cur recta dupliciter, vt vel vna sit omnium, vel gemina.

c. [c] Ciuitas est huiusmodi ciuium, hominumúe multitudo tanta, quanta ad vitæ sufficientiam sit satis.

Ciuitatis definitio:

SCHOLIA.

b. Deliberandi, aut iudicandi arbitrium habentis. *Satis est alterutrius horum munerum participem esse: perfectior tamen erit ciuis, cui ambo communicabuntur. Multi coniunctionē { aut } sumpserunt pro { & }. Non probo: diuersa enim vel potiùs contraria hæ duæ coniunctiones significant. Sed quum tres sint partes reipublicæ; & secundum eas tria ciuilia munera; deliberationes; iudicia; magistratuum, qui propriè sic nominantur, gestiones: cur has præterit silentio? Fortaße, vt in capitis argumento indicaui: quoniam qui in eiusmodi constituti sunt magistratibus, quatenus sunt tales, præsides sunt, principesq; ciuium, & supra ciuium conditionem quodammodo euecti. Vel quia non quosdam duntaxat magistratus, sed summum magistratum, qui ciuitatis est dominus, consequendi, & habendi facultatem vnicuique ciuium adesse oportet: vt omnes esse inter se æquales; parereq; vicissim, & imperare, hoc est liberali parere & imperare imperio simpliciter queant; quod esse officium, conditionemq; veram ciuium, quà ciues sunt, postea declarabitur. est autem summus magistratus, in cuius nimirum manu ad extremum ciuitas est cum omnibus rebus suis; is, quo iudicia reguntur; & multo magis, quo reguntur deliberationes. ab hoc enim creantur, & aliquando tolluntur, minuuntur, augentur magistratus: ab illo mulctantur, & corriguntur. Sed de hac re infrà.*

Alterutrius ne, an vtriusque horum munerum participatio ciuem facit.

Magistratuum, qui propriè sic appellantur, participatio cur non apposita in ciuis definitione.

In parte 2. cap. 91. huius, & in exitu lib. 4.

Potest esse particeps. δύναμις. *Sub exitu quarti secti lib. de Interpretatione, & in quarto cap. primi libri Priorum ostensum est, potestatis vocabulum æquiuocè dici de actu, & de vera potestate. nam & ambulare eum posse, qui iam ambulat: si enim non posset; non ambularet: & eum, qui nondum reipsa ambulat, sed tamen potest ambulare. Primo modo potest esse particeps deliberationum, & iudiciorum ciuis in populari ciuitate: secundo in reliquis.*

Potestatis vocabulū dicitur de actu, & de vera potestate: & quo pacto vtraque significatio huic loco congruat.

Qui magistratus, &c, ciuē iam esse dicimus huius ciuitatis. *Ergo contrà, cuicunq; amborum munerum, deliberandi, iudicandiq; functione in ciuitate fuerit interdictum; is eius ciuitatis verè, ac simpliciter ciuis non erit. Porrò in ciuitatibus, in quibus tyranni dominantur, plerunque peregrini, ad definitos magistratus vocati; iudicijs, consilijsq; soli adhibentur, reseruata tamen ipsis tyrannis harum quoque rerum summa potestate.. itaque ibi magis externi, quàm indigenæ, ciues erunt. imò re vera neutri ciues: quandoquidem non suo iure, sed tyrannorum arbitratu ad eos magistratus perueniunt. Hoc idem accidit aliquando in paucorum*

Quinam in singularū rerumpublicarū formis ciuilium administrationum, iudiciorum præterea, consiliorumque fiat participes: & qui simpliciter, qui nomine tantùm ciues.

principatibus: vt præficiantur iudicijs peregrini. verumtamen sæpius pauci ipsi, idest diuites, & potentes, è quorum numero magistratus definiti creantur, exclusis cæteris, consultationum, iudiciorumq́ domini fiunt. In popularibus quibusdam omnes omnino habitatores, etiam agricolæ, & artifices, & inquilini, & libertini sunt omnium magistratuum tam definitorum, quam indefinitorum, sed præcipuè indefinitorum participes: in quibusdam excluduntur libertini, & inquilini; in quibusdam artifices; in quibusdam agricolæ; in quibusdam, deterrimis omnium, diuites, ac nobiles. Regius principatus, & optimatum; ij, qui optimi sunt; neminem arcent à republica, qui eius administrandæ dignus appareat. Ex his intelligitur, qui nam verè ciues sint, & vocari debeant in singulis ciuitatibus; qui nomine tantum.

Syntaxis. Huius ciuitatis. *In qua magistratus deliberandi, aut iudicandi arbitrium habentis esse particeps potest.*

Quæ de ciuitatis definitione in primo libro tradita hic repetantur, prætereantur, mutentur.

Ciuitas verò est talium, &c. *Tanguntur hic ciuitatis materia, & forma: cætera tacentur, quæ definitio illa primi libri continebat.* c.

Talium multitudo quæ, &c. *Homines, & hominum multitudo sunt materiæ communes ciuitatum, vicorum, domorum, & aliarum societatum. Talium verò hominum, qui deliberationum, iudicationumq́ publicarum possunt esse participes, vno verbo ciuium simpliciter nuncupatorum multitudo tanta, quanta ad vitæ sufficientiam sit satis; designat ciuitatum propriam materiam, principium formale, & supremam formalem differẽtiam. Sed quomodo ciuitas est talium hominum, idest ciuium simpliciter dictorum multitudo; si, præter ciues reipublicæ participes, necessaria est ad ciuitatem multitudo ministrantium, idest artificum, & agricolarum? An quod principia ciuitatis formalia hic considerarentur; non materialia, quemadmodum in primo libro: dicitur hic ciuitatem ciuium multitudinem esse; in primo libro dictum est esse societatem è multis vicis. nam principiorum formalium ciuitatis primum est ciuis: vici sunt eius materia.*

Ciuitas est talium hominũ multitudo. *Idem suprà in tex. 1. & infrà in 13.*

* [Series 26 tex. 2.]

Dubitationes duæ

PARS TERTIA CAPITIS SECVNDI.

Dubitationes duæ aduersus traditam in superiori parte ciuis definitionem. Textus huius partis duo; 7. & 8.

Argumentum Textus VII.

[a] *Dubitatio prima ex falsa quadam ciuis vel definitione, vel ad veram definitionem in superiori parte traditam adiunctione.* a.b.c. [d] *Refutatio huius adiunctionis, & dubitationis duplex:* d. per totum. [d] *vna ex hypothesi ducens in absurdum duorum capitum,* d. [e] *cum responsione Gorgiæ Leontini ad eam,* e. ad K. [k] *illius que responsionis improbatione:* [n] *altera per locum à partibus.* K. l. m. n. o.

Tex. 7. [a] Definiunt sanè ad vsum, ciuem eum, qui ex vtroque ciue, & non ex altero solùm, vt ex patre, aut matre. [b] alij autem etiam hoc vlteriùs requirunt, vt ad auos duos, aut tres, aut plures.

res.[c] Quom igitur sic definiunt ciuiliter, & celeriter: [d] dubitant quidam de tertio illo, aut quarto, quo modo ciuis erit. [e] Gorgias quidem Leontinus, partim fortasse dubitans, [f] partim ludens dixit: [g] quemadmodum mortaria sunt ea, quæ à mortariorum opificibus sunt facta; [h] ita & Larissæos eos esse, qui facti sunt à Larissæorum opificibus; [i] esse.n.quosdam opifices Larissæorũ.[k] Sed est simplex,[l] nã si reipublicæ participes, pro exposita ciuis definitione, erant; [m] erant vtiq; ciues.[n] Etenim nec fieri quidẽ potest, vt istud, ex ciue patre, vel ex ciue matre, in eos, qui primi habitarunt, [o] aut cõdiderunt, conueniat.

[a] Ὁρίζονται δὲ πρὸς τὴν χρῆσιν πολίτην τὸν ἐξ ἀμφοτέρων πολιτῶν, καὶ μὴ θατέρου μόνον, οἷον πατρὸς, ἢ μητρός. [b] οἱ δὲ καὶ τοῦτ' ἐπὶ πλέον ζητοῦσιν· οἷον ἐπὶ πάππους δύο, ἢ τρεῖς, ἢ πλείους. [c] οὕτω δὲ ὁριζομένων πολιτικῶς, καὶ ταχέως: [d] ἀποροῦσί τινες τὸν τρίτον ἐκεῖνον, ἢ τέταρτον, πῶς ἔσται πολίτης. [e] Γοργίας μὲν οὖν ὁ Λεοντῖνος, [f] τὰ μὲν ἴσως ἀπορῶν, τὰ δ' εἰρωνευόμενος ἔφη: [g] καθάπερ ὅλμους εἶναι τοὺς ὑπὸ τῶν ὁλμοποιῶν πεποιημένους. [h] οὕτω καὶ Λαρισαίους τοὺς ὑπὸ τῶν δημιουργῶν πεποιημένους. [i] εἶναι γάρ τινας λαρισοποιούς. [k] ἔστι δ' ἁπλοῦν. [l] εἰ γὰρ μετεῖχον κατὰ τὸν ῥηθέντα διορισμὸν τῆς πολιτείας, [m] ἦσαν πολῖται. [n] καὶ γὰρ οὐδὲ δυνατὸν ἐφαρμόττειν τὸ, ἐκ πολίτου, ἢ ἐκ πολίτιδος, ἐπὶ τῶν πρώτων οἰκησάντων, [o] ἢ κτισάντων.

c. Var. Lect. Ταχέως. Camer. ταχέως.

EXPLANATIO.

a. b. c. ex a. ad vtum. [a] Dvbitatio.[b] In ciuitatibus multis ciues esse negant: nec ad rempublicam administrandam admittunt eos, qui vel ex vtroque, vel ex altero parente non ciue orti sint.[b] in quibusdam non solùm parentes, sed etiam auos; in quibusdam proauos; in quibusdam abauos; in quibusdam atauos ciues requirunt.[a] Ad hunc vsum ciuitatum nonnulli spectantes; [c] ciuem sic[c] breuiter, nec accuratè definiunt; hancque eius propriam conditionem, ac notam aiunt: [a] Natum esse è ciuibus patre, & matre, auis, proauis, abauis, atauis. Quòd si hæc est vera conditio, ac nota ciuium: inutilis, imperfectaq; euadit definitio, in superiori capitis parte tradita, quæ eam nec explicat, nec comprehendit. Hæc dubitatio. {locus à iudicio,} [d] Refutatio prima, ex hypothesi, ducens ad alterum duorum absurdorum: vel vt abeatur in infinitum, ciues semper alios, & alios è ciuibus natos inueniẽdo: vel vt perueniatur ad aliquos, qui è ciuibus nõ sint nati; idcoq; per hypothesin nec ipsi sint ciues, nec posteriorũ ab ipsis ortum trahentiũ vllus, tandem nullus omnino sit ciuis; propterea quòd nullus deinceps è ciue gignatur, si primus statim ciuis non est, & vera est hypothesis, ciuem non esse, qui non sit genitus ex ciue. [e] Responsio Gorgiæ Leontini ad hanc refutationem, in ciuibus Larissæis exposita: Perueniri, ascendẽdo, ad quosdam Larissæos ciues, non natos è ciuibus Larissæis, verumtamen factos ab opificibus ciuium Larissæorum, hacque de causa Larissæos ciues: quemadmodum enim sint aliqui opifices mortariorum, & mortaria sint, quæ ab ipsis efficiuntur; ità esse aliquos ciuium Larissæorum opifices, primos illos habitatores, conditoresque Larissæ; atque ab ijs genitos ciues Larissæos esse. [e] Improbatur quadrifariam hæc responsio. Primùm: [e] Hærere, & conuoluere se in difficultate, dum eam elidere tentat, Gorgias

Marginal notes (left): a. ad vsum. c. ciuiliter. a. definiunt. c. definiunt. c. celeriter. a. qui ex vtroque, &c. b. — d. — e. ad K. — e. f. K. l. m. e.

Marginal notes (right): Dubitatio textus. — Refutatio prima dubitationis. — Responsio Gorgiæ. — Improbatio Gorgianæ responsionis quadruplex.

videtur, ȝ locus ab actibus. ȝ Secundò: [f] Quum seriò philosophari deberet; ludit poeticè, imagine mortariorum, in ciuibus Larissæis. ȝ locus ab officio. ȝ Tertiò: [k] Simplex est, idest exilis, & inualida responsio Gorgiæ ad tollendam difficultatem. ȝ locus à fine. ȝ Quartò: [l] Opifices illos Larissæorum, ab ijsq; genitos, si participes publicarum administrationum fuerunt, quanquàm non ex ciuibus natos, fuisse tamen verè ciues & definitio in superiori parte tradita apertè demonstrat, & nemo prorsus inficiaretur. ȝ locus à definitione. ȝ [n] Secunda refutatio per locum à partibus: Primis vrbium habitatoribus, siue ipsi eas condiderint, siue ad incolendas eas iam conditas venerunt, hoc nullo modo conuenit, Natum esse ex ciue patre, vel ex ciue matre, multò minus ex auis, & atauis ciuibus: qui primi habitatores tamen planè ciues fuerint; quippe rerumpublicarum participes, & domini.

f. k. l.m. n.o.

Secunda dubitationis refutatio.

SCHOLIA.

Nati, vel prognati è ciuibus soli ciues in multis ciuitatibus.

Periclis lex de hac re.

a. Ad vsum. *Hic vsus multarum ciuitatum, vt ciues non dicant nisi ex ciuibus natos, vel etiam prognatos. Athenis Pericles legem tulit, vt soli ex duobus nati Athenensibus Athenenses ciues essent.*

Plutarch. in Pericle.

Syntaxis.

Qui ex vtroque ciue. *Subaud. sit natus.*

Locus similis.

Ex vtroq; ciue, non ex altero solùm, &c. *Infrà in cap. 4. libri septimi scribitur, postremum & deterrimum omnium statuum popularium constituere volentes solere inter alia facere ciues nothos quoque, & eos, qui ex alterutro parente ciue, verbi gratia patre, aut matre nati sunt.*

Aduerbium ciuiliter.

c. Ciuiliter. *Ex consuetudine multarũ ciuitatum: quod suprà dixerat ȝad vsum.ȝ*

Primæ refutationis fusior explicatio.

d. De tertio illo, aut quarto, &c. *Si abauum, aut atauum ciuem requirunt. Sed vel si solum patrem: de hoc dubitabitur, qua ratione sit ciuis; vtrum quia à patre ciue sit procreatus, an alia. si quia à patre ciue: quæretur rursus de illo, & de patre patris in infinitum. si alia: iam ciuis erit, qui non sit genitus ex ciue: & hãc aliam rationem statui ab initio melius fuerit.*

Gorgias Leontinus.

e. Gorgias Leontinus. *De hoc rhetore, & sophista, qua olim quibusdam eadem ars, ac professio fuit; multa apud veteres scriptores, præsertim apud Platonem.*

Larissæ multæ, & de qua earum hic.

h. Larissæos. *Multæ fuerunt Larissæ, quas Strabo in nono, & decimotertio Geographiæ commemorat. Credibile est, Gorgiam de altera duarum Thessaliæ vrbium intellexisse, vel de ea, quæ apud Ossam, vel de Cremaste, idest pensili, a quibusdam dicta Pelasgia.*

Syntaxis.

k. Sed est simplex. *Genesius, & D. Thomas, cum quibus consentio, referunt hoc ad Gorgiæ responsionem: ȝ Sed est hoc, quod dixit Gorgias, ieiunum, & rude. ȝ quidam tamen referunt ad definitionem ciuis falsam, ex qua contra nostram dubitatur: quidam ad dubitationem ipsam.*

n. Qui primi habitarunt. *Vrbem subaudi.*

Argumentum Textus VIII.

[a] Dubitatio secunda ex peregrinis, seruis, inquilinis: quibus aliquando, mutato reipublicæ statu, deliberandi, & iudicandi facultas communicatur. [i] Responsio per depulsionem. [k] Ad hanc replicatio. [n] Et replicationis euersio.

a. ad i. i. k.l.m. n. per totum.

[a] Sed fortasse de illis maior est dubitatio, [b] quicunque participes euaserunt, [c] facta mutatione [d] reipublicæ: [e] sicut Athenis à Clisthene actum est post eiectionē tyrānorum. [f] multos enim in tribus distribuit peregrinos, [g] & seruos, [h] & inquilinos. [i] Controuersia autem de his est, non quis ciuis, sed vtrum iniustè, an iustè. [k] Quanquàm etiam cum hoc aliquis præterea addubitauerit, [l] anne, si non iustè ciuis, non sit ciuis: [m] quasi idem valeat & iniustum, & falsum. [n] Quoniam autem videmus etiam imperantes quosdam iniustè; [o] quos imperare quidem dicemus, sed non iustè: [p] ciuis autem imperio, seu magistratu quodam est definitus (: [q] cui nanque talis magistratus communicatur, is est ciuis, [r] quemadmodum diximus) [s] planè ciues quidem hos quoque esse, dicendum est. Text.

[a] Ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνοι μᾶλλον ἔχουσιν ἀπορίαν, [b] ὅσοι μετέσχον, [c] μεταβολῆς γενομένης [d] πολιτείας: [e] οἷον Ἀθήνησιν ἐποίησε Κλεισθένης μετὰ τὴν τῶν τυράννων ἐκβολήν. [f] πολλοὺς γὰρ ἐφυλέτευσε ξένους, [g] καὶ δούλους [h] μετοίκους. [i] τὸ δ' ἀμφισβήτημα πρὸς τούτους ἐστὶν, οὐ τίς πολίτης, ἀλλὰ πότερον ἀδίκως, ἢ δικαίως [k]. καίτοι καὶ τοῦτο, τις ἔτι προσαπορήσειεν, [l] ἆρ' εἰ μὴ δικαίως πολίτης, οὐ πολίτης: [m] ὡς ταὐτὸ δυναμένου τοῦ τ' ἀδίκου, καὶ τοῦ ψευδοῦς. [n] ἐπεὶ δ' ὁρῶμεν καὶ ἄρχοντάς τινας ἀδίκως. οὓς ἄρχειν μὲν φήσομεν, ἀλλ' οὐ δικαίως: [p] ὁ δὲ πολίτης ἀρχῇ τινι διωρισμένος ἐστὶ (ὁ γὰρ [q] κοινωνῶν τῆς τοιᾶσδε ἀρχῆς, πολίτης ἐστὶν, [r] ὡς ἔφαμεν), [s] δηλονότι πολίτας μὲν εἶναι φατέον καὶ τούτους.

a. Var.Lect. Ἐκεῖνοι μᾶλλον ἔχουσιν. *Sic habent quædam græca exemplaria: quæ Lambinus, Genesius, Victorius, D. Thomas sequuti sunt. In Aldino, & Isingr. legitur ἐκεῖνος μᾶλλον ἔχει. hanc lectionem Aretinus expressit.*

g.h. Δούλους μετοίκους *sine* καὶ *habent omnia græca exemplaria: & in versionibus suis Victorius seruos vrbis inquilinos; Genesius seruos aduenas: seruos aduentitios D. Thomas interpretatur. At Lambinus, & Aretinus inter* δούλους *&* μετοίκους *reponunt* καὶ, *quos sum imitatus. exponuntque etiam in commentarijs, ac si ita scriptum legissent, Genesius, & Victorius: [inquilinos, & seruos.]*

s. Δηλονότι. *Sic in Aldino, & Isingr.. In alijs quibusdam.* δῆλον ὅτι.

EXPLANATIO.

b.c.d.f.g. h. [b] Peregrini, & serui, & inquilini aliquando, mutato reipublicæ statu, participes ciuilium munerum deliberandi, iudicandique efficiuntur: [e] vt olim Athenis facti sunt Clisthenis operâ. [a] de his dubitatur, quonam pacto sint simpliciter ciues, paulo antè inquilini, & peregrini, & serui; licet iam publicè deliberare, & iudicare aut indefinitè, & perpetuò, aut certis temporibus cernantur. hoc autem redargueret definitionem nostram: si illi, munerum istorum participes facti, non essent ciues simpliciter. § locus à parte. § [i] Respondetur κατ' ἀντιπαράστασιν: illos certè esse simpliciter ciues, & definitionem nostram manere: nec vocari propriè in controuersiam ab aduersarijs, vtrum sint ciues, sed vtrum iustè sint ciues, peregrini, & serui, & inquilini quum essent. [k] Replicatur aduersus hanc responsionem: [k] Cum hoc ipso, quod vocari in controuersiam dicitur, coniunctum esse alterum, quod dicitur non vocari: etenim, [m] quum idem

Dubitatio textus de peregrinis, seruis, inquilinis, an facti participes deliberandi, & iudicandi sint simpliciter ciues:

Responsio per depulsionem.

Replicatio aduersus responsionem.

idem valeat iniustum, ac falsum;[l] qui iustè non fuerit ciuis, eum falsò ci- l.
uem, hoc est ne ciuem quidem verè ac simpliciter fore. § locus à defini-
Euersio replicationis. tione. §[n] Hæc replicatio tollitur, negando assumptum in genere imperij, n. per totum.
Iniustus magistratus, & iniustum imperium vera nihilominus esse possunt. & magistratus. [n] In quo instantia talis affertur: [n] Verè simul, & iniustè n.o.
imperantes, magistratumque gerentes quosdam conspici; [o] quos nemo n. o.
falsò, nemo iustè magistratum gerere, & imperare affirmaret: [p] definitū p.r.
autem supra esse ciuem magistratu, imperioque indefinito, idest publica
auctoritate deliberandi, & iudicandi; [q] cuius vt particeps quisq; esse pos- q.
set, statim esset ciuis simpliciter: [r] quare peregrinos illos quoque, & ser- r.
uos, & inqnilinos, qui ad munera publica deliberandi, & iudicandi rece-
pti essent; quanquam iniustè, & immeritò ciues forent, fore tamen verè,
ac simpliciter ciues. §locus partim à genere, partim à simili. §

SCHOLIA.

Syntaxis. Reipublicæ, *Hoc verbum ἐκ τοῦ κοινοῦ cum duobus superioribus, § partici-* d.
pes, § & § mutatione § coniungendum est. § Facta mutatione respublica euaserunt
respubli. æ participes. §

Historia de Clisthenis facto. Sicut Athenis, &c. *Narrat hoc factum Herodotus in quinto, qui citatur à* e.
Pausania in primo.

Atheniensium tyranni qui nam hic intelligendi. Post eiectionem tyrannorum. *Non triginta tyrannorum: quos Spartani*
Athenis imposuerant; exegit Thrasybulus (qua in re hic fallitur Genesius, & non-
nulli eum sequentes) sed Pisistratidum, multo ante illos triginta: qui quidem astu
Clisthenis à Lacedæmonijs, Atheniensibusq; vnà eiecti fuerunt, vt narrant ijdem
Herodotus, & Pausanias.

Distributio in tribus. In tribus distribuit. *Vt in sua quisque tribu, quemadmodum moris est, suf-* i.
fragium ferret iudiciorum, & deliberationum publicarum.

Peregrini, serui, inquilini, ciues quo, ratione, & ad ciuitatem, iusque habitationem se habeant. Peregrinos, & seruos, & inquilinos. *Ordo inuersus. sunt enim magis con-* f.g.h.
iuncti iudicijs, & legibus cum ciuibus inquilini, magisq; ijs similes, quàm serui;
serui magis habitatione, quàm peregrini: tum e seruis in libertatem datis ciues
sæpenumero fiunt; atq; inquilinis post certū tempus ciuitas deberi videtur: peregri-
ni rarò donantur ciuitate. hi tamen possunt esse ciues ciuitatum aliarum: serui, &
Habitandi, & habitatorum in ciuitate rationes & modi. *inquilini non sunt. Distinguuntur autem, continenturq; his quatuor veluti gra-*
dibus & formis habitandi quicunque in vrbe, aut vrbis regione quocunque modo,
ac tēpore vitam degunt, alia.n.ratione ciues, alia inquilini, alia serui, alia peregri-
ni in illis habitant: concluduntur q; in hæc quatuor genera habitatores ciuitatis oēs.

Imperia iniusta in vniuersum quæ. Imperantes quosdam iniustè. *Quicunque ad vtilitatem eorum, quibus im-* n.
peratur, nullo modo; sed ad suam solam imperant in quouis imperij genere.

Quinam magistratu, & quo modo ciuis definiatur. Magistratu quodam. *Indefinito magistratu: quo nomine communis auctori-* p.
tas deliberandi, & iudicandi significatur. indefinito autem magistratu, cuius vel
per se, vel per definitum esse particeps possit, vt supra est declaratum.

Quemadmodum diximus. *In superiori capitis parte.* s.

* [Series ab tex. 2.]

Quæstiones incidentes duæ

PARS QVARTA CAPITIS SECVNDI.

Quæstiones incidentes duæ; † prior de actis ciuitati attribuendis, aut † tex. 9.
non attribuendis; coniuncta cum dubitatione, cuius in textu superiori est
facta



facta mentio, Iustene sint ciues peregrini, inquilini, serui, quibus, mutato reipublicæ statu, deliberationes, & iudicia communicantur: † posterior, coniuncta cum ea ipsa priori, De eadem, aut non eadem manente, & vocanda ciuitate, mutato loco, mutatis hominibus, mutata forma reipublicæ. † His duabus quæstionibus hæret tertia, sed non huius loci, vt videbimus, De pactis publico nomine initis, quæ à ciuitate seruanda sint aut non seruanda. Textus huius partis septem, à 9. ad 16.

† tex. 10. & sequentes vsque ad 15.

† tex. 15.

Argumentum Textus IX.

a.b. [a] *Prior quæstio, cum dubitatione superioris textus coniuncta: Quænam eorum, quæ publico aguntur nomine, ciuitatum acta existimanda, quæ minimè.*
c. ad g. [c] *Solutio eius falsa, & manca, quorundam propriè de tyrannorum, paucorumque potentum actis respondentium;*
g.h. [g] *cùm ipsorum fundamento;*
i.k.l. [i] *conuersioneque fundamenti ad solutionem mancam demonstrandam.*

In principio libri.

[a] Iustè verò, an non iustè; hæret coniunctũ expositæ priùs controuersiæ. [b] Dubitant enim quidam, quando ciuitas, & quando non ciuitas egit. [c] vt quom ex paucorum potestate, aut tyrannide ortus est status popularis. [d] tunc enim neque pacta conuenta † præstare quidam volunt; [e] tanquàm non ciuitas, sed tyrannus contraxerit; [f] nec alia multa huiusmodi. [g] perinde quasi nonnullæ rerumpublicarum præualendo existant, & consistent; [h] non propter communem vtilitatem. [i] Si igitur etiam popularis status quibusdam hoc modo instituitur, & administratur; [k] similiter huius ciuitatis dicendum est esse actiones huius reipublicæ; [l] atque eas, quæ ex paucorum potestate, & tyrannide.

Tex. 9.

† διαλύειν.

[a] Περὶ δὲ τοῦ δικαίως, ἢ μὴ δικαίως, συνάπτει τὴν [b] εἰρημένην πρότερον ἀμφισβήτησιν; [b] ἀποροῦσι γάρ τινες, πότε ἡ πόλις ἔπραξε, καὶ πότε οὐχ ἡ πόλις. [c] οἷον ὅταν ἐξ ὀλιγαρχίας, ἢ τυραννίδος γένηται δημοκρατία. [d] τότε γὰρ οὔτε τὰ συμβόλαια ἔνιοι βούλονται διαλύειν, [e] ὡς οὐ τῆς πόλεως, ἀλλὰ τοῦ τυράννου λαβόντος. [f] οὔτ᾽ ἄλλα πολλὰ τῶν τοιούτων. [g] ὡς ἐνίας τῶν πολιτειῶν τῷ κρατεῖν οὔσας, [h] ἀλλὰ οὐ διὰ τὸ κοινῇ συμφέρον. [i] εἴπερ οὖν καὶ δημοκρατοῦνταί τινες κατὰ τὸν τρόπον τοῦτον; [k] ὁμοίως τῆς πόλεως φατέον εἶναι ταύτης, τὰς τῆς πολιτείας ταύτης πράξεις; [l] καὶ τὰς ἐκ τῆς ὀλιγαρχίας, καὶ τῆς τυραννίδος.

Var. Lect. Συνάπτει τὴν. In Aldin. & Isingr. ita legitur. In alijs quibusdã, συνάπτει πρὸς τὴν.

EXPLANATIO.

ex a. quæst. [a] DVPLEX de inquilinis, seruis, peregrinis, ex mutatione reipublicæ ad communionem eius receptis, proposita est in textu superiori dubitatio. quarum altera ibidem fuit diluta: quî possint esse illi simpliciter

Quæstio huius textus & coniunctio eius cũ dubitatione superioris, proposita, at non soluta.

ciues. [a] altera, sint ne iustè, an non iustè ciues, dilui omnino nequit, nisi antè dissolutâ quæstione, [a] in principio libri memoratâ, [b] & agitatâ à multis, [a] cui ipsa coniuncta, affinisque est, [b] de actis ciuitati attribuendis, aut non attribuendis. [a] quippe si ciuitatis, quæ sola efficiendorum ciuium iustam potestatem habet, factum hoc fuerit, vt communicentur eiusmodi viris reipublicæ munera; erunt certò illi iustè ciues: si non fuerit factum ciuitatis; erunt non iustè. [c] Ad hanc igitur generalem quæstionem de actis ciuitatis respondent quidam falsò, & diminutè. [c] Contrahunt enim deducuntque id, quod communiter quæri, decidique de omnibus ciuitatibus debet, ad duas duntaxat earum formas, in qua tyranni, & in qua pauci potentes dominantur. itaque diminuta, & manca est eorum responsio. Est etiam falsa, [e] Siquidem ciuitatum, quibus tyranni, & quibus pauci potentes imperant, acta non esse ea, quæ a dominis, idest ea, quæ a tyrannis, & ea, quæ à paucis potentibus aguntur, sed propria ipsorum tyrannorum, propria paucorum potentum inquiunt. [d] quamobrem nec conuentionibus quidem, quas pauci potentes, & quas tyranni inierunt, ipsis quocunque modo perditis, teneri populum, & statum popularem, in quem tyrannis, vel paucorum potestas fortè abierit: [e] quum fuerint conuentiones illæ non ciuitatum, sed tyrannorum, & paucorum potentum. [f] Confirmant hæc, quæ inquiunt, hoc fundamento: Esse nonnullas respublicas, has duas scilicet, tyrannidem, & paucorum potestatem, [g] violentas; quæ viribus constent; [h] proprijsque & priuatis dominantium, non communibus & publicis populorum, hoc est ciuitatum vniuersarum commodis dirigantur. [g] Ex quo illa de actis, & de conuentionibus tyrannorum, & paucorum potentum conficiunt. nam, quia ciuitates in actis suis omnibus suam, hoc est communem vtilitatem spectare debeant; [e] non esse ea, quæ à tyrannis, & à paucis potentibus, propria commoda spectantibus, publico nomine fiunt, acta ciuitatum, sed ipsorum tyrannorum, & paucorum potentum: [d] hacque de causa pacta, & conuenta, quæ ijdem pepigerunt, seruari à populis, & ciuitatibus in libertatem vindicatis non oportere. † De falsitate porrho huius responsionis ad quæstionem propositam, Non esse ciuitatum ea quæ a tyrannis, & à paucis potentibus fiunt publico nomine; explicabitur in sequenti parte capitis. [i] nunc ostenditur eam mancam esse ex eodem, quo nixa est, fundamento. [i] Etenim subiectionem illam de priuatis commodis, violentiaque dominantium in nonnullis rebuspublicis; quam ipsi propriè tyrannidi, & paucorum potentiæ accommodant; non magis in has, quam in populares quasdam conuenire: in quibus pauperes, & plebs, nullâ aliorum ratione habitâ, ad commoda sua, quo iure, quaue iniuria, vi imperando, feruntur. [k] quocirca similiter quoque & in his, & in illis ea, quæ fiunt à dominantibus publico nomine, vel ipsorum dominantium, vel ciuitatum acta esse, aut non esse existimanda: [l] & similiter in vtrisque per dominantes confectas pactiones ab exortis deinde statibus seruandas, aut non seruandas. Ergo non faciunt hi satis, qui ad propositam generaliter de ciuitatibus cunctis quæstionem de ijs solis, in quibus tyranni, paucique potentes dominantur, præcisè respondent.

Responsio quorundam ad quæstionem istam & eius euersio.

Quoniam manca.

Quoniam falsa.

Fundamentum eorum, qui hoc modo ad quæstionem istam respondent.

Fundamento aduersariorum ostenditur eorum responsionem mancam esse.

a. iustè verò, an non iustè
a. dictam prius controuersiam.
b dubitant. a. quidam.
a. hæret coniunctum.
b. quando ciuitas, &c
a coniunctum.
c. ad i.
c. e. f. i. K. L.
e. f.
d.
e.
f. h.
g.
h.
g. perinde quasi
e e c. f.
d. neque.
†
i. k
i.
K. L.
et L.

SCHOLIA.

a. Hæret coniunctum. *Indicaui breuiter in commentario, quo modo quæstioni in principio libri proposita de actis ciuitati ascribendis, aut non ascribendis, de qua nunc dicendum est, hæreret implicita quæstio de iustè, iniustéue nuncupatis ciuibus, illata secūdo loco in superiori textu, nec dissoluta: hoc est quomodo ex solutione illius solutio huius penderet. Etenim si à ciuitate, cui solì est plenum, ac legitimum ius ciuium efficiendorum, facti sunt aliqui ciues, qui prius non erant: sunt profectò illi iustè ciues. quicquid nanque fit alicuius modi ab eo, quod talis modi faciendi plenam potestatem habet: id sanè, postquam factum est, est iustè eius modi. atque si potestas quidem in eo, quod fecit, iusta erat; iustè est simpliciter eius modi id, quod factum est: si non erat iusta; est iustè eius modi ex hypothesi. Iustum autem hic intelligo naturale tam simpliciter, quam ex hypothesi. quippe potestate plena, quamuis iniusta, semel præditum, facit naturaliter, quicquid facit ex ea potestate. conuenit enim natura rerum; qua conuenientia natura fundat iustum naturale; vt ex tali potestate talia omnino progignantur. Scitè Xenophon in libello de Atheniensium republica declarat, instituta, moresq́ illorum in sua republica administranda, quæ cæteris Græcis inepta, absurda, nefaria viderentur, rectè, & congruenter ad eius respublica modum, qui esset deterrimus, nata, obseruataq́ fuisse. Ciues itaque factos à ciuitate per iustam potestatem; simpliciter iustè: factos ab eadem per iniustam; simpliciter iniustè, iustè tamen ex hypothesi ciues appello.*

Quæstio posterior superioris text.: quo ex quæstione huius loci, in principio libri proposita, pendeat.

Quicquid factum est ab eo, quod ipsius efficiendi plenam potestatem habet, est iustè tale vel simpliciter, vel ex hypothesi.

Potestate plena præditum facit naturaliter quicquid per eam facit potestatem. Iusti naturalis fundamentum.

Xenophontis locus.

b. Dubitant enim quidam, &c. *Hæc est controuersia, & quæstio in principio libri exposita.*

c. Vt quom ex paucorum potestate, &c. *Dubitatur potissimùm, an quæ acta sunt publico nomine, sint acta ciuitatis, tunc, quom ex paucorum potestate; aut ex tyrannide extitit popularis status. Et plerique negant fuisse ciuitatis acta ea, quæ tyranni, vel pauci potentes egerint: hocq́ modo ad propositam quæstionem respondent, coarctantes eam, & deducentes ad has duas respublicas, tyrannidem, & paucorum potestatem, in quibus solis locum habeat. nam in cæteris nimis perspicuè acta dominantium, qui ad publicam vtilitatem præsunt, esse ciuitatum acta.*

Vbi potissimùm dubitetur de actis publico nomine an sint ciuitatis acta.

d. Tunc enim neque pacta, &c. *Hęc est quasi confirmatio eius, quod diximus. adeo enim tyrannorum, & paucorum potentum acta nolunt isti esse acta ciuitatum: vt ne pactionibus quidē illorum publico nomine initis teneri ciuitates affirment.*

Expositio verborum.

Quidam volunt. *Non sunt prorsus ijdem, qui superioribus illis verbis, § Dubitant enim quidam, § notabantur. illi enim dubitabant, & ambigebant: isti asseuerant, & respondent.*

e. Alia multa huiusmodi. *Vt leges, & instituta, quę tyranni, pauciq́ potentes sanxerunt.*

f. Præualendo existant. *Ex eo, quòd quidam è populo alijs plus polleant; existunt, & constant quædam rerumpublicarum formæ: ideoq́ propria illorum, non publica vtilitate diriguntur. Vel § pręualendo existant, § τῷ κρατεῖν οὔσας, instituuntur quædam respublicæ, vt illi, qui eas instituunt, dominentur, sintq́ cæteris superiores: atque hoc modo propter priuatam, non propter publicam vtilitatem instituuntur.*

Duplex expos. huius loci.

g. Quibusdam hoc modo. *Quibusdam vel ciuitatibus, vel hominibus.*

Expositio verborum.

h. Hoc modo instituitur, & administratur. *Quia plebs plus valeat, quàm nobiles: & ad priuatam eius, non ad publicam vtilitatem.*

k. Huius ciuitatis, &c. *Actiones huius reipublicæ, idest popularis, esse actiones huius ciuitatis, in qua instituta est hæc respublica popularis.*

D Eas, quæ

Eas, quæ ex paucorum, &c. *Actiones harum duarum rerumpublicarum, paucorum potestatis, & tyrannidis, seu in illis dominantium, quę obeuntur publico nomine, earum ciuitatum, quarum sunt istæ respublicæ, actiones esse.* 1.

Gemina loci huius sententia.

Ex paucorum potestate. *Præpositio ex indicat mihi duplicem sensum ex Aristotelici ingenij vbertate, quos in commentario explicaui: vnum, Actiones vtrarumq; harum rerumpublicarum, tam popularium, quam potestatū paucorum, & tyrannidum, seu dominantium in ipsis, esse similiter, aut non esse, quamdiu respublicæ istę manent, ciuitatum ipsis subiectarum actiones. Alter sensus pendet ex primo: Actiones harum omnium rerumpublicarum, vel in eis dominantium, quæ publico nomine obeuntur, post earum in alias interitum, remanere similiter, aut non remanere actiones ciuitatum, in quibus aliæ formę reipublicæ sint exortę: seruandaq; hac de causa similiter, aut non seruanda à rebuspublicis posterioribus pacta, & conuenta priorum.*

Argumentum quinque textuum sequentium; à 10. ad 15.

Posterior quæstio implicita & cohærens cum antecedenti: Quibus modis eadem maneat, vocandaque sit ciuitas; aut non eadem, sed diuersa, [a] mutata vrbe, [b] mutato populo, [c] mutata republica, ijsdemque rursus conseruatis; & populo quidem mutato [d] aut toto genere (ab altero alterius vel extincti, vel fugati, vel profecti occupato loco) [e] aut singulis eiusdem generis hominibus, perpetua vicissitudine, mortuis alijs, alijs natis, [f] aut multitudine utcunque aucta, imminutaue extra modum, [g] aut diuisa.

a. tex. 11. b. c. b. tex. 11. c. f. tex. 14. c. f. c. ex tex. 14. d. tex. 11. f. e. tex. 13. tex. 11. f. tex. 11. g.

Scholium in horum quinque textuum argumentum.

Partes proximæ ciuitatis, cui maximè propriè hoc nomen tribuitur.

Ciuitas quot modis dicatur.

Tres sunt partes proximæ eius ciuitatis, cui maximè propriè hoc nomen tribuitur: duplex materia, locus, idest vrbs, seu oppidum cum suo quantocunque agro; & populus: tertia respublica, quæ est ipsius forma. Et sex modis ciuitas dicitur: vno minimè propriè, quanquam ad vulgi sensum maximè, ipsa vrbs: altero minus impropriè, populus: tertio adhuc minùs, id, quod ex duabus hisce partibus materialibus constat: quarto verè, & propriè respublica, quam formam esse asseruimus ciuitatis: quinto magis propriè, populus republica ornatus, hoc est cum magistratibus, formaque, & ordine gubernandi: sexto forsitan maximè propriè, vereque, ac simpliciter, certè perfectissima ratione appellatur ciuitas totum compositum ex vrbe, populo, republica. Exempla horum modorum reperies in Lexicis. Si itaque vrbs sola mutata fuerit; nec primo, nec tertio, nec postremo modo ciuitas eadem manebit; manebit reliquis: atque ex quarto, & quinto verè, proprieq; sic appellabitur. si sola vrbs manebit, populo, & republica mutatâ: manebit eadem ciuitas primo duntaxat modo, ex quo maximè impropriè hoc nomen ei tribuetur. Par ratio respondendi ad cætera quæstionis capita: tandemq; vbicunque incolumis maneat eadem forma reipublicæ; manere eandem ciuitatem verè, ac propriè concluditur: vbi illa mutetur; hanc non manere, nisi impropriè, primo, secundo, tertio modo. Quæ omnia suis locis explicabuntur. Sed interim tu capitū quæstionis hunc accipe typū.

Quibus modis, vrbe, populo, republicâ mutatâ vel coniunctim, vel separatim, maneat, aut non maneat eadem ciuitas.

- *Vrbs mutatur*
  - *Manent populus genere idem, & eadem forma reipublicæ.* — Cap. 1.
  - *Manet populus idem genere: mutatur cum vrbe forma reipublicæ.* — Cap. 2.
  - *Manet forma reipublicæ eadem: mutatur cũ vrbe populus toto genere.* Cap. 3.
    Hoc caput ἀσύστατον esset: si populus latè, vt comprehendit omnes omnino homines ciuitatis, tam participes, quàm non participes reipublicæ, & imperij, acciperetur.
- *Populus mutatur*
  - *Toto genere, & simpliciter:*
    - *Manent vrbs, & eadem forma reipublica.* — Cap. 4.
    - *Manet vrbs: mutatur cũ populo forma reipubl.* Cap. 5.
  - *Ex parte, & quadantenus:* — *Eodem ipso*
    - *Diuiso.* — Cap. 6.
    - *Aucto extra modum.* — Cap. 7.
    - *Imminuto extra modum.* — Cap. 8.
- *Reipublicæ forma mutatur:* *Manent vrbs eadem, idemque genere populus: licet singuli homines ex perpetua ortus, interitusque vicissitudine mutentur.* Cap. 9. In tex. 13. 14.

(Cap. 1–6: In tex. 11. 13. 14. — Cap. 7–8: In tex. 12.)

Argumentum Textus X.

Proposita in serie disputationis quæstio posterior: cuius capita proxime explicaui.

[a] Videtur autem cohęrens sermo esse cum dubitatione ista: [b] qua nam tandem ratione ciuitatem esse eandem, [c] aut non eandem, sed diuersam conueniat dicere.

[a] Ἔοικε δ' οἰκεῖος ὁ λόγος εἶναι τῆς ἀπορίας ταύτης, [b] πῶς ποτε χρὴ λέγειν τὴν πόλιν εἶναι τὴν αὐτήν, [c] ἢ μὴ τὴν αὐτήν, ἀλλ' ἑτέραν.

SCHOLIA.

a. Cohærens sermo esse cum dubitatione, &c. *Connexa est, aptaq́; pendet quæstio proximè exposita (Quę sint ciuitatis acta existimanda) quęq́; eius erat quasi soboles (Vtrum, mutata republica ex alio in alium statum, prioris pactiones seruare posterior teneatur) ab hac altera quæstione, & dubitatione: Qua suarum partium mutata quo modo ciuitas eadem, & non eadem maneat, vocariq́; possit. Quippe si quid in ciuitate apparuerit; quo mutato mutetur; & quo manente maneat eadem verè, ac simpliciter ciuitas: planè actiones ad id pertinentes, actiones ciuitatis erunt: conuentaq́; inita, quandiu incolume id ipsum seruabitur, quibuscunq; & quantiscunque alijs in ciuitate factis mutationibus, seruari oportebit.* Pendet prior quæstio in superiori textu exposita ex hac posteriori.

b. Ciuitatem esse eandem. *Eandem modo, non specie, aut genere.* Vox eandem quo significatu.

Argumentum Textus XI.

b. ed h. a.b.c.K. [b] *Sex priora posterioris quæstionis capita breuissimè indicata:* [a] *& qualis de vnoquoque eorum sit dubitatio, & solutio, admonitum.*

Tex. 11. [a] Maximè conspicua igitur, nec profunda huius dubitationis inquisitio est [b] de loco, [c] & hominibus. [d] Contingit enim, vt [e] locus, & [f] homines disjungantur; [g] & hi quidem alium, illi autem alium habitent locum. [h] Hanc igitur mitiorem dubitationem esse ponendum est. [i] quum enim ciuitas multis modis dicatur: [k] est quodammodo prompta, & facilis talis inquisitio.

[a] Ἡ μὲν οὖν ἐπιπολαιοτάτη τῆς ἀπορίας ζήτησις [b] περὶ τὸν τόπον, [c] καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐστίν. [d] ἐνδέχεται γὰρ διαζευχθῆναι [e] τὸν τόπον, [f] καὶ τοὺς ἀνθρώπους. [g] καὶ τοὺς μὲν ἕτερον, τοὺς δὲ ἕτερον οἰκῆσαι τόπον. [h] ταύτην μὲν οὖν πρᾳοτέραν θετέον τὴν ἀπορίαν. [i] πολλαχῶς γὰρ τῆς πόλεως λεγομένης, [k] ἐστί πως εὐμάρεια τῆς τοιαύτης ζητήσεως.

EXPLANATIO.

Sex capita, quæ hoc loco indicantur, ista sunt: [b] Si vrbs mutata est vel manente cum populo, eâdem forma reipublicæ, vel hac quoque mutatâ: [c] Si populus toto genere est mutatus vel manente similiter cum vrbe eadem formâ reipublicæ, vel eâ quoque mutatâ: [e] Si vrbs, & populus mutata sunt, manet eadem forma reipublicæ, idest pars, quæ ciuitatem, & rempublicam gubernabat cum eâdem gubernandi ratione: [g] Si populus est diuisus. [a] De vnoquoque horum capitum dubitationem cuique obuiam, & leuiculam esse; eandemque facilem solutu [i] ex multiplici ciuitatis significatione. Hæc autem per ea, quæ paulo ante à nobis proposita sunt, sunt manifesta. b.e. c.f. e.f. g. a.h.k. i. In scholio ad argumentũ horum quinque textuum.

SCHOLIA.

Facilis de his sex capitibus q̃stionis cùm dubitatio, tũ solutio.

Maximè conspicua igitur, nec profunda. *ἐπιπολαιοτάτη. Duo significari hoc vocabulo, & altero, εὐμάρεια, in exitu textus, nunc puto: facilitatem dubitandi, & facilitatem soluendi; quom aut vrbs mutatur, seu manente cum populo, seu mutata republica; aut populus toto genere mutatur vel manente item cum vrbe republica, vel mutata; aut vrbs, & populus mutantur manente republica; aut diuiditur populus. In vnaquaque enim mutationum istarum tum esse promptam, occurrereq́ omnibus dubitationem, maneatne, an non maneat ciuitas eadem, quæ antè fuerat: tum haud difficilem explicatu, arduamue dubitationem hanc esse. & occurrere quidem, facileq́ explicari eam propter significationes ciuitatis vulgo notas: quo vocabulo aliquando vrbs; aliquando populus vel republica decoratus, vel eis oppositus nuncupari solet. Non peruenit tamen vulgus ad veram causam, idest ad rempublicam: vnde non eadem, si mutetur; eadem, si maneat, vtcunque mutatis populo, & vrbe, verè, proprieq́ ciuitas vocanda est: de qua vera causa plenè & distinctè in tex. 13. exponetur. Sed sat est ei, si dicat; quotiescunque aut populus in aliam vrbem migrauit, nouamue condidit; aut vrbs alium accepit populum; aut vtrunque interijt, & noua vrbs vel in solo veteri, vel prope illud est ædificata, nouusq́ populus hanc incolit; non esse eandem ciuitatem, quæ prius erat: propterea quòd & populo, & vrbi, & ambabus nomen ciuitatis communiter tribuatur, in primo nimirum, secundo, tertio significatu. saluam conseruatam esse, mutatis illis, rempublicam, & partem dominatricem, quæ quarta significatione verè, proprieq́ ciuitas appellatur, parum curat, & considerat. Quanquàm vbi Pompeius*

Veram causam, vnde eadem, aut non eadẽ vocanda est ciuitas propriè, attingat ne vulgus.

cum

cum Senatu commorabatur, post relictam vrbem, relictumq; Romanorum populum; ibi Romam esse aiebant; licet minus propriè, quandoquidem seculo illo penes populum summa ciuitatis romanæ potestas residebat. Et apud nos prouerbio fertur: quocunque in loco sit summus Pontifex, Romam in eodem esse.

b.c. De loco, & hominibus. *In locum, & homines ciuitas diuiditur. locus, quem vrbem vocamus, in oppidum, & agrum. homines in populum, & rempublicam; siue in populum, & magistratus. Hic per homines populum intelligo distinctum à magistratibus, & rempublicam gubernantibus.*

c.f. Vt locus, & homines disjungantur. *Vt diuellantur, & separentur tum inter se, quàm à republica, & parte dominatrice hę dua partes ciuitatis: vel mutatione vrbis scilicet; dum à sua expulsus, profectusue quocunque de causa iste populus nouam condit, aut ab alijs prius conditam occupat: vel populi vniuersi mutatione; quia in vrbem istam, priori eius populo aut extincto, aut fugato, aut aliam in regionem quacunque ratione profecto, alter ad habitandum siue per se, siue ascitus ab vrbis dominis, qui superstites fuerint, veniat: vel mutatione vtriusque; si, alijs duabus aut amissis, aut relictis, pars gubernatrix sola cum sua forma gubernationis alio commigret adiuncto sibi nouo populo. quorum omnium exempla passim in historijs inuenies. Mutata porrho vrbe sola, quemadmodum in scholio communi diximus; non manet eadem ciuitas nec primo, nec tertio, nec nouissimo modo: manet secundo; si cum vrbe mutat populus etiam reipublicæ formam; si non mutat, manet secundo, & quarto, & quinto: si mutatur populus cum vrbe, non mutata republica; manet solum quarto. Conseruata uero vrbe, & mutato cum republica vniuerso populo; manet eadem ciuitas primo duntaxat modo: mutato populo, manente republica; manet primo, & quarto.*

Et hi quidem alium, &c. *Disiungo hoc incisum à proximè antecedenti, & coniungo* ἐκ τοῦ κοινοῦ *cum superiori verbo* ἐδίσταζε, *{ contigit }; exponens ipsum de sexto capite quæstionis, quod ad diuisionem populi pertinet. Fieri autem potest, vt populus vnius alicuius ciuitatis diuidatur tribus modis: vno, si, ducta per medium vrbis fossa, aut flumine, aut muro, aut alia re simili, alij hāc, alij illam incolant partem; & suos magistratus, suam propriam rempublicam vtriq; habeant. ita Emporias hispanas, muro diuisas, alteram à Græcis ex Phocaa oriundis, alteram*

Lib. 34. *ab Hispanis indigenis habitatas Liuius scribit, secundo modo diuiditur populus, si quædam ipsius pars, quod cernitur in colonijs, aliò ad habitandum, & ciuitatem alteram constituendam proficiscatur: tertio, si, diuiso eo in duas partes, vtraq; pars nouas quærat sedes; quod Troiani sub Aenea, & sub Antenore fecerūt. Horum trium modorum secundo tantum remanet eadem verè, propriéq; ciuitas in quarto, quinto, sexto significatu.*

h. Mitiorem. πραοτέρως. *Nomen à moribus ad dubitationem translatum.* — πραότερος.

i. (In schol. cōi ad arg. horum quinq; textuū.) Quum enim ciuitas multis modis dicatur. *Qui quidem à nobis paulo antè sunt expositi.*

K. Est quodammodo prompta, & facilis, &c. *Promptum etiam, faciléq; est hoc intelligere, quàm promptè dubitetur in expositis mutationibus vrbis & populi, præsertim non consyderata republica; & quàm facilè dubitationes soluantur ex eo quòd vocabulum ciuitas multis modis vulgò accipi soleat.* — Expositio verborum.

Side notes: Locus, & Homines. — Explicatio sex capitum quæstionis, quæ in hoc textu indicātur. — Responsio ad quinque priora quæstionis capita. — Responsio ad sextum caput quæstionis. — Populus diuisus quot modis.

Argumentum Textus XII.

a. ad g. [a] *Ad duo alia posterioris quæstionis capita, septimum, & octauum,*

g. per totum. *Si augeatur, minuaturue extra modum populus, responsum.* [b] *Plenior responsio vnà cum duabus hærentibus quæstionibus aliò ablegata.*

[b] Similiter

Tex. 12. [a] Similiter autem & hominum eundem incolentium locum quando vnam esse ciuitatem existimare oportet. [b] Non enim sanè mœnibus, [c] liceat nanque Peloponneso murum vnum circundare. [d] talis autem fortasse est & Babylon, [e] & omnis, quæcunque circumscriptionem habet magis gentis, quàm ciuitatis: [f] qua quidem, aiunt, tertiam diem capta, partem quandam ciuitatis non sensisse. [g] Sed de hac porrho dubitatione alia opportunitate vtilis erit consyderatio: [h] nam de magnitudine ciuitatis & quantam, [i] & vtrum vnam gentem, [k] an plures esse expediat; oportet non latere ciuilem hominem.

[a] Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν τὸν αὐτὸν τόπον κατοικούντων ἀνθρώπων πότε δεῖ νομίζειν μίαν εἶναι τὴν πόλιν. [b] οὐ γὰρ δὴ τοῖς τείχεσιν. [c] εἴη γὰρ ἂν Πελοποννήσῳ περιβαλεῖν ἓν τεῖχος. [d] τοιαύτη δ' ἴσως ἐστὶ καὶ Βαβυλὼν, [e] καὶ πᾶσα, ἥτις ἔχει περιγραφὴν μᾶλλον ἔθνους, ἢ πόλεως: [f] ἧς γέ φασιν ἑαλωκυίας τρίτην ἡμέραν οὐκ αἰσθέσθαι τι μέρος τῆς πόλεως. [g] ἀλλὰ περὶ μὲν ταύτης τῆς ἀπορίας εἰς ἄλλον καιρὸν χρήσιμος ἡ σκέψις. [h] περὶ γὰρ μεγέθους τῆς πόλεως, τό τε ποσὸν, [i] καὶ πότερον ἔθνος ἓν, ἢ πλείω συμφέρει, [k] δεῖ μὴ λανθάνειν τὸν πολιτικόν.

EXPLANATIO.

[a] ADAVCTO extra modum vel vberi indigenarum fœtura, vel magno aduenarum concursu, [a] populo ciuitatis, aut, etiam latiùs, hominum eundem locum, [b] & intra eadem quoque mœnia habitantium, numero; [a] non est vna, nec remanet eadem ciuitas ([c] quòd duobus exemplis ostenditur; [d] vno vrbis Babylonis; [e] altero si Peloponneso murus vnus circundaretur) [+] similiter nec imminuto. [g] Quis autem sit modi illius terminus, seu quatenus progredi crescendo, & decrescendo numerus hominum illorum possit, [a] vt sit vna, permaneatque eadem ciuitas, [h] quod demum est, quanta esse debeat ciuitatis magnitudo: [h] hæc quæstio, [i] vnà cum finitima, Expediatne ex vna, an ex pluribus gentibus, ordinibus, generibus hominum ciuitatem vnam conflari, & constare; [k] pertinet quidem ad ciuilem philosophum; [g] non est tamen huius, sed magis idonei loci.

a. | a. hoïum, &c. | ex b. | a. vnam esse. | c. ad g. | d. | e. | † | g. | ex a. vnà esse. | h. | h. | i. | k. | g.

SCHOLIA.

Triplex expositio.

Similiter autem, &c. *In hoc membro aliquid profectò est subaudiendum. vel igitur subaudi* { *prompta, & facilis inquisitio est* }, *ex textu superiori. vel subaudi* { *dubitari potest* }, *cum D. Thoma, Victorio, Genesio. aut lege cum interrogatione:* { *quando vnam esse ciuitatem existimare oportet?* } a.

Idem locus.

Eundem incolentium locum. *Terminatq aliquo conclusum, & circunscriptũ.*

Hoc sexto quæstionis capite quæ quærantur.

Vnam esse. *Hoc quæstionis capite non solùm quæritur vtrum eadem ciuitas maneat, aucto, imminutoue extra certum modum hominum numero: sed etiam vtrum vna ab initio fieri possit ex maiori, aut minori.*

Responsio falsò ad hoc quæstionis caput: & eius euersio.

Non enim sanè mœnibus. *Dices aliquis, ex quantauis multitudine conflari, & constare vnam ciuitatem posse, quæ mœnibus sit desinenda: vt quotcunque, & quæcunque intra eadem mœnia habitent, ad vnam pertineant ciuitatem. Sed* b.

hoc est

hoc est falsum, vnam esse ciuitatem propter vna mœnia. quod proximis exemplis docebimur.

c. Liceat nanque Peloponneso, &c. *Si quis Peloponneso murum vnum circundaret: planè intra eundem murum multa essent ciuitates, Sparta, Messene, & reliquæ. Fortasse ad dictum Atheniensium aduersus Peloponnesios, proditum à Lysia in oratione de Atheniensium laudibus, & hic à Victorio relatum, Philosophus respexit.*

d. Talis autem fortasse est & Babylon. *Qualis? nempe similis Peloponneso, si muro circundaretur. Non est igitur quòd aliquis putet vrbis illius exemplo demonstrare se posse, ciuitatem vnam ex communi muro æstimandam, ac definiendam esse. Siquidem in vrbe Babylonia, quanquàm vna vocatur, multæ sunt tamen, si non ciuitates, quemadmodum in Peloponneso, at quasi ciuitates. quod sequentia ostendent. Et, si hoc modo expones; occurres per hæc Philosophus tacitæ instantiæ.*

Fortasse. *Quia non omnino est talis, idest non tam magna, nec tot ciuitates continens, quàm magna est, & quot ciuitates continet Peloponnesus; sed est similis.*

Babylon. *De huius vrbis magnitudine Herodotus in primo, Diodorus in Antiquarum rerum ij. Strabo in xvi. Plinius in vi. Q. Curtius in v. & alij. Quanquàm variant. nam Strabo tercentum octoginta quinque stadia; Diodorus tercentum sexaginta; Curtius tercentum sexaginta octo; Herodotus quadringenta octoginta ambitu suorum mœnium amplexam tradunt. Cum quo Herodoto consentiunt Plinius, &, simia eius, Solinus, sexaginta millia passuum in circuitu ei tribuentes. De magnitudine autem regionis Babyloniæ diximus ad tex. 18. lib. secundi.* Babylonis vrbis magnitudo.

Cap. 16.

e. Et omnis, quæcunque, &c. *Et omnis vrbs, quæcunque, &c.*

f. Qua quidem aiunt, &c. *Capta Babylonia vrbe iam tertium diem, nondum certa quædam ipsius pars id senserat, vt quidam narrant: Nonne igitur vastæ magnitudinis Babylon fuit, Peloponnesi penè similis? Et quì esse illa vna ciuitas potuit; si non erat in ea vnitas; nec coniunctio aliqua earum, quæ ipsius videbantur, partium, tantum inter se dissitarum, vt, quæ in alijs fierent, ingentia, exitiosa, tanto temporis spatio aliæ haud sentirent? hoc enim vnitati repugnare maximè videtur. Ita bicipitem rationem euentum hoc dabit: hinc ad magnitudinem vrbis Babylonis declarandam; illinc ad ostendendum, per talem magnitudinem, vnam ciuitatem eam esse non potuisse.* Ratio biceps ex hoc euento.

Aiunt. *Qui nam hi fuerint, nescimus.*

Partem quandam ciuitatis. *Ciuitas, ἡ πόλις, nunc pro vrbe; sicut aliàs etiam & apud nostrum, & apud alios scriptores tam græcos, quam latinos: atque pro ea quidem vrbe, de qua dubitari posset, an esset ciuitas, idest an contineret in se cœtum, & multitudinem hominum, vnde ciuitas conflaretur.* Ciuitatis vocabulũ.

h. i. De magnitudine ciuitatis & quantam, & vtrum vnam gentem, an plures. *Harum quæstionum vtraque in septimo libro tractabitur: prima cap. 4. secunda 6. 8. 9. 10.*

Argumentum Textus XIII.

Ad nonum quæstionis posterioris caput (Si sola respublica mutatur) plenè responsum. Et in hoc quinque prima ipsi coniuncta (Si aut sola maneat, aut cum alterutra aliarum duarum partium vel mutetur, vel maneat) leuiter indicata, & soluta.

Tex.11. [a] Sed ijsdem eundem locum incolentibus, vtrum, quoad sit idem incolentium genus, [b] eandem esse ciuitatem dicendum; [c] quanquàm semper alijs intereuntibus, alijs nascentibus: [d] sicut & flumina dicere eadem consueuimus, [e] & fontes eosdem; [f] quanuis semper alio succedente latice, alio excedente? [g] An homines quidem dicendum eosdem esse propter talem causam; [h] ciuitatem autem diuersam. [i] nam si ciuitas quidem societas quędam est ([k] est autem ciuium societas) [l] quom respublica specie sit diuersa, & differens à republica; [m] videretur vtique necesse esse etiam ciuitatem esse non eandem. [n] Quemadmodum sanè & chorum, nunc quidem comicum, nunc verò tragicum, diuersum esse dicimus: [o] quum sæpenumero ijdem homines sint. [p] Similiter autem & omnem aliam societatem, [q] compositionemque diuersam esse; [r] si species compositionis sit diuersa: [s] veluti harmoniam eorundem sonorum esse diuersam diceremus, [t] quæ modò Doria sit, modo Phrygia.

[a] Ἀλλὰ τῶν αὐτῶν κατοικούντων τὸν αὐτὸν τόπον, πότερον, ἕως ἂν ᾖ τὸ γένος ταυτὸ τῶν κατοικούντων, [b] τὴν εἶναι φατέον πόλιν, [c] καίπερ αἰεὶ τῶν μὲν φθειρομένων, τῶν δὲ γινομένων: [d] ὥσπερ καὶ ποταμοὺς εἰώθαμεν λέγειν τοὺς αὐτοὺς, [e] καὶ κρήνας τὰς αὐτάς, [f] καίπερ ἀεὶ τοῦ μὲν ἐπιγινομένου νάματος, τοῦ δ' ὑπεξιόντος; [g] ἢ τοὺς μὲν ἀνθρώπους φατέον εἶναι τοὺς αὐτοὺς διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν· [h] τὴν δὲ πόλιν ἑτέραν. [i] εἴπερ γάρ ἐστι κοινωνία τις ἡ πόλις [k] (ἔστι δὲ κοινωνία πολιτῶν) [l] πολιτείας γινομένης ἑτέρας τῷ εἴδει, καὶ διαφερούσης τῆς πολιτείας· [m] ἀναγκαῖον εἶναι δόξειεν ἂν καὶ τὴν πόλιν εἶναι μὴ τὴν αὐτήν. [n] ὥσπερ γε καὶ χορὸν, ὁτὲ μὲν κωμικὸν, ὁτὲ δὲ τραγικὸν, ἕτερον εἶναί φαμεν: [o] τῶν αὐτῶν πολλάκις ἀνθρώπων ὄντων. [p] ὁμοίως δὲ καὶ πᾶσαν ἄλλην κοινωνίαν, [q] καὶ σύνθεσιν ἑτέραν· [r] ἂν εἶδος ἕτερον ᾖ τῆς συνθέσεως. [s] οἷον ἁρμονίαν τῶν αὐτῶν φθόγγων ἑτέραν εἶναι λέγοιμεν ἄν, [t] ὁτὲ μὲν ᾖ δώριος, ὁτὲ δὲ φρύγιος.

Var. Lect. Τῆς πολιτείας. *Lambinus pro hoc aut legit in aliquo exemplari, aut legendum putauit* τοῖς πολίταις.

EXPLANATIO.

[a] Vtrum quandiu idem genus populi in eadem vrbe manet, [c] mutatis singulis hominibus ex perpetua ortus interitusque nostri vicissitudine; [b] maneat, & vocanda sit eadem ciuitas, [g] an tandiù solùm, quamdiù eadem forma reipublicæ manet. [d] Responsio à priori parte, hoc est ab aiente. (Manere eandem simpliciter ciuitatem) falsa: eiusque confirmatio, ac confutatio. [g] Responsio à parte altera, seu à negante (Non manere eandem, nisi quamdiù eadem forma reipublicæ maneat) vera: & eius confirmatio. Confirmatio falsæ responsionis argumento à simili. Nam [d] eodem modo fluuios, & fontes [d] communi consensu dici eosdem, quamdiù ab illis, & per illos aqua fluit, [f] licet alia semper, & alia. [g] Confutatio. Hoc simili conuincitur solùm idem genus, eandemue multitudinem hominum permanere, quemadmodum ibi permanet species eadem aquæ, ex qua fluuij, & fontes ijdem, diuersique nominantur: non autem

a.
c.
b.
g. & inde.
d. & inde.
g. & inde per totum.
d.e.f.
d. dicere consueuimus.
f.
g.h.

autem vt ciuitas eadem permaneat, quam alia causa magis perfecta, idest non materia, sed forma, de qua proximè dicetur, vnam, eandemque facit, ac conseruat. [l] Confirmatio responsionis veræ per locum à genere. [p] Omnem enim societatem; [q] &, magis vniuersè, etiam compositionem omnem, [n] communi consensu, tandiu eandem dici, & esse; [r] quandiu eadem species formaque compositionis maneat: [q] nominari, esseq́; diuersam, [r] statim atque illa species diuersa fuerit; licet manserit eadem prorsus materia. [n] quod inductione ostenditur: [n] expositâ re primùm in choro; qui, ex eisdem sæpe hominibus constans, diuersâ ratione, formâq; ornatis, & compositis ad saltationem, sermonem, cantum, nominatur ex hac varia ratione, & forma alius, & alius, exempligratia interdum comicus, interdum tragicus: [s] deinde expositâ in harmonia; quæ vna, & eadem, quod ad sonos, instrumentaque sonos reddentia pertinet, idest eorundem sonorum, & instrumentorum quum sit, commutatur, nuncupariqùe variè solet, modò Dorica, modò Phrygia, modò alijs nominibus ipsi conuenientibus propter variam eos sonos inter se componendi, & miscendi rationem, quæ est harmoniæ forma. [i] Esse autem ciuitatem compositionem, ac societatem quandam, [k] ciuium nimirùm societatem. Et respublica est vera forma ciuitatis.

l. & inde per totum.
p. q. r.
q.
n. dicimus l. diceremus.
r.
p. q.
r.
n. o. l. t.
n. o.
s. t.
i.
k.
ad p. i.

SCHOLIA.

a. Sed ijsdem, &c. *Nec vrbe, nec populo vniuerso mutato, vt in tex. 11. mutabatur.* — Syntaxis.

g. Propter talem causam. *Quòd semper idem genus, eademq; natio hominum permaneat.*

h. Ciuitatem autem diuersam. *Rideret vulgus, audiens, aliam, & aliam Romam fuisse, non vnam, & eandem sub regibus, sub patritijs, sub populo. At fuit sanè toto eo tempore eadem vrbs Roma, idemq; Romanorum populus vniuersus: non fuit eadem Romana ciuitas; sed mutata est toties, quoties forma republicæ eius, quæ propria ipsius forma erat, fuit mutata.* — Roma quomodo eadem, & non eadem sub regibus, sub patritijs, sub populo.

k. Est autem ciuium societas. *Quod ex primo, & sexto textu libri huius liquet. Est autem hac confirmatio eius, quod proximè sumptum fuerat; penèq; est per se notum, vt ad primum textum primi libri adnotauimus. Ciuitatem in societatum genere esse.* — Ciuitas est in genere societatum & est ciuium societas.

l. Respublica specie fit diuersa, & differens à republica. *Quæ posteriùs exoritur, ab ea, quæ antecessit.* — Syntaxis.

n. Quemadmodũ sanè & chorum, nunc quidem comicum, nunc verò tragicũ, &c. *Genera varia chororũ, & comici, tragiciq; discrimina quære in Poeticis.* — Chororum genera.

o. Quum sæpenumero ijdem homines sint. *Non omnes, sed quidam ipsorum. Etenim comicus chorus è 24. personis constabat. tragicus apud veteres vsque ad Aeschyli Eumenidas è quinquaginta. ab eo tempore lege lata ad minorem redactus est numerum, vt è quindecim constitueretur. Testes Aristophanis interpres in Auibus, & Iulius Pollux in libro quarto.* — Chorus comicus, & chorus tragicus, è quot vterq; personis.

p. q. Omnem aliam societatem, compositionemq;, &c. *Non solùm de societate, & compositione omni verum est pronuntiatum, sed de omni omnino re, quæ forma aliqua sit prædita. At in reliquis verum simul, & clarum. in ijs, quæ congregatione, coitioneq; quadam rerum multarum fiunt, quia tenuem formam habere videantur, dubitare quispiam de veritate eius posset. itaque propriè in his comprobatur.* — Compositum est idẽ, aut diuersum pro eadem vel diuersâ forma.

t. Modo Doria fit, modo Phrygia. *Sunt hi duo harmoniarum modi à Platone in iij. de Republica cæteris præpositi, de quibus infrà in lib. octauo.* — Doria, & Phrygia harmonia.

Argumentum Textus XIV.

[a] Conclusa quæstionis posterioris ([b] designatis rursus penè verbo capitibus eius sex,[b] nouissimo,[c] & quinque primis) decisio.[+] per quam decisionem etiam decisio prioris quæstionis patescit. a. b. per totum. c.d.e.f.b.

Tex. 14. [a] Si igitur hoc modo se res habet: [b] manifestum est, eandem ciuitatem maximè dicendam esse ad rempublicam aspiciendo; [c] nomine autem diuerso, [d] vel eodem licere eam appellare [e] tum si ijdem, [f] tum si diuersi prorsus homines habitent in ea.

[a] Εἰ δὴ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον: [b] φανερὸν ὅτι μάλιστα λεκτέον τὴν αὐτὴν πόλιν εἰς τὴν πολιτείαν βλέποντας· [c] ὄνομα δὲ καλεῖν ἕτερον, [d] ἢ ταὐτόν, ἔξεστι [e] καὶ τῶν αὐτῶν κατοικούντων αὐτήν, [f] καὶ πάμπαν ἑτέρων ἀνθρώπων.

EXPLANATIO.

[a] Per ea igitur, quæ hactenus, in textu superiori præsertim, sunt declarata; [b] palam factum est: [b] Ex republica, quæ est forma, tertiaq; pars ciuitatis, incolumi manente, aut mutatâ; sicut verè fit; sic præcipuè appellandam esse ciuitatem eandem, aut diuersam: [c] ex alijs duabus partibus materialibus, vrbe, & populo, vel coniunctim, vel separatim mutatis, aut seruatis [f] eandem, diuersamúe communi loquendi more appellari abs te posse, sed nomine tenus, hoc est impropriè, nec aptè ad naturam rei, & veritatem. a. b. ad rempubl. cam aspiciédo. c.f. c.d.

SCHOLIA.

Quæstio de actis ciuitati attribuendis, aut nô attribuêdis; vnaque pars quædam illius tertiæ quæstionis de pactionibus à ciuitate seruandis, aut non seruandis, deciduntur.

Ad rempublicam aspiciendo. *Si igitur respublica est id in ciuitate; quo manente, manet illa eadem verè, ac simpliciter; & quo mutato, verè, ac simpliciter mutatur, nec manet eadem: sequitur perspicuè actiones respublicæ, eiusq́, quod in republica dominatur, esse actiones ciuitatis: tum eadem de causa pactiones à republica, eoq́, quod in republica summam potestatem habet, factas, quoad talis forma reipublicę manet, seruari oportere. Quę sunt decisiones, prior quæstionis prioris, multo antè in principio libri, ac tandem in nono textu propositę, quadantenusq́ tractatæ; posterior cuiusdam partis tertię cuiusdam quęstionis adhęrentis ad duas in præsentia institutas, quę tamen non est huius loci. Vtrum verò, mutata forma reipublicæ, initas sub priori forma per eos, qui potestatem tunc habebant, pactiones seruari ab eodem populo sub posteriori, hoc est sub alia republica, & ob id in alia re vera ciuitate, tametsi nomine eadem, viuente, conueniat, & iustum sit (quæ est pręcipua pars illius tertię quęstionis proposita suprà in eodem textu nono) alià disputatio est, fusiùs, & loco magis idoneo habenda, vt in proximo textu dicetur.* b. d. e.

Synonymia. Nomine autem diuerso, vel eodem, &c. *Appellare eodem, vel diuerso nomine ciuitatem, mutata republica, licet ex communi vsu; non tamen conuenienter, idoneeq́ ad rei naturam, & veritatem, quam nomenclatura non mutat. Ergo nomine tenus, vt dixi in commentario. Verba græca,* ὄνομα δὲ καλεῖν ἕτερον, ἢ ταὐτόν, *sic etiam verti magis ad verbum possent:* {Nomine aût vti diuerso, vel eodem.} c.d.

Nomine

c.d.e.f. Nomine diuerso, vel eodem, &c. tum si ijdem, &c. *Si aut vrbs, aut populus, aut vtrunque idem manet, mutata republica ciuitatis alicuius: potes, ex loquendi vsu, eodem nomine ciuitatis, quo illa priùs appellabatur, appellare totũ id, quod existit posteriùs. Exempli gratia, expulsis regibus, item est vocata Romana ciuitas, sicut antea vocabatur sub regum imperio. Conuersa ratione si aut populus, aut vrbs, aut vtrunque est mutatum, manente eadem forma reipublicæ, idest manente parte dominante cum iisdem legibus, & gubernationis forma: appellatur sæpe ciuitas diuerso nomine, ac prius appellaretur. vt, postquàm Albam longam in Albano monte Ascanius condidit, translatis eò Lauinij habitatoribus; dicti sunt Albani pro Lauinijs, seu Lauiniensibus. Vtraq; verò nomenclatio impropria: neque ex rei natura, & veritate. prior: quia alia re vera facta est ciuitas, noua in eam inducta forma. posterior: quia re vera ciuitas eadẽ mansit, forma conseruata salua.* Quomodo eadẽ, quo diuersa dicatur ciuitas ex vnoquoque sex capitum quæstionis hic designatorum.

e.f. Tum si ijdem, tum si diuersi prorsus homines habitent in ea. *Eosdem habitare in vocata ciuitate ait; quom idem manet populus, vrbs mutatur: habitare prorsus diuersos; quom eadem vrbs manet, mutatur vniuersus populus, qui à republica distinguitur. Vtrobique ergo si manet simul cum populo, vel simul cum vrbe (mutata altera harum duarum partium) eadem forma reipublicæ; aut etiam manet ipsa sola, ambabus ijs partibus mutatis; quicunque diuerso nomine, ac priùs illa appellaretur, ciuitatem appellat; non ex rei veritate, neque propriè sic appellat, sed vulgi more: &, si mutatur, manente earundem partium alterutra, vel etiam vtraque; similiter impropriè appellat, nec ex rei veritate, qui eodem nomine appellat ciuitatem, quæ iam non est eadem, sed diuersa euasit ex forma commutatione.* Eosdem, vel diuersos habitare in ciuitate quid hoc loco.

Argumentum Textus XV.

a. autem. [a] *Connexa cum duabus superioribus tertiæ cuiusdam quæstionis, [b] de initis publico nomine pactis conuentis à ciuitate seruandis aut non seruandis, [c] pars difficilior (vtrum scilicet [b] mutata ciuitatis republica iustum sit ea seruare, [d] cuius partis etiam in textu nono Philosophus meminerat) [e] reijcitur ad tempus, & locum magis idoneum.*

a. præstare, aut non præstare.

b.

a. autem.

e.

διαλύειν, ἢ μὴ διαλύειν [a] Vtrum autem iustum, † præstare ‖ pacta conuenta, ‖ aut non præstare, [b] quom in aliam rempublicam transierit ciuitas, [c] alia est disputatio. Tex. 15.

[a] *Εἰ δὲ δίκαιον διαλύειν, ἢ μὴ διαλύειν, [b] ὅταν εἰς ἑτέραν μεταβάλλῃ πολιτείαν ἡ πόλις, [c] λόγος ἕτερος.*

SCHOLIA.

a. Vtrum autem, &c. *Annexa erat duabus superioribus quæstionibus, priori præsertim, qua quærebatur, quænam acta ciuitatum sint existimanda, vt suprà annotaui, tertia quædam quæstio multorum capitum de pactis à ciuitate seruandis, aut non seruandis. verùm hæc ad doctrinam de ciue non conducebat: vt conducebant superiores. itaque prætermissa est. De quadam tamen ipsius parte, adeo cum superioribus hærente, vt diuelli ab eis vix posse videatur, admonemur hic à Philosopho, tractationẽ eius in aliud tempus differendam, quo fusiùs, & meliùs persolui queat.* Quæstio de pactis seruandis, & non seruandis à ciuitate.

Capita huius quæstionis hæc sunt: Vtrum quę à principe ciuitatis, alijsue quibuslibet, in id potestatem habentibus, publico nomine conuentiones fiunt, sint à ciuitate, quandiu sub eadem forma reipublicæ perseuerauerit, perpetuò seruandæ: Vtrum seruandę sint, quæ fiunt à magistratibus, alijsue ciuitatis ministris, de quibus aliquo modo, an in id potestatem haberent, dubitari posset: Vtrum, mutata in ciuitate reipublicæ forma, seruare teneatur posterior eas, quæ sub priori inita fuerunt: Vtrum quamuis seruare ciuitas sub posteriori statu reipublicæ pactiones, quæ sub priori fuerunt initæ, non teneretur; præstet tamen, conuentaq; eas ab ipsa seruari. Ad primum horum quatuor capitum iam apparuit ex dissolutione quęstionis superioris de eadem, aut non eadem ciuitate, quid sit respondendum. Nam si à priuatis hominibus pacta seruanda sunt: quanto magis à ciuitate; quæ, sicut cæteris virtutibus, bonisq; omnibus rebus, sic fide multo antecellere priuatis debet. Esse autem ciuitatem, & manere eandem per suam formam, hoc est rempublicam suam; nec excipere posse, vt pacta non seruet, quòd non sit eadem, quandiu sub eadem forma reipublicæ manet; constitutum est solutione quæstionis superioris. Ad secundum. Si potest dubitari, an ministri ij talem potestatem habuerint; præstat, & honestum est stare conuentionibus, quas ipsi pepigerunt. at si certum sit, non habuisse eos sic paciscendi potestatem; & multum detrimenti illis pactionibus acceptura esset respublica: suo ipsa iure vtatur, licebit. Quanquàm Romani propter Samnites, & Numantinos malè audierint: quòd fœdera,[a] à Sp. Posthumio, T. Veturio cum primis icta;[b] cum secundis à C. Mancino, non receperunt. nec tamen teneri eos fœderibus, quæ iniussu populi icta forent, Numantini, & Samnites contendebant: sed aut standum pactis; aut eadem in loca, in quibus tunc, quom pacta conficerentur, fuissent, legiones Romanas restituendas. Verùm de his fœderibus, quæ initio non admiserunt, excusationem fortasse aliquam inuenirent Romani. de illis profectò nullam inuenient, tum quæ primo bello Punico à Q. Luctatio, & decem legatis; tum quæ secundo à maiori Scipione cum Carthaginiensibus sancita, et à populo, Senatuq; cōprobata, priora post quatuor, posteriora post quinquaginta fere annos, ex grauminis, timoribusq; Carthaginiensiū, quod sibi conducere videretur, aucupati, magna fraude violarunt. Ad tertium caput. Sponsione iniussu suo ab altero, cui ipse subiectus non sit, facta obligari nemo potest. quapropter ciuitas, & respublica posterior sponsionibus, pactisq; prioris, cuiuscunque generis, & modi fuerint, prorsus non tenetur. Ad quartum. Vel de commodis & incommodis agitur, vel de iustis & iniustis. Si de commodis & incommodis: speciosum est, & laudabile aliquid de iure suo concedere.† vt Athenienses in reddenda Lacedæmonijs pecunia, quam ab illis triginta tyranni mutuò acceperant, fecerunt. Si de iustis & iniustis: nunquàm quidquam, quod iustitiæ repugnare videatur; faciendum. + itaque rectè Nabidi tyranno, ius fœderum vetustissimum inter Romanos & Lacedęmonios iactanti, T. Quintius Flamininus, ❴ Amicitia, & societas ❵, inquit, ❴ nobis nulla tecum, sed cum Pelope rege Lacedæmoniorum iusto, ac legitimo facta est: nam quid minus conuenires, quàm nos, qui pro libertate Græciæ aduersus Philippum gereremus bellum, cum tyranno instituere amicitiam? ❵

a. Liuius lib. ix. Cicero iij. Officiorum

b. Appianus in lib. de Bellis Hispan. Cicero loco citato.

Polybius lib. 5. & 3. Liuius lib. 21 & 30. Appianus lib de Punicis bellis. Plutarchus, & alij.

† Demosthenes in Leptiniana.

+ Liuius lib. 34.

Vtrum autem iustum, &c. *Non est hæc quæstio vniuersa de pactionibus, publico nomine initis, à ciuitate seruandis, aut non seruandis; sed principalis, & magis ardua illius pars, vt constat ex superioribus.*

Alia est disputatio. *Nusquàm scio à Philosopho nostro de hac re transactum. itaque ego, quàm breuissimè potui, nunc eam sum persequutus.*

* [Series initio lib.]
Virtus Ciuis

CAPVT TERTIVM.

Vtrum virtus probi ciuis, ex qua laudatur, & ciuis probus dicitur, referendo omnia, seu pareat, seu imperet in ciuitate, ad reipublicæ suæ salutem; sit eadem fundamento, quæ est boni simpliciter viri, ex qua appellatur simpliciter vir bonus, laudaturque probarum actionum respectu. Partes huius capitis septem. Textus quatuordecim, à 16. ad 30.

Scholium in argumentum huius capitis.

Sensus, & termini quæstionis.

QVAERITVR de virtute, quæ horum respectuum, laudis, appellationisq; bonus, in bono quidem, atque vtili ciue, ἐπὶ τοῦ σπουδαίου πολίτου, ad reipublicæ salutem, in viro autem simpliciter bono, ἐπὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, ad probas actiones, est fundamentum; vtrum eadem sit in ambobus, an in vtroque diuersa. Ei soluendę tres ciuium modos Philosophus subijcit: Ciuem vniuersè: Ciuem imperantem: Ciuem simpliciter, idest ciuitatum rectè institutarum. Quærit de vnoquoque. Conclusiones tres ponit; de singulis singulas. Ciuis vniuersè virtus, qua ad salutem reipublicæ quisque suæ omnia refert, & boni simpliciter viri virtus, quæ est virtus moralis vniuersa vnà cum apice eius, prudentiâ, non est eadem virtus. Ciuis imperantis virtus, vt a parentis ciuis virtute ponitur diuersa, qua illum quidem imperare tantùm scire, & posse ad suæ reipublicæ vtilitatem, non etiam parêre quidam volunt, & viri probi virtus non est eadem. Ciuis simpliciter, idest ciuitatum rectè institutarum, imperioque verè ciuili constantium virtus, qua vicissim & parêre, & imperare ad suę reipublicæ salutem potest, ac solet, & virtus boni simpliciter viri est fundamento eadem: moralis nimirum virtus omnis, apexque moralis virtutis, prudentia; atque duplicis quidem in vtroque prudentia substantiæ, virtus moralis vnaquæque modi, alterius ad rectè imperandum, alterius ad rectè parendum. Primam conclusionem argumentis tribus confirmat: [a] vno per locum à fine, & definitione virtutis communis bonorum ciuium; [b] quam prius adumbrat: [c] altero per locum à partibus: [d] tertio per locum à subiecto. [e] Secundam sic firmat. [f] Primò sententiam quorundam ei contrariam, eandem scilicet esse virtutem ciuis imperantis, vt à parente distinguitur, & boni simpliciter viri statuentium, cum quodam eius fundamento de scientia, virtuteque ciuium imperantium, à scientia, & institutione parentium omnino diuersa; exponit, & corroborat. [g] Deinde obiectat huic sententiæ duas sententias communes, quæ aduersari ei videntur; dum ciuem homines laudant; & dum probatum ciuem definiunt. [h] Tertiò conuellit eiusdem sententiæ fundamentum: ostendens vtrunque enuntiatum, de eâdem, & de diuersa virtute, scientiaque ciuium imperantium, & parentium, esse verum, hoc in dominico, illud in ciuili imperio. Ad tertiam cōclusionem stabiliendam [i] sumit primùm, virtutem imperandi, & virtutem parendi ciuili imperio in ciuitatibus rectè institutis, quum sint, quatenus propriè vtraque dicitur, & formaliter virtutes diuersæ; esse ambas tamen necessariò & in probo vniuersè earum ci-

Ciuium modi tres.

Cōclusiones tres quæstionem decidentes, de singulis modis ciuium singulæ.

Cōclusionis primę, de ciuis in vniuersum virtute, confirmatio.

Conclusionis secūdę, de ciuis imperantis virtute, confirmatio.

Conclusionis tertiæ, de ciuis simpliciter, seu ciuitatum rectè institutarum virtute, confirmatio.

a. tex. 18.
b. tex. 17.
c. tex. 19.
d. tex. 20.
e. tex. 21. ad 27.
f. tex. 22.
g. tex. 23.
h. tex. 24. 25. 26.
i. tex. 27.

rum ci-

rum ciuitatum ciue, & in bono absolutè viro; integramque vtriusque illorum virtutem efficere. [k] Tandem probat, virtutes morales singulas, caputque earum prudentiam, ex quibus tam vir bonus simpliciter, quàm bonus simpliciter ciuitatum rectè institutarum ciuis commendari, & bonus vocari, subesseque probè, ac probè præesse soleat; esse in vtroque eorum duplicis, alterius ad rectè parendum, alterius ad rectè imperandum, virtutes morales quidem singulas modi, prudentiam autem substantiæ, & quiditatis. K.tex.28.

- *Proponitur, quæ de re sit deinceps considerandum; & quid autē, vt consyderatio rectè procedat, sumendum. — Pars Prima.* — Tex.16.
- *Adumbratur virtus communis ciuium in vniuersum; è diagrammate communis virtutis nautarum per locum à simili ductis lineis. — Pars Secunda.* — Tex.17.
- *Prima conclusio: Probi ciuis vniuersè, & boni simpliciter viri virtutem non esse eandem, probatur tribus rationibus. — Pars Tertia.*
  - *Ratio prima, à fine, & definitione virtutis communis proborū ciuium in superiori textu tradita.* — Tex.18.
  - *Ratio secunda, per locum à partibus, idest à virtute ciuium rerumpublicarum, & ciuitatum, quæ optimè pro institutionis suæ modo gubernarentur.* — Tex.19.
  - *Ratio tertia per locum à subiecto, idest à ciuibus. parte ciuitatis formali.* — Tex.20.
- *Series disputationis ex conclusione dictorum, & propositione dicendorum. — Pars Quarta.* — Tex 21.
- *Secunda conclusio: Probi ciuis imperantis propriam virtutem, vt parentium, priuatorumque virtuti opponitur. & virtutem boni simpliciter viri non esse omnino eandem — Pars Quinta.*
  - *Sententia quorunda huic cōclusioni cōtraria in quodā eius fundamēto exponitur, & corroboratur.* — Tex 22.
  - *Opponitur sententiæ expositæ duplex testimonium, & consensus communis in ciue laudando: & in probato ciue definiendo.* — Tex.23.
  - *Conuellitur fundamentum eiusdem sententiæ, ostendendo vtrunque enunciatum de eadem, & de diuersa scientia. virtuteque ciuium imperantium, & parentium, verum esse, hoc in dominico, illud in ciuili imperio.*
    - *Proponitur, verum esse posse vtrunque enunciatum.* — Tex 24.
    - *Ab imperantibus ciuibus, & a parentibus dominico imperio non eadem sciri, discive oportere, sed diuersa probatur duabus rationibus, vna à genere, altera à indicio,* — Tex.25.
    - *Imperantium, & parentium imperio ciuili ciuium eandem esse scientiam, & disciplinam. probatur per locum partim à definitione, partim à conditione quadam propria ciuilis imperij eiusque disciplinæ.* — Tex.26.
- *Tertia conclusio: Boni ciuitatum rectè institutarum, & imperio verè ciuili constantium ciuis simpliciter virtutem, & virtutem boni simpliciter viri esse fundamento eandem: atque duplicis quidem in vtroque similiter partim substantiæ, partim modi; alterius ad rectè imperandum, alterius ad rectè parendum. — Pars Sexta.*
  - *Virtutem imperandi, & virtutem parendi in ciuitatibus rectè institutis, qua propriè parens parere, & qua propriè imperans imperare ciuili imperio laudabiliter potest, quum sint formaliter diuersæ, esse ambas necessariò cùm in bono vniuersè earum ciuitatum ciue, tum in bono absolutè viro, integramque vtriusque illorum virtutem efficere.* — Tex.27.
  - *Virtutes morales singulas, caputque earum prudentiam, ex quibus tam vir bonus simpliciter, quam bonus simpliciter, idest ciuitatum rectè institutarum ciuis commendari, & bonus vocari, subesseque probè, ac probè præesse soleat; esse in vtroque eorum duplicis, alterius ad rectè parendum, alterius ad rectè imperandum, virtutes morales quidem singulas modi, prudentiam verò etiam substantiæ. ac quiditatis.* — Tex 28.
- *Conclusio capitis ex enumeratione eorum, quæ in ipso sunt constituta. — Pars Septima.* — Tex 29.

Proponitur

Proponitur

PARS PRIMA CAPITIS TERTII. TEXTVS XVI.

Argumentum Textus XVI.

a.b.c. d.e. *Proponitur,* [a] *Qua de re sit deinceps consyderandum;* & [d] *Quid ante, vt consyderatio rectè procedat, sumendum.*

[a] Iis autem, quæ nunc dicta sunt, consequens est consyderasse [b] vtrum eandem esse virtutem viri boni, [c] & ciuis probi ponendum sit, an non eandem. [d] Quòd si hoc inquirere oportet: † illa, quæ est ciuis, formulâ quadam primùm comprehendenda est. Tex. 16. † illa virtus.

[a] Τῶν δὲ νῦν εἰρημένων ἐχόμενόν ἐστιν ἐπισκέψασθαι, [b] πότερον τὴν αὐτὴν ἀρετὴν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. [c] ἢ πολίτου σπουδαίου θετέον, ἢ μὴ τὴν αὐτήν. [d] ἀλλὰ μὴν εἴγε τοῦτο τυχεῖν δεῖ ζητήσεως· [e] τὴν τοῦ πολίτου τύπῳ τινὶ πρῶτον σκεπτέον.

EXPLANATIO.

a. [a] POSTQVAM determinatum est, quis nomine tantùm, quis verè, & b. propriè sit ciuis: vestigare debemus, [b] quæ sit ciuis virtus, ex qua laudatur, & nominatur probus ciuis, vtrum fundamento, & reipsa sit eadem, † quæ est viri boni simpliciter, an ab ea diuersa. † Sequitur enim ita definitionem cuiusq; rei virtutis suæ consyderatio, tanquam essentiam qua- d. litas. [d] Quoniam verò, † vt Dialectica nos docuit, præire quæstioni cui- † libet, vocum, ex quibus illa constat, notitiam oportet: † notumque est † ex libris Moralibus, quæ boni viri simpliciter sit virtus: [e] age principiò, e. quid ciuis virtutem in vniuersum vocemus, rudi quadam adumbratione constituamus. Quærendum hoc de probi ciuis virtutem. Quid virtus ciuis in vniuersum nunc vocetur, dicendum.

SCHOLIA.

b. Vtrum eandem esse virtutem, &c. *Hoc perinde est, ac si quæras vtrum ab eadem re dicatur aliquis bonus vir, & bonus ciuis. nam virtus est, quæ bonum facit habentem. D. Thomas.* Titulus quæstionis.

b.c. Viri boni, & ciuis boni. ἀγαθοῦ ἀνδρὸς, καὶ σπουδαίου πολίτου. *Non tam bonum notat vocabulum σπουδαῖος, quàm studiosum, gnauum, industrium ad aliquod certum opus. Maluit ergo vti hoc vocabulo Philosophus in ciue, quàm altero ἀγαθοῦ, quo vsus in viro fuerat. etenim nisi esset eadem virtus boni viri, & boni ciuis: magis conueniret in ciuem hoc vocabulum, quàm illud.* Vocabulū σπουδαῖος: & cur eo vtatur Philosophus in ciue.

d.e. Si hoc inquirere oportet: illa, quæ est ciuis, &c. *Notum erat è libris Moralibus, quęnam boni viri simpliciter virtus esset. simpliciter bonus enim, sicut ex vsu loquendi, sic ex doctrina illorum librorum nominatur vnusquisque à quauis morali virtute, fastigioq;, ac regina omnium moralium virtutum prudentia. Quærendum igitur solum restat, quæ sit virtus ciuis, quatenus ciuis virtus dicitur: eaq; formula quadam, & rudi descriptione comprehendenda.* Quæ sit ciuis virtus, non quæ viri boni, nunc quærendum.

Formula

Duplex expositio vocis [formula.]

Formula quadam. *Idest rudi adumbratione. τύπῳ ἰδεῖν. Quid si typus significaret imaginem, & similitudinem nautarum, qua in textu sequenti indagabitur, declarabiturq́; virtus ciuis? hac certè interpretatio placuit D. Thomæ: alij omnes alteram sequuti sunt.*

* [Series est tex. 16]

Adumbratur virtus communis ciuium.

PARS SECVNDA CAPITIS TERTII. TEXTVS XVII.

Argumentum Textus XVII.

[a] *Adumbratur virtus communis ciuium in uniuersum;* [a] *è diagrammate communis virtutis nautarum, per locum à simili, ductis lineis;* [l] *quarum linearum vtrobique caput, & firmamentum est proprium vtrorunque opus.* a. & inde per totum. a. ad n. l.m.p.

Tex. 17. [a] Quemadmodum igitur nauta est vnus quidam eorum, inter quos est communio: [b] ita & ciuem dicimus. [c] Nautarum autem, [d] quanquam dissimiles sunt facultate ([e] alius enim est remex, [f] alius gubernator, [g] alius proreta, [h] alius aliquam talem appellationem habet) [i] perspicuum est, exquisitissimam quidem vniuscuiusque rationem propriam virtutis futuram: [k] similiter verò & communem quandam in omnes quadraturam. [l] salus enim nauigationis est opus ipsorum omnium. [m] hanc enim vnusquisque expetit nautarum. [n] Similiter igitur & ciuium, [o] quanquàm dissimiles sunt, [p] societatis salus opus est. [q] respublica autem est societas. [r] quocirca virtutem ciuis ad rempublicam referri, necesse est.

[a] Ὥσπερ οὖν ὁ πλωτήρ εἷς τις τῶν κοινωνῶν ἐστιν, [b] οὕτω καὶ τὸν πολίτην φαμέν. [c] τῶν δὲ πλωτήρων, [d] καίπερ ἀνομοίων ὄντων τὴν δύναμιν ([e] ὁ μὲν γάρ ἐστιν ἐρέτης, [f] ὁ δὲ κυβερνήτης, [g] ὁ δὲ πρῳρεύς, [h] ὁ δ' ἄλλην τιν' ἔχων τοιαύτην ἐπωνυμίαν) [i] δῆλον ὡς ὁ μὲν ἀκριβέστατος ἑκάστου λόγος ἴδιος ἔσται τῆς ἀρετῆς: [k] ὁμοίως δὲ καὶ κοινός τις ἐφαρμόσει πᾶσιν. [l] ἡ γὰρ σωτηρία τῆς ναυτιλίας ἔργον ἐστὶν αὐτῶν πάντων. [m] τούτου γὰρ ἕκαστος ὀρέγεται τῶν πλωτήρων. [n] ὁμοίως τοίνυν καὶ τῶν πολιτῶν, [o] καίπερ ἀνομοίων ὄντων, [p] ἡ σωτηρία τῆς κοινωνίας ἔργον ἐστί. [q] κοινωνία δ' ἐστὶν ἡ πολιτεία. [r] διὸ τὴν ἀρετὴν ἀναγκαῖον εἶναι τοῦ πολίτου πρὸς τὴν πολιτείαν.

Var. Lect. Ὁμοίως δὲ καὶ κοινός. *Sic in omnibus græcis exemplaribus, & interpretes omnes hanc scripturam vertunt, exponuntque. Solus Victorius legendum putat, ὅμως δὲ: mea sententia minimè rectè.*

EXPLANATIO.

Nautæ, & ciues similes.

[a] NAVTAE, & ciues inter se sunt similes: quòd vtrique sunt de genere eorum, quibus est certa quædam res, atque opus quoddam certum inter ipsos commune. [l] Nautarum quidem omnium res, & actio communis est nauigatio: [l] opus seu officium, & munus, ac tandem finis, quem sibi nautæ omnes proponunt; est salus nauigationis, idest incolumis nauis a.n. ex l. nauigatione. l.m.

Nautarũ quæ res, quibus communis.

eò, quò

ex p. societas. eò, quò pergitur, ac cessus. [p] ciuium autem res, & actio inter ipsos communis est vita, societasque ciuilis: [q] opus & finis, quem ciues omnes vellent deberent, est salus ciuitatis, ac demum reipublicæ, qua societas ciuilis nititur, in statu suo conseruatio. Et [c] quemadmodum nauta est vnum quasi genus, quod per varias facultates, & officia diuersa, tanquam per diuersas essentiales differentias, in multas quasi species, gubernatorem, proretam, remigem, & alios nautarum modos diuiditur: [e] ita ciuis, veluti genus vnum, habet sub se multos ciuium modos, tanquam species, facultatibus, & muneribus, quibus in ciuitate funguntur, quasi differẽtijs essentialibus, distinctos. [f] Operum porrho singula genera, speciesque singulas, ex primo ad Nicomachum, suæ comitantur virtutes: quæ illa bona faciunt: illisque ipsæ definiuntur. Quamobrem & nautarum, & ciuium tum modi vniuscuiusque opus proprium propriam virtutem habebit; tum commune generis virtutem communem: atque harum virtutũ vtraque suo opere definietur. [i] Verùm enimuero, quanquam propriarum virtutum, singulis operum modis, speciebusque attributarum definitiones sunt maximè exquirendæ, ad perfectam, distinctamque cuiusque operis adipiscendam notitiam; [i] talesque definitiones propriarum virtutum continentur ad extremum definitionibus singularum earum specierum, quarum opera, & virtutes quæruntur: [k] haudquaquam tamen definitiones virtutum communium, quæ sunt operum, generumque vniuersorum virtutes, sunt negligendæ: imò in vestibulis disputationum statim indagandæ; & vel leuiter, si perfectiùs non potest, adumbrandæ; quibus via ad sequentia sternatur. [r] Circunscribamus itaque nunc, designemusque, quadam quasi formula, ciuium, nautarumque virtutes communes: vt, quoniam [l] opus cõmune nautarum salutem nauigationis, [p] opus commune ciuium salutem reipublicæ esse sumptum est; [l] sit virtus communis nautarum, ratione antè exposità, petitâque ex primo ad Nicomachum, illa, qua nautæ bene, vtiliterque agunt, & dirigunt omnia ad tutò, & cùm omnium incolumitate nauigandum: [r] sit virtus communis ciuium ea, qua ciues bene, vtiliterque agunt, ac dirigunt omnia ad conseruandam suam quisque rempublicam. † Hæc communis ciuium virtus, tenuiter hoc loco adumbrata. † quam quidem, si huic adumbrationi addas nonnulla, quæ paulo pòst in tex. 23. 24. 27. dicentur; ita perfectiùs describes: Virtutem communem ciuium esse, qua ciues sciunt, & possunt conseruare, ac conseruent imperando, parendoque, pro suo quisque munere, & pro forma reipublicæ, rempublicam suam saluam.

Left margin notes: ex p. societas. — p. q. r. — c. ad i. — e. — ex i. K. l. n. p. — ex i. K. n. — i. vniuscuiusq; rationem propriam virtutis futuram. — K. — ex r. & ex tex. superioris e. — l. p. — ex K. l. m. — ex r. p. q. — † ex tex. superiori, e. — †

Right margin notes: Ciuiũ quæ res, qui finis communis. — Nautarum modi multi operibus distincti. — Ciuium modi multi operibus distincti. — Opus, & virtus tum communis, tum propria cuiusque modi tam nautarum, quam ciuium. — Definitio vtriusq; virtutis, communis, cõmunis, propriæ, propriæ: neutra negligenda, quanquam propria perfectior, & vberior. — Virtus cõmunis nautarum definita. — Virtus communis ciuium definita.

SCHOLIA.

a. Vnus quidam eorum, inter quos est communio. *Qui alicuius certa res sunt participes, & socij.* — Expositio verborum.

d. Facultate dissimiles. *Facultate agendi, qua est habitus, & ars: &, quia facultate, etiam actione, & opere, qua facultatem sequuntur.*

e. Alius enim est remex, &c. *Comprobat expositione, multos esse modos nautarum, facultate, & munere inter se differentes.*

i. Exquisitissimam vniuscuiusque rationem propriam virtutis futuram. *Vnusquisque nautarum modus, quatenus ab alijs modis differt, si accuratissimè, perfectissimeq; definiatur: illa definitio propriam facultatem, & opus propriam ta-* — Definitiones propriæ singularum specierũ sunt propriarum virtutum earundem specierum propriæ definitiones.

lis modi explicabit. exempli gratia remigem definiemus, quòd sit is, qui remis nauem agere potest. Opere autem proprio propria vniuscuiusque rei virtus definitur, si ad ipsum excellentia virtutis addatur, hoc est bene id fieri, vt in primo ad Nicomachum fuit constitutum. itaque perfectissima ratio, definitioq́ remigis, qua opus eius explicatur, euadet propria virtutis remigis definitio, adiuncta tantum virtutis nota, hunc in modum: Virtus remigis est qua remex potest optimè agere nauim remis. Hinc verò intelligitur, propriarum virtutum, modis, speciebusq́ operum singulis attributarum, definitiones esse vbique maximè exquirendas: propterea quòd in talibus definitionibus perfectissima quoque eorum, quorum illa opera sunt, definitiones contineantur.

Definitio propria proprię virtutis, operis, & speciei cuiusq; est maximè exquirenda.

Syntaxis.

Communem quandam. *Tum virtutem, tum definitionem eius.* k.

Triplex loci huius expositio.

In omnes quadraturam. *Vel erit similiter, vt commune est quoddam nautarum genus, virtus quadam communis, qua nautis omnibus, qua nauta sunt, conueniet: vel conueniet omnibus nautis, qua nauta sunt, definitio quadam communis: vel rationi propria cuiusq; virtutis nautica addenda erit ratio communis omnis nautica virtutis, vt quod munus prestat, prestet incolumis nauigationis gratia. Prima expositio D. Thoma: secunda Victorij: tertia Genesij fuit. Ego primam, & secundam coniunxi. sed nec tertia spernenda est.*

Esse virtutem quandã communem omnium nautarum, & eius virtutis definitionem cõmunem.

Salus enim nauigationis, &c. *Confirmat esse quandam virtutem nautarum omnium, qua nauta sunt, communem, prater proprias; atque eius virtutis item esse definitionem communem, sicut sunt proprię definitiones virtutum propriarum. Confirmat autem hac ex eo, quod sit opus commune ipsorum omnium: videlicet incolumis nauigatio. Nam, per locum sape citatum primi ad Nicomachum, sequuntur opera virtutes, & operibus item definiuntur.* l.

Operis vocabulum.

Salus nauigationis est opus ipsorum omnium. *Nomine, opus, designari separatim hic puto tum actionem, tum finem, & bonum actionis. actio enim nauigatio est: salus nauigationis, actionis finis. Coniunctè ambo in latinis vocabulis, officij, & muneris, continentur.*

Continuatio.

Hanc enim vnusquisque expetit nautarum. *Hęc est probatio proximi dicti, Salutem nauigationis esse opus, idest esse finem, & bonum in nauigando nautarum omnium.* m.

Syntaxis, & sententia huius loci.

Similiter igitur & ciuium, &c. *Quemadmodum nautarum, tametsi eorum multi sunt modi, ac veluti species, facultatibus, operibusq́ differentes; est tamen etiam prater virtutes proprias illorum modorum, definitionesq́ talium virtutum per propria munera traditas, exquirendasq́ accuratè propterea quòd in ipsis perfectissima nautarum cuiusq; modi definitiones contineantur, virtus quadam communis, & communis definitio huius virtutis; quum sit opus quoddam commune omnium nautarum, salus nimirum nauigationis: ita et ciuium, licet facultatibus, operibusq́ inter se distent; tamen prater opera propria, propriasq́ virtutes, & definitiones propriarum virtutum, maximè exquirendas, est cum opere communi, quod opus commune est salus societatis ciuilis, communis virtus, communisq́ huius virtutis definitio.* n.

Expositio verborum.

Salus societatis. Κοινωνίας, *Communitatis, & societatis ciuilis.* p.

Respublica autem est societas. *Est forma, & quasi anima societatis ciuilis.* q.

Virtutem ciuis ad rempublicam referri. *Vt qui eam habet, bonusq́ est ciuis; omnia bene, vtiliterq́ agat, & dirigat ad reipublicę sua incolumitatem.* r.

Prima

* [Series ab tex.16.]

Prima conclusio.

PARS TERTIA CAPITIS TERTII.

Prima conclusio: Probi ciuis uniuersè, & boni simpliciter viri uirtutem non esse eandem, probatur tribus rationibus. Textus tres, 18.19.20.

Argumentum Textus XVIII.

Ratio prima à fine, & definitione virtutis communis ciuium proborum in superiori textu adumbrata.

[a] Si igitur sunt plures quidem reipublicæ species: [b] perspicuum est fieri non posse, vt probi ciuis vna sit virtus, [c] ea, quæ perfecta est. [d] bonum autem virum esse dicimus ex virtute perfecta. [e] posse igitur fieri, vt, qui sit probus ciuis, virtutem eam, ex qua vir probus appellatur, non sit adeptus, manifestum est. Tex. 18.

[a] Εἴπερ οὖν ἐστι πλείω πολιτείας εἴδη: [b] δῆλον, ὡς οὐκ ἐνδέχεται τοῦ σπουδαίου πολίτου μίαν ἀρετὴν εἶναι, [c] τὴν τελείαν. [d] τὸν δ' ἀγαθὸν ἄνδρα φαμὲν εἶναι κατ' ἀρετὴν τελείαν. [e] ὅτι μὲν οὖν ἐνδέχεται πολίτην ὄντα σπουδαῖον, μὴ κεκτῆσθαι τὴν ἀρετήν, καθ' ἣν σπουδαῖος ἀνὴρ, φανερόν.

Var. Lect. Τὸν δ' ἀγαθὸν ἄνδρα φαμὲν εἶναι κατ' ἀρετὴν τελείαν. *In Aldin & Isingr. cod. deest totum hoc membrum. Forte oscitantes librarij, quum bis vox* τελείαν, *& in huius, & in antecedentis membri exitu legatur; pro prima secundam accipientes, quod in medio erat, transilierunt.*

EXPLANATIO.

ex a. igitur, & tex. superiori c. [a] Vtrtvs probi hoc est industrij, studiosique ciuis, τοῦ σπουδαίου πολίτου, in vniuersum; ex textu superiori, est ea, qua bene, vtiliterque aguntur, ac Ciuium proborum in vniuersum virtus ex qua probi ciues appellãtur, nõ est vnius tãtùm modi, sed quædam simpliciter, quædam cum adiunctione virtus.
a. diriguntur omnia ad conseruandam rempublicam: [a] plures autem sunt rerumpublicarum species, aliæ rectæ; aliæ à rectis declinantes magis, & minus, quæ non vno, sed diuersis, contrarijsque modis, atque actionibus, rectæ rectis, declinantes declinantibus, & minimè rectis conseruantur:
b. [b] non ergo vna esse probi, hoc est studiosi, & idonei ciuis in vniuersum vir
c. tus potest; [c] quæ demum sit perfecta, idest quæ sit simpliciter virtus, & καθ' ὑπεροχὴν hoc nomine nuncupata, cuiusmodi est virtus moralis, in pri-
b. misque moderatrix virtutum moralium prudentia: [b] sed alia necessariò est probi ciuis rectarum rerumpublicarum, ad illas rectis modis, rectisq; actionibus conseruandas; alia est probi ciuis declinantium, & prauarum
ex c. ad conseruãdas istas actionibus, & modis minimè rectis; [c] illa perfecta, & simpliciter virtus; hæc non simpliciter, aut perfecta, sed κατά τι, καὶ ὁμωνύμως, Quorum proborum ciuium virtus, ex qua probi appellantur, ut virtus simpliciter, & quorum cum adiunctione.
† idest congruens, aptaque ad opus sibi propositum; † quo significatu non solùm equi, & sutoris, sed etiam fœneratoris, & latronis virtutes, ipsosq;
b. bonos dicimus. [b] Non omnium proborum ciuium est virtus perfecta, & simpliciter, ex qua probi ciues appellentur, sed quorundam tantùm, eo-

rum videlicet, qui rectarum rerumpublicarum sunt ciues; reliquorum, qui declinantium, non perfecta, & simpliciter, sed κατά τι καὶ ὁμωνύμως virtus est; verbigratia pro prudentia calliditas, & malitia; pro iustitia fraus: d
Bonorū virorū omnium virtus, ex qua boni nominātur, est vnius tantum modi, illa scilicet quæ perfecta, simpliciterque virtus dicitur
Conclusio huius textus.
d bonorum autem virorum omnium, ex qua bonos eos simpliciter nominamus, est virtus vnius tantùm modi, illa, quæ perfecta, simpliciterque virtus dicitur; tandem virtus moralis, atque prudentia: e ergo probi ciuis vniuersè virtus, & virtus boni viri non est eadem: e sed sunt aliqui probi studiosique ciues, nempe ciuitatum vitiosas respublicas habentium, qui, excellentes virtutibus suis, ad tales conseruandas respublicas maximè idoneis, careant ea, à qua viri boni simpliciter nominantur; nec sint hac de causa boni simpliciter viri: † vicissimque boni simpliciter viri, prudentiâ, iustitiâ, temperantiâ, alijsque morum virtutibus abundè pręditi, non sunt probi, & idonei ciues ad ciuitates, & ad respublicas illas vitiosas, prolapsasque conseruandas.

SCHOLIA.

Virtus proborum ciuium necessariò est gemina.

Fieri non posse, vt probi ciuis vna sit virtus, ea, quæ perfecta est. *Non vna potest esse virtus omnium proborum ciuium: sed pro duplici genere rerumpublicarum; quarum alia sunt recta, alia à rectis declinant; necessariò est gemina: altera respublicas rectas conseruans, quæ est virtus simpliciter; altera conseruans declinantes, quam κατά τι, & idoneam virtutem nunc appellabimus.* b.

Virtus morum vera obest vitiosis rebuspublicis.

Ea, quæ perfecta est. *Simpliciter & per excellentiam vocata virtus. quę est virtus morum: vitiosisq; rebuspublicis conseruandis nunquam prodest, nisi ex accidenti: per se maximè obest, & ad eas dissoluendas facit.* c.

Virtutis perfectæ, & imperfectæ vocabula.

Ea, quæ perfecta est. *Et paulo pòst.* Ex virtute perfecta. *Nomina perfecta, & imperfecta virtutis tribus modis accipi solent. Vno modo in vnoquoque genere singillatim dicitur virtus perfecta παντελῶς, ea, quæ omnibus numeris est absoluta; imperfecta, ea, quæ ἀτελῶς, & citra summum gradum, idest, quæ inchoata, necdum consumata est: sicut in genere liberalitatis perfecta viro; imperfecta mulieri, puerog; ascribitur: & in tibicine, atque etiam in equo sua virtus aliquando ad cumulatam perfectionem iam peruenit; aliquando non peruenit, sed tendit in eam. Altero modo vniuersè perfecta virtus dicitur ἁπλῶς, καὶ ἰδίως, verè, ac propriè, quæcunque actiones, resq; per se bonas, & conuenientes ad bonum opus, finemq; simpliciter bonum instituit; vt iustitia, vt equi, & sutoris virtus; dicitur imperfecta, quæ ἀκύρως, καὶ ὁμωνύμως, idest impropriè, & æquiuocè virtus nominatur, quæcunque scilicet res, & actiones quouis modo vtiles ad finem, opusq; ex hypothesi, siue ex opinione bonum, at verè, & simpliciter non bonum accommodat, & molitur; vt tyrannorum quoque, ac furum nonnunquam appellata virtutes. Tertio modo perfecta dicitur virtus καθ' ὑπεροχὴν, καὶ ἁπλῶς, simpliciter, & per excellentiam, virtus hominis, quatenus homo est; moralis nimirum, atque intellectualis, sed præcipue moralis, quæ etiam sine adiunctione hac de causa vocabulo virtutis simpliciter solet designari. quemadmodum verò hæ duæ, moralis, & intellectualis perfectæ: ita harum duarum comparatione cęterę omnes imperfecta virtutes vocari debebunt, tum quæ verè, ac propriè præter has, vt equi, oculi, sutoris, tum quæ impropriè, & æquiuocè, vt tyrannorum, & furum hoc nomen obtinent. Hic igitur perfectam virtutem in tertio isto significatu sumendam arbitror.* e.d.L.

Ratio

Argumentum Textus XIX.

a.f. [a] *Ratio secunda per locum à partibus, idest à virtute ciuium reipublicæ, & ciuitatis cuiuslibet, quæ pro institutionis suæ modo optimè gubernetur:* g.h.c.d. [g] *siquidem ijs omnibus adesse virtutem probi ciuis sit necessarium;* b.i.k.e. [b] *adesse virtutem viri boni sit impossibile.*

[a] Veruntamen etiam alio modo licet, dubitando, eandem rationem de optima republica persequi. [b] Si enim fieri non potest, vt ex omnibus, qui probi sint, constet ciuitas; [c] oportet autem vnumquenque, quod suum opus est, bene facere; [d] & hoc à virtute: [e] quandoquidem similes esse omnes ciues, est impossibile; [f] non sit vtique vna virtus ciuis, & viri boni. [g] nam eam quidem, quę est probi ciuis, omnibus adesse oportet ([h] sic enim optimam esse ciuitatem necesse est) [i] eam autem, quæ est viri boni, est impossibile; [k] nisi omnes necesse sit bonos esse, qui in proba ciuitate sunt ciues. Tex.19.

[a] Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατ' ἄλλον τρόπον ἔστι διαπορούντας ἐπελθεῖν τὸν αὐτὸν λόγον περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας. [b] εἰ γὰρ ἀδύνατον ἐξ ἁπάντων σπουδαίων ὄντων εἶναι πόλιν. [c] δεῖ δ' ἕκαστον τὸ καθ' αὑτὸν ἔργον εὖ ποιεῖν· [d] τοῦτο δὲ ἀπ' ἀρετῆς: [e] ἐπειδὴ ἀδύνατον ὁμοίους εἶναι πάντας τοὺς πολίτας, [f] οὐκ ἂν εἴη μία ἀρετὴ πολίτου, καὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. [g] τὴν μὲν γὰρ τοῦ σπουδαίου πολίτου δεῖ πᾶσιν ὑπάρχειν ([h] οὕτω γὰρ ἀρίστην ἀναγκαῖον εἶναι τὴν πόλιν) [i] τὴν δὲ τοῦ ἀνδρὸς τοῦ ἀγαθοῦ, ἀδύνατον· [k] εἰ μὴ πάντας ἀναγκαῖον ἀγαθοὺς εἶναι τοὺς ἐν τῇ σπουδαίᾳ πόλει πολίτας.

e. Var. Lect. [e] ἐπειδὴ ἀδύνατον. *In omnibus græcis lib. quos viderim, scriptum est* ἐπεὶ δὲ. *Ego malo* ἐπειδὴ: *è qua voce, facili librariorum lapsu, factum sit* ἐπεὶ δὲ. *versionesque interpretum penè omnium sententiæ meæ fauent.*

EXPLANATIO.

g. [g] Cives ciuitatis, & reipublicæ, cuiuscunque formę volueris, quæ accommodatissimè ad institutionem suam regatur, omnes necesse est probi ciuis, idest ad propriam eius reipublicæ formam maximè idonei, virtute h.c. esse præditos: [h] quippe regitur optimè, & accommodatissimè ad institutionem suam quælibet ciuitas, atque respublica, in qua vnusquisque ci- d. uium opus suum rectè facit: [d] vt verò rectè faciat suum opus in qualibet ciuitate vnusquisque ciuium, causa est virtus propria probi ciuitatis eius + ciuis; + quandoquidem in vniuersum, vt rectè fiat quodlibet opus perpetuò ab vnoquoque cuiusuis speciei, ex virtute propria eius speciei, qua- b.i.k. tenus ad opus illud refertur, proficiscitur. [b] Bonos autem viros esse omnes eos, ex quibus vna aliqua ciuitas constet, idest ciues omnes vnius alicuius ciuitatis, quancunque velis, quæ accommodatissimè ad institu- e. tionem suam regatur; ita vt virtus boni viri adsit omnibus, [e] sintque hac ratione omnes, quia omnes sint boni viri, & boni simpliciter viri virtu- f. tem habeant, inter se similes; est impossibile. [f] Ergo vna eademque probi ciuis, & viri boni virtus esse non potest.

Ciues ciuitatis, & reipublicæ, quæ accommodatissimè ad statutus sui modum regatur, esse omnes necessariò probi ad modum eius ciuis virtute præditos.

Eosdem omnes præditos virtute boni simpliciter viri esse non posse.

Conclusio.

Etiam

SCHOLIA.

Ratio huius textus & superior qui similes, qui dissimiles.

Etiam alio modo licet dubitando eandem rationem persequi. *Eadem est hac ratio, nec differt à superiori; quia vtitur eodem principio, quo illa vtebatur, nimirum non vnam, sed multas esse rerumpublicarum species; & quia similiter, vt illa, ostendit quosdam probos ciues esse, qui non sint viri boni. Diuersus autem est ratiocinandi modus: quoniam locus pracipuus superioris erat locus à definitione; locus pracipuus huius est locus à partibus. praterea superior rerumpublicarum vitiosarum probos ciues propriè; hac propriè reipublica, qua pro forma sua commodissimè regitur, quosdam probos ciues carere boni viri virtute declarat.* a.

De veritate duorum enuntiatorum huius textus.

Sed cur additur ⁅ dubitando? ⁆ nempe quia non est hac ratio vsquequaque firma: dum sumitur, Ciues omnes ciuitatis, qua commodissimè pro forma, & institutione sua regitur, esse necessario probos ciues. nam si intelligamus omnes omnino, vt nemo prorsus sit illa in ciuitate virtutis, ex qua probi ciues nominantur, expers; est hoc enuntiatum perspicuè falsum: nusquam enim talem ciuitatem reperies. at si intelligamus, quod probabilius est à Philosopho intelligi, pro omnibus multo maximam partem; falsum est alterum, Non posse, qui sint ciues probi vnius alicuius ciuitatis, omnes esse bonos viros: siquidem, vt sæpe repeto, in ciuitate, & republica verè optima nullus esse ciuis probus potest, qui non sit vir bonus.

Optimæ reipublicæ, & optimæ ciuitatis vocabula.

De optima republica. *Optimam rempublicam sine dubio accipiendam hic arbitror, & paulo pòst optimam ciuitatem, eam, qua optimè, idest accommodatissimè ad suam institutionem, & modum sua forma gubernatur. nam si de verè optima sermo esset; cuiusmodi argumentum euaderet, quod sumptionibus omni ex parte falsis niteretur? Confirmant etiam clarissimè hanc expositionem nostram verba illa: ⁅ sic enim necesse est optimam esse ciuitatem. ⁆ etenim optima ciuitas, qua verè propriéque dicitur, à vera, & propria viri boni virtute, non ab altera probi ciuis, communi, & quasi translatitia, hanc appellationem habet.*

Syntaxis verborum.

Si enim fieri non potest, &c. *Suspenditur sententia usque ad uerba illa, ⁅ non sit vtique, &c. ⁆ Sic autem construe. Quoniam fieri non potest, ut omnes homines, ex quibus una ciuitas constat, ac demum omnes eius ciues sint boni uiri; omnesque ciues ciuitatis cuiuslibet, quæ optimè ad suam institutionem regitur, esse probos ciues necesse est; siquidem opus suum bene facit unusquisque per suam uirtutem: quoniam inquam similes inter se esse eo modo, ut sint boni uiri, omnes talis ciuitatis ciues non possunt; quum sint tamen necessariè omnes probi ciues; non potest esse una uirtus ciuis, & uiri boni.* b.

Homines, ex quibus ciuitas constat.

Vt ex omnibus, qui probi sint, constet ciuitas. *De ciuibus, qui reipublica aliquo modo participes sunt, hoc intelligendum est; non de quibuslibet habitatoribus. quod ostendunt uerba illa in extremo textus, ⁅ nisi omnes necesse sit bonos esse, qui in proba ciuitate sunt ciues. ⁆ Nec alij quidem habitatores præter ciues, probi ciuis uirtutem ulla in ciuitate habeant, oportet, quem admodum hos habere, de quibus hic loquitur Philosophus, confestim subiungitur. Cur enim illi haberent, quibus nullum munus publicum communicatur? fortassè ut pareant magistratibus? at uirtus parendi ciuium propria ad liberale imperium pertinet: & est rerum, functionumque honestarum, non necessariarum. alij autem habitatores, qui non sunt ciues; reguntur imperio minimè liberali, at pene seruili; quum ipsi nunquam sint imperaturi: & in necessarijs functionibus ciuitatis, quatenus eiusmodi sunt, idest quatenus sunt habitatores, non ciues; uersantur.*

Similes ciues omnes unius ciuitatis quo hic, quomodo infrà à tex. 119.

Similes esse omnes ciues. *Hos modo similes, ut omnes sint boni viri, & virtute ea, ex qua boni uiri nominantur, prædití: non autem similes, ut idem opus ad* c.

omnes

omnes pertineat, quemadmodum D. Thomas exponit. quò nanq; enunciatum istud pertineret? Nec contrarium est id, quod hoc loco dicitur, ei, quod dicetur infrà in textu 119.{ ex similibus ciuitatem constitisse. } & in 120.{ omnes esse similes.} similitudo enim hic, & ibi non est eiusdem, sed rerum diuersarum.

Argumentum Textus XX.

[a] Ratio tertia per locum à subiecto, idest à ciuibus, parte ciuitatis formali. [a] Nam ciuium esse multos modos, ac veluti species; quod declaratur ex pari, & ex minori in parte materiali ciuitatis: [h] nec omnium eorum modorum vnam, eandemque virtutem esse, vt confirmatur collatione quarundam chori personarum, indicatâ causâ: † constet autem vnam, eandemque bonorum virorum omnium esse virtutem; quum sit virtus perfecta.

Tex. 20.

[a] Præterea quoniam ex dissimilibus constat ciuitas ([b] quemadmodũ animal statim ex anima & corpore; [c] & anima ex ratione & appetitu; [d] & domus ex viro & vxore; [e] & res domestica ex domino & seruo: [f] eodem modo & ciuitas tum ex his omnibus, [g] tum præterea ex alijs dissimilibus speciebus est coagmentata) [h] necesse est non vnam esse ciuium omnium virtutem: [i] quemadmodum neque chorum agentium coryphæi, & [k] parastatis, { idest ducis chori, & astantis. }

[a] Ἔτι ἐπεὶ ἐξ ἀνομοίων ἡ πόλις ([b] ὥσπερ ζῷον εὐθὺς ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος. [c] καὶ ψυχὴ ἐκ λόγου καὶ ὀρέξεως. [d] καὶ οἰκία ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. [e] καὶ κτῆσις ἐκ δεσπότου, καὶ δούλου: [f] τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ πόλις ἐξ ἁπάντων τε τούτων, [g] καὶ πρὸς τούτοις ἐξ ἄλλων ἀνομοίων συνέστηκεν εἰδῶν). [h] ἀνάγκη μὴ μίαν εἶναι τὴν τῶν πολιτῶν πάντων ἀρετήν. [i] ὥσπερ οὐδὲ τῶν χορευτῶν κορυφαίου, [k] καὶ παραστάτου.

[f] Var. Lect. Τὸν αὐτὸν τρόπον. In cod. Aldin. additur, δὲ, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον: quam scripturam probauit Lambinus.

EXPLANATIO.

Ciuium in vnaquaq; ciuitate sunt multi modi, ac veluti spẽs.

[a] CONSTAT, vt è proximis partibus, homo ex anima, & corpore; [c] anima illa ex ratione, & appetitu; [d] societas coniugalis, ad domum & genus propagandum pertinens, vnde perpetuitas ciuitatis, ex viro, & muliere; † quæque hanc sequitur, paterna, ex parentibus, & liberis; [e] atque tertia, vel potius quarta pars domus (nam prima est dominica) ἡ κτητική, ad res vitæ necessarias comparandas, & conseruandas, ex domino, & seruo. [b] Quemadmodum verò vnumquodque istorum è dissimilibus rerum generibus iungitur: [f] ita ciuitas quæ ciuium est multitudo, vt sæpe est dictum, ex his omnibus dissimilibus, tanquam ex materia, [g] & ex alijs præterea dissimilibus (ciuium nimirum modis, ac veluti speciebus, subditis, magistratibus, curatoribus alijs publicis, & magistratuum, curatorumq; aliorum varijs formis) tanquam è forma, formæque partibus composita est.

> Ciuium omnium vna tantùm virtus esse nõ põt, sed multæ, vniuscuiusque eorum modi vna.

est. Sequitur itaque, argumento à pari, vel potiùs à minori, multos esse modos, ac veluti species ciuium. [h] Ergo non omnium vna, eademque virtus erit; sed multæ, & diuersæ, vniuscuiusque modi vna. [i] Firmatur consequentia collatione coryphæi, & parastatis in choro, qui sunt duæ primæ chori personæ, officijs, & muneribus, quasi differentijs essentialibus discretæ. † Ex his elucet causa virtutes multiplicans. nam quaruncunque rerum diuersa sunt officia, & opera: earum omnium rerum necesse est diuersas esse virtutes, quæ ad opera referuntur, vt in primo libro ad Nicomachum fuit declaratum. † Porrho autem si variæ, & diuersæ virtutes sunt proborum ciuium, aliæ in alijs, pro varijs, diuersisque ciuium modis, ac veluti speciebus: non potest virtus boni ciuis, & viri boni eadem esse: quandoquidem non sunt variæ, & diuersæ bonorum virorum virtutes, aliorum aliæ, sed vna in omnibus, tametsi multarum rationum; quam perfectam, simpliciterque virtutem vocamus, ipsam scilicet moralem virtutem, eiusque columen prudentiam.

> Quarũ rerum necessariò diuersæ sint virtutes, & vnde.

> Bonorum virorũ omnium vna est omnino virtus, licet multarũ rationum.

SCHOLIA.

> Syntaxis.

Quemadmodum animal. &c. *Totũ hoc vsque ad illa verba, {necesse est, &c,} includo parenthesi: & subaudio {nanque} {quemadmodum nanque animal, &c.} vel quid simile.* b.

> Animalis nomen.

Animal. *Animal intelligo, quod est pars ciuitatis, idest hominem.*

> Animalis compositio ex.

Statim. *Quoniam hæc est proxima compositio animalis, qua continuò animal conficitur: aliæ, quibus corpus, & fortasse quibus anima iungitur, ad constituendum animal, sunt remotiores.*

> Anima vocabulum.

Et anima. *Anima eiusdem animalis, idest anima humana.* c.

> Seruus & dñs quo primam, quo quartam domus partem conficiant.

Res domestica ex domino & seruo. *τῶν κτημάτων primum, & excellentissimum seruus est. quamobrem ipse, & dominus conficere etiam quartam domus partem, κτῆσιν, καὶ κτητικὴν, & alio nomine χρηματιστικὴν vocatam, videntur. per se tamen ad vitam degendam quotidianarum necessitatum causà primam faciunt, quæ est societas dominica. Verùm de his in libro primo.* e.

Ciuitas tum ex his omnibus. *Partim propioribus, vt tribus societatibus domum conficientibus; partim remotioribus, vt reliquis.* f.

> Coryphæus, & Parastates.

Coryphæi, & parastatis. *De his chori personis, & alijs ad chorum attinentibus alio loco. Parastatem proximum coryphæo quidam vertunt, quidam assistentem, vel astantem. Coryphæum præcentorem alij, alij præsultorem. Erant autem chori aliquando saltantium tantùm, aliquando canentium tantùm, aliquando vtrunque facientium.* i.k.

* [Series añ tex. 26.]

Series disputationis

PARS QVARTA CAPITIS TERTII. TEXTVS XXI.

Argumentum Textus XXI.

Series disputationis ex [a] conclusione dictorum, & [b] propositione dicendorum.

 Simpliciter

[a] Simpliciter igitur non eandem esse, ex his manifestum. [b] Sed vtrumne erit cuiuspiam eadem virtus & ciuis probi, & viri probi? Tex. 21.

[a] Διότι μὲν τοίνυν ἁπλῶς οὐχ ἡ αὐτή, φανερὸν ἐκ τούτων. [b] ἀλλ' ἆρα ἔσται τινὸς ἡ αὐτὴ ἀρετὴ πολίτου τε σπουδαίου, καὶ ἀνδρὸς σπουδαίου;

EXPLANATIO.

a. [a] Non esse eandem simpliciter & in vniuersum probi ciuis, & probi viri virtutem, iam ex ijs, quæ hactenus proposita sunt, est satis manifestum. Quid explicatum.

b. [b] Sequitur, vt uideamus, Sitne certi cuiusdam ciuis probi, & probi viri eadem: vt viri probi, & ciues probi vnius, vel multarum formarum sint prorsus ijdem; ab eademque reipsa virtute, licet rationes referendi essent diuersæ, habeant probitatis appellationem. De quo explicandũ.

SCHOLIA.

b. Cuiuspiam. *Quanquam ex verborũ structura vtròq; hoc referendum videtur, & ad { ciuis probi }, & ad { viri probi }: tamen mihi certum est, ad { ciuis probi } duntaxat referri oportere. Vt sit hæc sententia: { postquam ciuium proborum omnium, & proborum virorum virtus non est eadem; sitne eadem quorundam certarum formarum proborum ciuium, & proborum virorum }: non hæc; { sitne eadem quorundam proborum virorum, & quorundam proborum ciuium. } Vna enim proborum virorum est tantùm forma; non multæ, sicut proborum ciuium.* Syntaxis.

Et ciuis probi, & viri probi. *Hic locus maxime ostendit, sumere Philosophum* ἐκ παραλλήλου τὸν σπουδαῖον, καὶ τὸν ἀγαθόν: *quanquam libentiùs primum horũ vocabulorum ciui; secundum viro adiungit.* Boni & pbi vocabula ἐκ παραλλήλου.

* [Series ab tex. 26.]

Secunda conclusio

PARS QVINTA CAPITIS TERTII.

Secunda conclusio: Boni ciuis imperantis propriam virtutem, vt parentium, priuatorumque virtuti opponitur, & virtutem boni simpliciter viri non esse omnino eandẽ. Textus huius Partis quinque, à 22. ad 27.

Argumentum Textus XXII.

Sententia quorundam, eandem esse virtutem boni ciuis imperantis, vt ab eo, qui paret, distinguitur, & boni viri simpliciter statuentium, cum quodam eius fundamento, de propria institutione, propriaque virtute ciuium imperantium, exponitur, & duobus argumentis corroboratur.

Tex. 11.

[a] Dicimus itaque probum imperantem esse bonum, & prudentem. [b] ciuilem etiam virum necesse est prudentem esse. [c] Atque institutionem statim diuersam esse imperantis quidam dicunt. [d] Quemadmodum cernuntur quoque regum filij equestri, & bellica arte institui. [e] & Euripides ait:

Ne compta mihi, sed illa, quorum ciuitas
Eget.

[f] Perinde quasi sit quædam imperantis institutio. [g] si verò est eadem & boni imperantis, & boni viri virtus: [h] est autem ciuis is quoque, qui paret: [i] profectò non eadem simpliciter fuerit ciuis, & viri: [k] sed tamen cuiusdam ciuis: [l] non .n. eadem imperantis, & ciuis. [m] atq; idcirco fortasse Iason esurire se dicebat, quòd non regnaret: [n] quasi nesciret priuatus esse.

[a] φαμὲν δὴ τὸν ἄρχοντα τὸν σπουδαῖον ἀγαθὸν εἶναι, καὶ φρόνιμον. [b] τὸν δὲ πολιτικὸν, ἀναγκαῖον εἶναι φρόνιμον. [c] καὶ τὴν παιδείαν δ' εὐθὺς ἑτέραν εἶναι λέγουσί τινες ἄρχοντος. [d] ὥσπερ καὶ φαίνονται οἱ τῶν βασιλέων υἱεῖς ἱππικὴν, καὶ πολιτικὴν παιδευόμενοι. [e] καὶ Εὐριπίδης φησί; Μή μοι τὰ κόμψ', ἀλλ' ὧν πόλει δεῖ. [f] ὡς οὖσάν τινα ἄρχοντος παιδείαν. [g] εἰ δὲ ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ἄρχοντός τε ἀγαθοῦ, καὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ: [h] πολίτης δ' ἐστὶ καὶ ὁ ἀρχόμενος: [i] οὐχ ἡ αὐτὴ ἁπλῶς ἂν εἴη πολίτου, καὶ ἀνδρός: [k] τινὸς μέντοι πολίτου: [l] οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ ἄρχοντος, καὶ πολίτου. [m] καὶ διὰ τοῦτ' ἴσως Ἰάσων ἔφη πεινῆν, ὅτε μὴ τυραννοῖ, [n] ὡς οὐκ ἐπιστάμενος ἰδιώτης εἶναι.

Var. Lect. Πολεμικὴν. *Sic legisse videntur interpretes omnes, Vetus. Aretin. Genes. Lambin. Vict. In Aldino tamen libro, & in Isingrino scriptum est* πολιτικὴν.

EXPLANATIO.

Esse ciuis imperantis, vt à subdito distinguitur, virtutem quandam propriam & solam probant nonnulli.

† Formae cuiusdam ciuis, non ciuis vniuersè, & tandem ciuis imperantis, vt parenti, priuatoque opponitur, propriam virtutem, & virtutem viri boni eandem esse, à nonnullis sic persuadetur. Iaciunt quoddam huius suæ sententiæ quasi fundamentum duarum partium. Quarum vna: Esse virtutem quandam propriam, & solam imperantis ciuis, vt ille priuato, parentiq; opponitur. Hanc stabiliunt per alteram: [c] quoniam sit ciuium imperantium institutio, & scientia quædam propria, ab institutione, & scientia parentium, priuatorumq; omnino diuersa. Et istà porrò trifariam, ductis à iudicio argumentis, confirmatur. [d] Primùm vsu, & consensu communi in regum filijs instituendis. [e] Iterum Euripidis poetæ tragici auctoritate. [m] Postremò Iasonis dicto quodã. His positis addunt, Imperantis ciuis propriam illam virtutem esse eandem, quæ est boni simpliciter viri. quod duabus ostendatur rationibus: [a] vnã quia probum imperantem esse simpliciter bonum, ac prudentem virum; [b] alterã, quia ciuilem virum, qui solus est imperans, idest ad imperandum in ciuitate solus idoneus, esse necessariò prudentem consentire omnes videntur; † prudentia verò sit summa, perfectaque boni viri virtus; ex quã ille laudatur; & nomen, definitionemque habet. Quæ quidem si vera sunt: concludetur; [i] Non ciuis vniuersè, [k] sed cuiusdam ciuis speciatim ([l] imperantis nimirum ciuis) virtutem, & virtutem boni viri eandem esse, [h] etenim ciuis quoque est is, qui paret, non is tantummodò, qui imperat: atque

Quoniam eiusdem sit institutio, & scientia quædam propria. Hoc verò trifariam confirmant.

Illum ciuis imperantis propriam virtutē esse eandem, quæ est boni simpliciter viri quo persuadeant.

Non ciuis vniuersè, sed cuiusdam ciuis & boni simpliciter viri virtutem eãdem esse quomodo sequatur.

† ex tex. superiori, & k.d.

ex tex. 18. e.

c.

d.f.
e.f.
m.n.
a.
b.
†
i.
k.
l.
h.

atque ideo ciuis imperantis virtus, vt ab eo, qui paret, distinguitur, non est eadem, quæ ciuis vniuersè, & simpliciter, sed quæ cuiusdam ciuis speciatim virtus. [m] id quod etiam dicto illo Iasonis confirmatur, indicante, sicut institutionem, & scientiam, sic uirtutem aliam in imperio positi, aliam priuati hominis esse. Sequitur igitur, ut boni uiri uirtus, [g] si est uirtus imperantis propriè ciuis, [i] non sit uirtus boni ciuis uniuersè, [k] sed uirtus cuiusdam boni ciuis.

SCHOLIA.

a.b. Dicimus itaque probum imperantem, &c. *Hæc duo enuntiata: (Probus imperans est vir probus, ac prudens: Ciuilis vir item est prudens:) si de proba imperante, & de ciuili viro in ciuitatibus rectè institutis loquamur, vera sunt; & ab omnibus concederentur, multo magis à Philosopho. quamobrem vtitur verbo ≷ dicimus ≷. Non tamen sequitur, si uera sunt; esse ob id simpliciter eandem ciuis imperantis, vt à parente distinguitur, & boni viri uirtutem. quod sequentes textus planum facient.* De duobus enuntiatis: Probus imperans, &c. Ciuilis vir, &c.

d. Cernuntur quoque regum filij, &c. *Instituuntur regum filij propriè equestri, & bellica disciplina: quasi propria quadam, & à priuatorum diuersa debeat esse eorum, qui imperaturi sunt, scientia, & virtus: vt paulo pòst dicetur.* Quò istud tendat.

e. Et Euripides ait, &c. *Temporis iniuria perijsse fabulam, in qua istud Euripides scripserat, annotat etiam P. Victorius.* Euripidis fabula, in qua hæc scripta sunt.

f. Perinde quasi sit quædam, &c. *Ad vtrunque eorum, quæ proposita sunt, hoc est referendum; tam ad usum communem in instituendis regum filijs; quàm ad Euripidis sententiam: non ad istam tantùm, vt D. Thomas, & alij cũ eo putarunt.* Quò hæc uerba sint referenda.

m.n. Atque idcirco fortasse, &c. *Hoc dicto Iasonis vtraque assumptionum confirmari videtur; & ea, quę antecedit, ≷ Esse institutionem, ac scientiam quandam; ≷ & ea, quæ sequitur, ≷ Esse quandam virtutem propriam imperantis, à priuatorum institutione, & uirtute omnino diuersam ≷: sed tamen magis dirigi in antecedentem; argumento est uerbum ≷ nesciret. ≷* Quę cõfirmentur hoc dicto Iasonis.

Iason. *Quis Iason hic fuerit; & unde Philosophus istud sumpserit; nobis ignotum. verisimilia tamen uidentur, quæ P. Victorius scripsit.* Iason.

Argumentum Textus XXIII.

c.d.e. a. b. *• Opponitur sententiæ proximè expositæ, ex duplici testimonio; [a] uno de gemino fundamento laudandi ciuem; [b] altero de ciuis probati virtute.*

[a] Atqui laudatur sanè posse imperare, & parere. [b] & ciuis probati esse virtus posse & imperare, & parere rectè. [c] Si igitur eam quidem, quæ est boni viri, ponimus imperatricem; [d] eam verò, quæ est ciuis, ambo; [e] non fuerint ambo similiter laudabilia. Tex. 23.

[a] Ἀλλὰ μὴν ἐπαινεῖταί γε τὸ δύνασθαι ἄρχειν, καὶ ἄρχεσθαι. [b] καὶ πολίτου δοκίμου ἡ ἀρετὴ εἶναι τὸ δύνασθαι καὶ ἄρχειν, καὶ ἄρχεσθαι καλῶς. [c] εἰ οὖν τὴν μὲν τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρὸς τίθεμεν ἀρχικὴν. [d] τὴν δὲ τοῦ πολίτου ἄμφω: [e] οὐκ ἂν εἴη ἄμφω ἐπαινετὰ ὁμοίως.

b. Var. Lect. Καὶ πολίτου, &c. *Vetus interpres, & Genesius hoc membrum vsque ad illa verba, εἰ οὖν, omiserunt, quasi non legerint in libris suis.*

EXPLANATIO.

Primũ testimonium.

[a] Lavdantvr in ciue hæc duo [e] eodem genere laudis, & tanquam ad idem genus uirtutis, quæ est uirtus boni simpliciter uiri, pertinentia: Posse bene imperare, & posse bene parêre. [b] Ijsdem duobus spectati, probatiúe ciuis, τοῦ δοκίμου, (ad boni scilicet uiri opera, & tandem uirtutem, in ijsq́ue spectati & probari) uirtus definiri solet, ut illâ bene tum imperare, tum parêre ciuis possit. [c] Quòd si boni uiri uirtutem ponamus eam solam, qua ciuis bene imperat, uel est ad bene imperandum idoneus; quod ponere aduersarios oportet: [d] & ciuis uirtus, lausq́ue, ut dictum est de communi sententia utrunque munus bene imperandi, beneq́; parendi complectitur: [e] iam non sunt in ciue, & in spectato, ac probato ciue hæc ambo, posse bene imperare, & posse bene parêre, similiter, hoc est eodem genere laudis laudabilia; nec ad idem genus uirtutis, quæ est uirtus boni uiri, pertinent; contra utrunque testimonium de laudatis muneribus bene imperandi, & parendi, deq́ue definita spectati ciuis virtutes ex communi sententia.

Secundũ testimoniũ.

Deductio aduersariorum ad absurda.

a. ex e. similiter.

b.

c.

d. & ex b. a.

e.

SCHOLIA.

Posse imperare, & posse parere recte est à virtute.

[a] Laudatur sanè. *Ergo vtrunque est à uirtute. propria enim est uirtutis laus ex primo libro ad Nicomachum.*

Syntaxis.

[b] Et ciuis probati esse uirtus, &c. *Subaud. videtur, uel definitur, uel quid aliud tale.*

δόκιμος πολίτης, καὶ δοκιμασία.

Ciuis probati. *Probatum, seu spectatum ciuem, τὸν δόκιμον, intelligo eum, qui in honestorum, laudabiliumq́; munerum functionibus specimen virtutis dedit, daturusue ex indole, & signis alijs naturę, aut fortunæ existimatur. de cuius generis probatione, & exploratione optimi futuri ciuis multa Plato sub exitum septimi de Republica. Neq; enim respexisse hic Philosophum putarim ad δοκίμους τοὺς πολίτας, καὶ δοκιμασίας Atheniensium, quibus ex Atticis ciuibus nati in ciues primùm, deinde in viros tam ciuilium munerum capaces, postremò in certos quosdam magistratus referebantur. de his plura si cupis cognoscere: inuenies passim apud veteres oratores, & apud Sigonium in secundo, & tertio libro de Atheniensium republica.*

Argumentum trium textuum sequentium 24.25.26.

Conuellitur fundamentum illud sententiæ expositæ de propria institutione, propriaque virtute imperantium ciuium, ab institutione, & virtute parentium, quas imperantes non attingant, omnino diuersa: declaraturque quomodo tum hoc, tum contrarium enuntiatum sit verum: distinguendo imperium dominicum à ciuili; quorum in illo imperans ciuis nec virtutis, quæ nulla sit, neque institutionis, neque scientiæ parendi particeps esse debeat; in hoc oporteat esse participem, & prius etiam, quam imperandi.

Proponitur

Argumentum Textus XXIV.

a.b. ᵃ *Proponitur, verum esse posse vtrunque enuntiatum*; ᵇ *Nec eandem esse imperantium ciuium, parentiumque institutionem, ac scientiam,*
c. *sed diuersas*; ᶜ *Et ciuem imperantem ambarum participem esse oportere.*

ᵃ Quoniam igitur aliquando vtrunque videtur: ᵇ & non eadem eum, qui imperat, eumque, qui paret, discere oportere; ᶜ & ciuem scire vtrunque, atque vtriusque participem esse; ᵈ ex ijs, quæ iam dicentur, perspicere aliquis poterit. Tex. 24.

ᵃ Ἐπεὶ οὖν ποτὲ δοκεῖ ἀμφότερα: ᵇ καὶ οὐ ταὐτὰ δεῖν τὸν ἄρχοντα μανθάνειν, καὶ τὸν ἀρχόμενον· ᶜ τὸν δὲ πολίτην ἀμφότερ᾽ ἐπίστασθαι, καὶ μετέχειν ἀμφοῖν· τοὐντεῦθεν ἂν κατίδοι τις.

e. Var. Lect. Ἀμφοτέρ᾽ ἐπίστασθαι. *In quibusdam libris manuscriptis* ἀμφοτέρων ἐπίστασθαι.

Argumentum Textus XXV.

o.p.q. ᵒ *Ab imperantibus ciuibus, & à parentibus, quibus dominico imperatur imperio,* (ᵍ *cuiusmodi sunt agricolæ, artifices, operarij vniuersi, in ciuitatibus quidem nonnullis perperam institutis aut omnes aut quidam etiam propriè ciues nuncupati, in cæteris autem, in quibus reipublicæ non sunt participes, impropriè) non eadem sciri, disciue oportere; sed diuersa. Ratio duplex.* ᵃ *Vna à genere: quoniam omnino imperantium, & parentium dominico imperio diuersæ sint scientiæ, atque disciplinæ.* ᵐ *Altera à iudicio: quoniam priscis temporibus, antequam democratia deterrima existeret, opifices magistratum, & rempublicam non capessebant: quasi ciuium sic parentium disciplina, & scientia longe diuersa esset ab ea, quæ imperantibus est necessaria, cuius illi nequaquàm compotes forent.*

ᵃ Nam est dominicum imperium: ᵇ hoc autem id, quod in rebus necessarijs dicimus: ᶜ quas scire facere imperantem non est necessarium; ᵈ sed vti potius: ᵉ alterum autem etiam seruile. ᶠ dico verò alterum, posse quoque administrare seruilia officia. ᵍ Seruorum autem species plures dicimus: ʰ operæ enim plures. ⁱ quarum partem vnam occupant chernetes, § *quasi manuales dixeris* §. ᵏ hi autem sunt, quemadmodum & nomen ipsorum significat, qui ex manibus viuunt: ˡ in quibus est sordidus artifex. ᵐ Quapropter apud nonnullos non erant participes priscis temporibus opifices magistratuum, ⁿ antequam extremus populi status extitisset. ᵒ Opera igitur sic parentium; Tex. 25.

rentium nec bonus, [p] nec ciuilis, [q] nec ciuis, qui bonus est, discere debet; [r] nisi aliquando vsus gratiâ sibi ad seipsum. [s] non enim iam accideret vt ille dominus, hic seruus esset.

[a] Ἔστι γὰρ ἀρχὴ δεσποτική: [b] ταύτην δὲ τὴν περὶ τἀναγκαῖα λέγομεν [c] ἃ ποιεῖν ἐπίστασθαι τὸν ἄρχοντ' οὐκ ἀναγκαῖον· [d] ἀλλὰ χρῆσθαι μᾶλλον: [e] θάτερον δὲ καὶ ἀνδραποδῶδες. [f] λέγω δὲ θάτερον, τὸ δύνασθαι καὶ ὑπηρετεῖν τὰς διακονικὰς πράξεις. [g] δούλου δ' εἴδη πλείω λέγομεν: [h] αἱ γὰρ ἐργασίαι πλείους. [i] ὧν ἓν μέρος κατέχουσιν οἱ χερνῆτες. [k] οὗτοι δ' εἰσὶν, ὥσπερ σημαίνει καὶ τοὔνομ' αὐτῶν, οἱ ζῶντες ἀπὸ τῶν χειρῶν: [l] ἐν οἷς ὁ βάναυσος τεχνίτης ἐστί. [m] διὸ παρ' ἐνίοις οὐ μετεῖχον οἱ δημιουργοὶ τὸ παλαιὸν ἀρχῶν, [n] πρὶν δῆμον γενέσθαι τὸν ἔσχατον. [o] τὰ μὲν οὖν ἔργα τῶν ἀρχομένων οὕτως, οὐ δεῖ τὸν ἀγαθὸν, [p] οὐδὲ τὸν πολιτικὸν, [q] οὐδὲ τὸν πολίτην τὸν ἀγαθὸν μανθάνειν. [r] εἰ μή ποτε χρείας χάριν αὐτῷ πρὸς αὑτόν. [s] οὐ γὰρ ἔτι συμβαίνει γίνεσθαι τὸν μὲν δεσπότην, τὸν δὲ δοῦλον.

Var. Lect. λέγομεν, ἃ ποιεῖν. *In Aldin. & multis alijs libris è duabus vocibus vna est conglutinata λεγόμενα ποιεῖν. quam scripturam verterunt omnes interpretes.* b.c.
τοὔνομ' αὐτῶν. *In libris omnibus scriptum est αὐτούς. Ego legendum omnino arbitror αὐτῶν, vel αὐτό: nomen ipsorũ, vel nomen ipsum. facilis vtriusque harum vocum in illam corruptio.* k.

EXPLANATIO.

Imperii dominici, & ciuilis distinctio, & differẽtia e rebus imperatis, personis, quibus imperatur, & finibus imperandi.

[a] Dvo sunt inter alia imperij hominum in homines genera, proposito ex a. & tex. seq.
loci huius conducentia: dominicum: & ciuile: [b] Dominico propriè, & ex b.c. ad o.
per se [g] seruis, seruilibusque hominibus, ac ministris omnibus, artifici- g.h.i.k.l.
bus cuiusuis modi, operarijs, agricolis [b] in rebus ad vitam, victumque b.
quotidianum necessarijs nostræ primùm priuatæ vtilitatis gratiâ iustè
imperamus. † ciuili imperamus liberis, & similibus genere in pulchris, ex text. seq.
honestisque rebus propter eorum ipsorum, quibus imperamus, ac publi-
cam vtilitatem. Porrho autem in dominico imperio [b] licet eadem paren- b.
ti, imperantique subijciantur, res nimirum necessariæ ad vitam, victum-
que quotidianum: [c] non sunt tamen eadem, sed planè diuersa illa, quæ c. d. e.f. o. per totum.
de eiusmodi rebus scire vterq; ipsorum debet. Nam [c] quùm duabus quasi ex c.d.
partibus opus, & actio omnis contineatur; quarum altera est ipsa effectio,
seu functio muneris, altera vsus: [e] scire efficere eiusmodi res, & ministeria c.e.f.
præstare eum, cui imperatur, oportet; [d] scire ijsdem vti, &, quia vti, etiam d.
ea iubere, ipsum, qui imperat. [e] illa scientia, disciplinaque seruorum, & e.
parentium; [d] ista imperantium, & dominorum est propria: [e] nec debet d.
omnino imperans, & dominus discere opera, ministeriaque seruilia, [r] ni- c.o.p.q.
si fortè suâ ipsius causâ: vt aliquando, si ministrorum, seruorumque cõ- r.
pia non esset, ipse sibi efficiens, ac ministrans, simul vtatur. Confirman-
tur hæc de scientiâ, & disciplinâ diuersâ imperantium, & parentium do-
minico imperio, bifariam. [d] Primùm ab actibus: quoniam [f] ministrare, d.e.f.
posseq; ministrare in rebus ad vitam necessarijs per se etiam seruile, illi- f.c.
beraleque esse satis constet; [d] vti solùm eiusmodi ministerijs, eaque iube- d.
re posse, ingenuum, ac liberale. [s] Iterum à repugnantibus: quoniam si f.
vterque similiter tùm præstare eiusmodi ministeria, tum ijs vti scire, di-
scereque deberet: iam nulla permaneret † reipsa, & functionibus munerum inter dominum, seruumque differentia; licet potentiæ naturales ad † f. accideret.
dominandum, & ad seruiendum non mutarentur. [e] Imperantium, & pa- e. ad g.
rentium dominico imperio, tandem dominorum, & seruorum, non ea-
dem

Imperantium, & parẽtium dominico imperio de ijsdẽ rebus sunt scientiæ, & disciplinæ diuersæ.

Prima ratio textus, ex genere.

dem est, vt hactenus est declaratum, sed sunt diuersæ scientiæ, disciplinę, g.ad m. institutiones. [g] Agricolæ autem, artifices, operarij omnes (qui in nonnullis ciuitatibus, in alijs quidam, in alijs vniuersi etiam propriè ciues sunt, & vocantur; in cæteris impropriè certè, quum non sint reipublicæ participes, attamen vulgò sic vocantur) sunt genera quædam seruorum, & parentes, quibus dominico imperatur imperio. Ergo ciuium imperantium, & parentium ciuium, aliquando impropriè, sed tamen vulgo, aliquando etiam propriè sic vocatorum, quibus dominico imperatur imperio, agricolarum nimirum, artificum, operariorum omnium; non eadem est; sed sunt diuersæ scientiæ, disciplinæ, institutiones: [o] neque vllo pacto vel à probo viro, vel à viro ciuili, vel à bono ciue, denique à ciue imperante, qui vnoquoque horum trium nominum designari solet, discenda sunt opera, & munera parentium eiusmodi ciuium; [r] nisi fortè ad suum ipsius vsum, vt, quæ aliquando fecerit, ijs vtatur. Ad hanc rationem ductam à genere, vel à toto, [m] additur altera ducta à iudicio, quam in argumento abundè explicaui.

Secunda ratio textus ducta à iudicio.

SCHOLIA.

b. [b] In rebus necessarijs. *Quæ ad victum, vestitum, habitationem pertinent, & ab agricolis, artificibus, operis, seruis omnis generis nobis suppeditantur.*

Res necessariæ, de quibus est dominicũ imperium.

c.d. Quas scire facere imperantem, &c. *Scientia serui, seu parentis dominico imperio, est scientia faciendi in rebus ad vitam necessarijs quicquid domino, &, propter eum, etiam seruo conducit. scientia domini, seu imperantis tali imperio dominico, est scientia vtendi eodem conducibili; idq; hac de causa iubendi. quicunque enim vsum, & finem alicuius rei nouit; is modum formamq; illius rei cognoscat; & quando, qualisq; fieri illa debet, iubere sciat, necesse est: nec tamen necesse est, vt facere eam etiam sciat. De his scientijs, dominica, & seruili dictum est in tex. 70. & 71. primi libri.*

Scientiæ dominicæ, & scientiæ seruilis definitiones, ex quibus intelligitur eas esse diuersas.

g. [g] Seruorum autem species plures, &c. *Serui nomen hic fusè accipitur, vt agricolas, artifices, operas, & seruos propriè vocatos comprehendit. Hæ prima seruorum species, quarum vnaquaque in multas alias diuiditur.*

Serui vocabulum, & forma.

h. [h] Operæ enim plures. *Hæc causa, cur multæ sint seruorum species. nam seruus potestate quadam definitur. potestates autem actibus, & finibus distinguuntur.*

Causa cur multę sint seruorum species.

Quarum partem. *ὧν. Alij omnes vertunt { quorum }, idest seruorum. Ego { quarum }, idest operarum. Neque enim ὧν, numeri pluralis, referri ad δούλου, hoc est { serui, } superioris textus potest, qui est numeri singularis.*

Interpretum error.

Chernetes. *Originem huius vocabuli quære hic apud Victorium ex μ Iliados: quem locum citat etiam auctor Etymologici.*

Chernetes.

i.k.l. Partem vnam occupant chernetes, &c. *Quare agricolarum, non meminit? An quoniam de ciuibus, ciuitatibusq; hic loquebatur. ciuitates autem nonnullæ sunt agris, agricolisq; carentes, vt multæ maritimarum, quibus alimenta extrinsecus suppeditantur: nulla non habet artifices. Etiam in multis artifices publicarum administrationum participes videas; in paucis agricolas.*

Cur agricolarum Philosophus hic nõ meminerit.

l.m.n. In quibus est sordidus artifex, &c. *Similia infrà in tex. 32.*

Extremus populi status. *δῆμον ἔσχατον vel { extremum populi statum }, idest deterrimam democratiam cum Lambino; vel { extremum populum }, idest quum infima plebs dominatur, cum antiquo interprete, & D. Thoma vertere possumus.*

Duplex huius loci interpretatio.

Vtranque

Vtranque versionem eadem demum sententia excipit. nam deterrima democratia est infima plebis dominatio.

Annotatio P. Victorii

Antequam extremus populi status extitisset. *Nam veteres etiam democratia arcebant illos à republica. Victorius.*

Opera igitur sic parentium. *Subaudio, cum D. Thoma, & Lambino, ciuium, qui vel propriè, vel vulgariter sic nominantur.*

Appendix P. Victorii.

Nisi aliquando vsus gratiâ. *Aut voluptatis, addit Victorius. Non probo. nam huiusmodi ministerijs vir ingenuus non delectatur. necessitas solum, & indigentia futura spectanda est: ut in libro septimo fusius declarabitur.* Cap. 14.

Argumentum Textus XXVI.

Imperantium, & parentium imperio ciuili ciuium, qui soli ciuitatum rectè institutarum verè, propriéque sunt, & nominantur ciues, eandem esse scientiam, & disciplinam, non alterutrorum ab ea, quæ alterorum dicitur, diuersam. Ratio partim à definitione, partim à conditione quadam propria ciuilis imperij, eiusque disciplinæ.

Tex. 26.

[a] Sed est quoddam imperium, [b] quo similibus genere, & liberis imperatur. [c] hoc enim esse dicimus ciuile imperium. [d] Quod oportet imperantem parendo didicisse: [e] vt magistrum equitum imperium, & officium suum, [f] quum magistro equitum paruerit: [g] ducem exercitus suum, [h] quum paruerit exercitus duci, [i] ordinumque præfectus, [k] & manipuli ductor fuerit. [l] quapropter dicitur etiam hoc rectè, Non posse quenquam bene imperare, qui non paruerit.

[a] Ἀλλ' ἔστι τις ἀρχὴ, [b] καθ' ἣν ἄρχει τῶν ὁμοίων τῷ γένει, καὶ τῶν ἐλευθέρων. [c] ταύτην γὰρ λέγομεν εἶναι τὴν πολιτικὴν ἀρχήν. [d] ἣν δεῖ τὸν ἄρχοντα ἀρχόμενον μαθεῖν: [e] οἷον ἱππαρχεῖν, [f] ἱππαρχηθέντα: [g] στρατηγεῖν, [h] στρατηγηθέντα, [i] καὶ ταξιαρχήσαντα, [k] καὶ λοχαγήσαντα. [l] διὸ λέγεται καὶ τοῦτο καλῶς, ὡς οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξαι, μὴ ἀρχθέντα.

EXPLANATIO.

Imperij ciuilis. Definitio.

Nomen.

Conditio quædã propria, vt imperare eo discamus parendo.

[a] SVNT etiam præter dominicum alia quædam imperia hominum in homines. [a] E quorũ numero illud; [b] quo similibus genere, & liberis, tandem ciuibus, quâ ciues sunt, iustè imperatur. [c] vnde nomen habuit ciuilis imperij: ex eo, inquam, quòd proprium sit ciuium: & ciues æqualiter sint tum qui imperant, tum qui parent; pareantque, & imperent quatenus ciues, ac similes genere, & liberi in rebus ad ciuitatem pertinentibus. [d] Huius porrho ciuilis imperij, eâdem de causa, quia sit similium genere in similes, & in liberos homines, hæc propria quædam conditio, quâ disciplina eius, scientiaque, & imperantis eo ciuis definiri posset: vt imperare tali imperio discamus non alio modo, quam parendo: præceptis vtriusque officij, & partis ipsius, bene parendi, & bene imperandi, eódem tendentibus. Firmatur hoc assumptum bifariam. [e] Primùm per locum a partibus, siue expositione in duobus summis magistratibus militaribus, Magistri equitum, & Ducis exercitus. [l] Secundò auctoritate cuiusdam

ex a. sed est. a. quoddã imperium. b. c. d. e.ad l. l.

quasi

quasi prouerbij, quod etiam Plato in sexto de Legibus vsurpauit: Non posse quenquam bene imperare, qui non paruerit: hoc videlicet imperio ciuilium rerum. nam alijs potest, vt coniugali, & paterno. Ex istoc autem assumpto perspicuè conficitur propositum. nam si imperare ciuili imperio discitur solùm parendo, præceptis vtriusq; officij eódem tendentibus: planùm est non aliam, & aliam; sed vnam eandemque esse cùm disciplinam, tum, quæ disciplinâ comparatur, scientiam imperantium, & parentium huiusmodi imperio. Infertur ex ea conditione propositum.

SCHOLIA.

b. Quo similibus genere, & liberis imperatur. *Definitio ciuilis imperij: Ciuile imperium est illud, quo imperatur similibus genere, liberisq; hominibus, quatenus huiusmodi, hoc est demum in pulchris, honestisq; rebus, & ad eorum ipsorum, quibus imperatur, publicamq; vtilitatem. Sic enim exponenda, supplendaq; est hæc definitio tũ ex superioris textus initio, & fine, tũ ex alijs locis. Nam si liberis hominibus quis imperat, non vt liberis, sed vt seruis, ministeria seruilia ad suam propriam vtilitatem ipsis iniungens: iam non ciuile, sed dominicum imperium fuerit. Ex his intelligitur in solis ciuitatibus rectè institutis, seu rectarum rerumpublicarum esse imperium ciuile, quod verè proprieq; sic appellatur: prauas respublicas, tyrannidem, paucorum potentiam, statum popularem, ciuitatesq; ijs subiectas dominico, non ciuili imperio contineri. quandoquidem in his omnibus, prauis rebuspublicis, ciuitatibusq; peruersè institutis ciues imperantes, administrationum publicarum domini, cæteris ciuibus, & habitatoribus pro seruis vtuntur; arcentes eos à pulchris, honestisq; actionibus, & in sordidis artibus, operibusq; seruilibus occupatos tenentes.* Imperij ciuilis definitio. Imperium ciuile, quod verè, propriéque sic appellatur, in solis ciuitatibus rectè institutis reperitur.

Similibus genere. *Differentia separans ciuile imperium à duobus domesticis, paterno, & coniugali: In quorũ vtroque sunt genere dissimiles imperans, & parens.* Partes definitionis imperij ciuilis.

Liberis. *Subaudi hominibus. Vt distinguatur imperium hoc à dominico: quo quidem seruis, non liberis esset imperandum.*

c. Hoc enim esse dicimus, &c. *Hoc imperium, quo similibus genere, & liberis hominibus imperatur, dicimus esse imperium ciuile. Quidam connectunt hæc cum sequentibus: {Ciuile imperium hoc esse dicimus, quod oportet imperantem parendo didicisse:} quasi hæc sit definitio, aut pertineat ad definitionem imperij ciuilis. Non probo.* Syntaxis.

d. Quod oportet imperantem parendo didicisse. *Separo hæc à superioribus: & efficio hanc sententiam: {Necesse est vt imperans ciuili imperio imperium munusq; suum parendo didicerit.} Continent ergo rationem, & modum disciplinæ eius, qui ciuili imperio est imperaturus, non definitionem huius imperij. In septimo autem libro citans Philosophus hunc locum, ex isto assumpto & eo, quod nouissimè additur, {Non posse quenquam bene imperare, qui non paruerit,} format pronuntiatum tale: {Eundem hominem priùs parere oportere, posteriùs imperare.}* Sententia verborum. Modus disciplinæ imperij ciuilis. Cap. 14.

e. Vt magistrum equitum imperium, & officium suum. *Et paulo post:* ducem exercitus suum. *Repete vtrobique, ἀπὸ κοινοῦ, verbum didicisse.*

f. g. h. Στρατηγηθέντα, καὶ ταξιαρχηθέντα, καὶ λοχαγηθέντα: Quum paruerit exercitus duci, ordinumque præfectus, ac manipuli ductor fuerit. *Hæc est germana horum verborum interpretatio, atque sententia: Dux exercitus esse quisque discit, qui paret exercitus duci: & paret quidem tum conficiendo per se eius mandata, quandiu est miles manipularis; tum ab eo accipiendo, & alijs dando, dum mino-* Sententia horum verborum.

Obedientię duo quasi gradus.

rem aliquem gerit magistratum, exempligratia centurionis, aut tribuni: Hi enim duo obedientiæ quasi gradus: quorum vterque in maioribus imperijs necessarius: sed secundus laudabilior, difficiliorq; est multis de causis; potissimum ob arrogantiam, & superbiam nostram, quæ crescit rebus secundis. Sed de obedientia alibi. D. Thomas, & Aretinus hanc interpretationem vix attigerunt: cæteri tota via aberrarunt.

Locus Platonis.

Quapropter dicitur etiam hoc rectè. *Plato in sexto de Legibus: § Dominus laude dignus esse, qui non seruierit, nemo poterit. § Nec loquitur ibi, quanuis domini, & serui vocabulis vtatur, de dominico, sed de ciuili imperio. quamobrem addit: § Et magis gloriari oportet, si quis bene seruiat, quam si bene imperet, primùm quidem legibus, quibus qui seruit, Dijs seruit; deinde senioribus, qui cum dignitate vitam traduxerunt. §* L.

Non posse quenquam, &c. *Acutissimus Lipsius in quarto Ciuilis doctrinæ traducens hæc ad argumentum, & institutum suum, subtiliùs exponit, quàm vt proposito, & verbis Philosophi nunc possint conuenire.*

* [Series ad tex. 16.]

Tertia conclusio.

PARS SEXTA CAPITIS TERTII.

Tertia conclusio: Boni ciuitatum rectè institutarum, & imperio verè ciuili constantium ciuis simpliciter virtutem, ex qua ipse ciuis bonus nominatur, & qua subesse, & qua præesse ad suæ reipublicæ salutem laudabiliter potest, ac solet; virtutemq; boni simpliciter viri, ex qua vir bonus vnusquisque nominatur, laudaturq; probarum absolutè actionum causà, & parendi, & imperandi rectè, esse fundamento eandem: moralem nimirum virtutem omnem, apicemq; moralis virtutis prudentiam: atque prudentiam quidem substantiæ duplicis, virtutem moralem vnamquanque duplicis modi, alterius ad rectè imperandum, alterius ad rectè parendum, in vtroque esse. Textus duo, 27. & 28.

Argumentum Textus XXVII.

[a] Imperandi virtus, & virtus parendi in ciuitatibus rectè institutis, qua propriè parens parère, & qua propriè imperans imperare ciuili imperio laudabiliter potest, quum sint formaliter diuersæ partim ratione, & modo, partim etiā substantia; esse ambas necessariè [b] cùm in bono vniuersè earum ciuitatum ciue, [c] tum in bono absolutè viro; integramq; vtriusq; illorum virtutem, ex qua vterque laudetur, & bonus dicatur, efficere. † Inde infertas theorema principale, idest tertiam conclusionem huius capitis. a. b.c.d. e. †

Horum

[a] Horum autem virtus quidem diuersa est: [b] sed oportet ciuem bonum scire, [c] & posse tum parêre, tum imperare. [d] atque hæc est virtus ciuis, imperium liberorum scire in vtranque partem: [e] & viri etiam boni est vtrunque. Tex. 19.

[a] Τούτων δὲ ἀρετὴ μὲν ἑτέρα: [b] δεῖ δὲ τὸν πολίτην τὸν ἀγαθὸν ἐπίστασθαι, [c] καὶ δύνασθαι, καὶ ἄρχεσθαι, καὶ ἄρχειν. [d] καὶ αὕτη ἀρετὴ πολίτου, τὸ τὴν τῶν ἐλευθέρων ἀρχὴν ἐπίστασθαι ἐπ' ἀμφότερα: [e] καὶ ἀνδρὸς δὴ ἀγαθοῦ ἄμφω.

EXPLANATIO.

a. [a] PRIMVM de diuersis virtutibus parendi, & imperandi ciuili imperio, in proximo textu declarabitur. [b] Alterum, Vtranque earum & bono ciui ciuitatum rectè institutarum, & bono viro esse necessariam, expositione ostenditur: quoniam [e] tam boni viri, quam [b] boni huius generis ciuis virtus integra sit scire, & posse eiusmodi imperio tum parêre rectè, tum rectè imperare: dimidiata virtus esset scire, & posse alterutrum tantùm. Ex his conficitur principale theorema huius loci ad hunc modum. [e] Virtus imperandi, & virtus parendi ciuili imperio, licet propriè inter se diuersæ sint partim ratione, partim etiam substantiâ; sunt tamen communiter ambæ viri simpliciter boni; integramque eius, ex qua nominatur, & laudatur, virtutem efficiunt: [b] ciuis simpliciter boni, seu ciuitatum rectè institutarum virtus integra, ex qua nominatur, & laudatur, continetur virtute imperandi, & virtute parendi ciuili imperio, vt hoc quidem imperio sciat, & possit bene imperare, & bene parêre: ergo ciuis simpliciter boni ciuitatum rectè institutarum virtus integra, & virtus integra viri simpliciter boni, ex qua vterque laudatur, & bonus appellatur, est eadem virtus,

Virtus imperandi, & virtus parendi sunt formaliter diuersæ. Vtraque earum bono ciui ciuitatum rectè institutarum, & bono simpliciter viro necessaria.

Theorema principale, de eadem viri simpliciter boni, & boni simpliciter ciuis virtute, conficitur ex duabus.

SCHOLIA.

a. Horum autem virtus. *Imperantis, & parentis, seu imperandi, & parendi.* Syntaxis.

b.c. Scire, & posse. *Vtrunque à virtute est, vt & sciamus, & possimus rectè aliquid facere. Vel scire, & posse dixit Philosophus: quoniam si quis sciat imperare, nec possit, honorum minimè particeps, quod in prauis rebuspublicis obseruatur; non solùm non est bonus ciuis, sed ne ciuis quidem, vt constat ex suprà expositis.* Duplex expositio.

d. Imperium liberorum. *Ciuile imperium; quo liberis hominibus tanquam talibus imperatur.*

In vtranque partem. *Ad parendum, & ad imperandum.*

b.c.d.e. Sed oportet ciuem, &c. *Quisquis imperio ciuili nouit bene imperare, is simul bene parêre eodem imperio sciat necesse est. bene imperare enim hoc imperio non discitur, nisi parendo, quemadmodū in textu superiori fuit stabilitum. E contrario multi esse videntur, qui bene parêre tali imperio & sciant, et possint: nec possint tamen, nec sciant fortaße bene imperare. Verumtamen isti nondum plenè, & perfectè boni ciuitatum rectè institutarum ciues; nondum plenè, & perfectè viri boni sunt, sed efficiuntur. idest quanquam boni sunt, non sunt tamen optimi: optimi erunt & ciues, & viri, vbi non solùm parêre, sed etiam imperare rectè & scient, & poterunt. Ex quibus intelligitur in ciuis imperantis ciuitatum rectè instituta-*

Qui bene imperare ciuili imperio nouit, is nouit bene parêre; non contrà: & quare.

In ciuis imperantis sciẽtia, & uirtute continentur scientia, & virtus ciuis parentis. Locus è lib. septimo. Conciliatio eiusdẽ, quæ uidetur esse inter hunc locum & textus superiores, repugnantia.

rum scientia, & virtute, virtutem & scientiam ciuis parentis quodammodo contineri; tanquàm inchoatum & imperfectum in pleno & perfecto. Itaque Philosophus infrà in cap. 14. septimi libri, vbi locum hunc citat, pro bono ciue ciuem imperantem; pro viro bono optimum virum substituit: { Ciuis, inquit, imperantisq; eandem esse virtutem dicimus, & optimi viri. } Nec aduersantur quidem ista, si acriùs inspicias, iis, quæ in superiori parte huius capitis contra existimantes propriam imperantis ciuis virtutem, & virtutem boni simpliciter viri esse omnino eandem sunt allata. Siquidem illi de virtute ciuis imperantis vniuersè, non, vt nos, de ciuis imperantis ciuitatum rectè institutarum; nec, vt nos, de huiusmodi ciuis virtute, virtutem ciuis parentis in se claudente, quinimò de eius virtute, vt à virtute parentis ciuis seiungitur, loquebantur.

Argumentum Textus XXVIII.

[a] *Virtutes morales, iustitiam, temperantiam, & reliquas, [k] atque prudentiam; ex quibus tam vir bonus simpliciter, quàm bonus simpliciter, idest ciuitatum rectè institutarum ciuis commendari, & bonus vocari, subesseq; probè, ac probè præesse solet; esse in vtroque eorum non vnius, sed duplicis, [c] alterius ad rectè parendum, alterius ad rectè imperandum, virtutes morales quidem singulas modi, prudentiam verò etiam substantiæ, & quiditatis. Rationes primæ partis: [b] una à definitione: [d] altera à pari. Rationes secundæ partis item duæ: [k] vna expositoria: [o] altera à simili.* a.b.c.l. K.m.n. c. per quas imperabit, & parebit. b.c. d. ad k k.l.m.n. o.p.

Tex. 28.

Quanquam temperantiæ, & iustitiæ imperatricis diuersa est species.[b] etenim parentis quidem, sed liberi, perspicuum est, vnam vtique non esse eius, qui bonus est, virtutem, exempli gratiâ iustitiam, [c] sed species habentem, per quas imperabit, & parebit. [d] Quemadmodum viri, & mulieris diuersa est temperantia, & fortitudo. [e] censeretur enim esse timidus vir, si sic fortis esset, vt mulier fortis: [f] & mulier petulans; si sic modesta esset, vt vir is, qui est bonus. [g] nam & rei domesticæ curatio diuersa est viri, & mulieris: [h] quippe illius quidem parare munus est; [i] huius autem custodire. [k] Prudentia autem sola est propria imperantis virtus. [l] alias nanque necesse videtur & parentium, & imperantium esse communes. [m] parentis autem sanè non est virtus prudentia; [n] sed opinio vera. [o] nam parens tanquam tibiarum opifex est: [p] imperans verò, tibicen, is, qui vtitur.

[a] Καὶ εἰ ἕτερον εἶδος σωφροσύνης, καὶ δικαιοσύνης ἀρχικῆς. [b] καὶ γὰρ ἀρχομένου μὲν, ἐλευθέρου δὲ, δῆλον, ὅτι οὐ μία ἂν εἴη τοῦ ἀγαθοῦ ἀρετὴ, οἷον δικαιοσύνη· [c] ἀλλ᾽ εἴδη ἔχουσα, καθ᾽ ἃ ἄρξει καὶ ἄρξεται. [d] ὥσπερ ἀνδρὸς, καὶ γυναικὸς ἑτέρα σωφροσύνη, καὶ ἀνδρία. [e] δόξαι γὰρ ἂν εἶναι δειλὸς ἀνὴρ· εἰ οὕτως ἀνδρεῖος εἴη, ὥσπερ γυνὴ ἀνδρεία: [f] καὶ γυνὴ ἄλλως· εἰ οὕτω κοσμία εἴη, ὥσπερ ὁ ἀνὴρ ὁ ἀγαθός. [g] ἐπεὶ καὶ οἰκονομία ἑτέρα ἀνδρὸς, καὶ γυναικός. [h] τοῦ μὲν γὰρ κτᾶσθαι: [i] τῆς δὲ φυλάττειν ἔργον ἐστίν. [k] ἡ δὲ φρόνησις ἄρχοντος ἴδιος ἀρετὴ μόνη. [l] τὰς γὰρ ἄλλας ἔοικεν ἀναγκαῖον εἶναι κοινὰς καὶ τῶν ἀρχομένων, καὶ τῶν ἀρχόντων. [m] ἀρχομένου δέ γε οὐκ ἔστιν ἀρετὴ φρόνησις· [n] ἀλλὰ δόξα ἀληθής. [o] ὥσπερ αὐλοποιὸς γὰρ ὁ ἀρχόμενος: [p] ὁ δ᾽ ἄρχων αὐλητὴς ὁ χρώμενος.

a. Var. Lect. Καὶ εἰ ἕτερον. *In libris calamo exaratis, vt annotat P. Victorius, perperam scriptum est* καὶ εἰς ἕτερον.

b. Ἐστὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἀρετή. *In quibusdam græcis exemplaribus deesse vocem,* τοῦ ἀγαθοῦ, *ait Io. Genesius.*

c. Γυνὴ ἄλλως. *Sic scriptum mendosè in Ald. & alijs penè omnibus codicibus græcis. Genesius testatur in quibusdam se legisse* γυνὴ ἄλλως; *in quibusdam* γυνὴ λάλος. *quam scripturam quasi rectam & ipse, & Vetus interpres, & multi alij verterunt. Ego hanc certè minus vitiosam; non tamen synceram puto. neque enim* λάλος κοσμίῳ, *&* σώφρονι *propriè opponitur. Nec locus citatus à Genesio ex tex. 156. libri primi satis sententiam eius confirmat. siquidem ibi de impropriè appellatis virtutibus Philosophus loquebatur: hic loquitur de propriè dictis. Fortè igitur* ἄκοσμος, *aut quid simile ipse scripsit: quod librarij deinde exscribendo corruperunt.*

EXPLANATIO.

a. ad K. Probatvr [a] prima pars theorematis de virtutibus moralibus dupliciter. [b] Vno modo argumento à definitione. [b] nam vir, & ciuis, qui initiò in ciuitatibus rectè institutis ciuili imperio bene paret; non est parens naturâ, vt seruus, mulier, puer; de quibus dictum est in exitu primi libri; sed est naturâ liber; aptumque idcirco ingenium habet non solùm ad parendum, verumetiam ad imperandum eodem ipso ciuili imperio; talis enim est vir naturâ liber: [b] ergo vbi ille bonus, perfectusque vir, ciuisque fuerit; [b] habeat virtutes proprias ad vtrunque opus, & ad parendum, & ad imperandum ciuili imperio, necesse est: † est enim in vnoquoque genere rerum bonum id, atque perfectum, ex primo libro ad Nicomachum, in quo sui operis bene præstandi est propria virtus. [c] differunt autem inter se specie, idest ratione, & modo, quum res, & substantia sit eadem, propterea quòd in eodem genere vertuntur, hæ duæ functiones, imperandi, & parendi ciuili imperio: [b] ergo necesse est, [b] in homine naturâ libero, [b] initiò in ciuitatibus bene institutis bene parente, [b] postquam is demum bonus, perfectusque vir, ciuisque fuerit; [b] esse vniuscuiusque virtutis moralis, quum res, & substantia sit eadem, exempli gratia iustitiæ, species, modosque diuersos, quorum vno bene imperet, altero bene pareat imperio ciuili. § locus ab effectis, seu actibus, expositis in textu 146. libri primi §. [d] Secundò idem probatur argumento a pari, ex virtutibus moralibus viri, & mulieris, quorum hæc parenti, ille imperanti ciui est similis, differentibus inter se specie, hoc est modo, & ratione. Et esse quidem virtutes morales in viro, & in muliere specie, hoc est modo differentes, licet sub exitu primi libri fuerit declaratum, [e] tamen hîc quoque confirmatur duabus rationibus, vnâ expositoria, alterâ à simili, & quodam quasi fine. [e] Expositoria ratio profert in medium temperantiam,

Margin notes (left): b. et. — b. sed liberi. — b. eius, qui bonus est. — b. vnam nõ esse. c. — Cap. 7. — ex c. per quas imperabit, & parebit. — b. c. — b. liberi. — b. parentis. — b. eius, qui bonus est. — b. vnã non esse virtutem c. spe cies habẽtem. — d. — e. ad K. — e. f.

Margin notes (right): Virtutes morales singulas esse duplicis modi cùm in bono simpliciter viro, tum in bono rectarum rerumpublicarũ ciue. Ratio prima ad hoc. — Ratio secũda ad idẽ. — Virtutẽs morales in viro, & in muliere specie, hoc est modo, & ratione inter se differunt.

tiam, & fortitudinem. quarum vtranque adeo differentem in viro, mulierēque conspici: vt quæ fortitudo est propria mulieris; si in uiro adsit, fortitudinis desertio, ignauiaque uideatur: atque temperantia, & modestia, quæ esset in uiro probo; in muliere existimatur exuperans uitium, petulantia, atque immoderatio. [g] Ratio, à simili partim, partim à fine, proponit officia diuersa mulieris, & viri in rei familiaris administratione; huius parare; illius tueri comparata: quare & virtutes morales tum ex congruenti quadam similitudine inter hæc officia, & illas virtutes; tum horum officiorum gratiâ, quæ virtutibus illis probè obeuntur; in vtroq; diuersas esse oportere. g.h.i.

Prudentiam esse duplicis substantiæ, idest propriè dictam ad bene imperandum, & quæ uocé ad bene parendū cùm in bono simpliciter viro, tum in bono rectarum reipublicarum ciue. Ratio prima ad hoc.

[k] Secunda pars theorematis de prudentiâ, bono simpliciter viro, bonoque simpliciter ciui ciuitatum rectè institutarum æquè necessariâ; sed vtrique veiè, & propriè dictâ prudentiâ ad bene imperandum; vtrique ὁμωνύμως, idest pro prudentiâ opinione verâ ad bene parendum; ostenditur rursus dupliciter. [k] Primùm per expositionem. quoniam [l] cæteræ omnes virtutes, de quibus est sermo, idest morales omnes sint parentium, imperantiumque communes, licet differentes, ut diximus, modis, & rationibus: [k] prudentia sola inter illas, quę est summus earum apex, & quasi corona; sit propria uirtus imperantis, sine qua nemo imperare bene possit: [m] nec a parente desyderanda; cui satis sit pro prudentiâ, de ijs, quæ agenda imperantur, opinionem ueram habere. [o] Iterum ostenditur per locum à simili. nam [p] tibicinem, qui similis sit nostro imperanti, dum tibiarum opifici mandat, ut sibi tales, aut tales efficiat tibias; scientiam habere, & rationem, cuiusmodi illæ, & cur eiusmodi ad suauem sonum edendum esse debeant: [o] ipsum opificem tibiarum, parenti nostro similem, & reipsa tibicini obtemperantem; in conficiendis tibijs nulla modulationis, & musicæ scientiâ, rationeue egere; sed uerâ opinione duntaxat, idoneas ad musicos cōcentus tibias futuras, si tales factæ fuerint. k.per totum. k.l.m.n. l. k m. o.p. p. o.

Ratio secunda ad idē.

SCHOLIA.

Virtus moralis est qua tum bene imperatur, tū bene paretur, adiūctâ ei illic prudentiâ, hīc vera opinione, quæque est boni & viri, & ciuis rectarum rerumpublicarū perpetue virtus.

a. Temperantiæ, & iustitiæ. *Et vniuscuiusque aliarum virtutum moralium. Ergo est ipsa virtus moralis, non alia virtus, qua quidem, adiunctâ illic prudentiâ, hic rectâ opinione, tum bene imperatur, tum bene paretur imperio liberali: & quæ est denique & ciuis, & viri boni virtus, vnde vterque bonus appellatur, ac laudem habet.*

Virtutes morales singulæ imperantis, & parentis ciuili imperio differunt inter se specie, idest ratione, & modo. Speciei vocabulum.

Temperantiæ, & iustitiæ imperatricis diuersa est species. *Temperantia, & iustitia eius, qui imperat, ciuis, & viri boni differunt specie à temperantia, & iustitia eius, qui paret. Speciei autem vocabulum pro modo, & ratione accipe: vt, sæpe etiam accipi, suprà ad textum quintum annotauimus. sed vtitur vocabulo speciei, quoniam modorum hęc differentia duas quasi species generat, parentis, & imperantis.*

Expositio verborum.

b. Eius, qui bonus est. *Eius parentis, & naturâ liberi, viri, ciuisq́, qui iam est bonus, idest qui est perfectus, nec potestatem solùm, sed etiam virtutem absolutam habet bene parendi, & bene imperandi.*

De virtutum moralium in viris, & mulieribus differentia.

d. Viri, & mulieris diuersa est temperantia, & fortitudo. *De hac re dictum est sub exitu primi libri, præsertim in tex. 154. quo in loco virtutes morales viri imperatrices, mulieris ministratrices Philosophus appellabat.*

Prudentia

k ~ Prudentia sola est propria imperantis virtus. *Sententia horum verborum est ea, quam in explanatione expressimus. Nomen ⟨sola⟩ ad virtutes refertur; nomen ⟨propria⟩ ad eum, qui imperat. etenim virtutum, de quibus hic sermo est, alię omnes, vt statim subiungitur, tam parenti, quàm imperanti similiter sunt necessaria, etsi diuersi in vtroque modi: vna omnium prudentia est propria imperantis, nec à parente desyderatur. Multum igitur à mente Philosophi aberrant, qui eius orationem græcam sic vertunt: ⟨prudentia imperantis propria, & vnica virtus.⟩ quasi aliæ virtutes imperanti denegentur: sola prudentia, quam nulla aliarum etiam dum comitaret, tribuatur.* Prudentia sola est propria imperantis virtus.

n. Sed opinio vera. *Prudentiæ officium est, inquit Genesius, de rebus agendis deliberare; quod maximè imperantis munus attingit. obtemperantis autem non est deliberare, sed veram opinionem de rebus deliberandis habere, vt imperata rectè possit obire.* Cur prudentia imperanti vera opinio pro eo parenti attribuatur ex Genesio.

p. Imperans verò tibicen. *Repete de superiori inciso, ⟨est tanquam,⟩ hoc modo: ⟨imperans est tanquam tibicen.⟩* Syntaxis.

* [Series ab tex. 16.]

Conclusio capitis

PARS SEPTIMA CAPITIS TERTII. TEXTVS XXIX.

Argumentum Textus XXIX.

Conclusio capitis ex enumeratione eorum, quæ in ipso sunt constituta. Tex. 29.

[a] Vtrum igitur eadem sit virtus viri boni, & ciuis probi, an diuersa; [b] & quomodo eadem, & quomodo diuersa; [c] ex his est manifestum.

[a] Πότερον μὲν οὖν ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, καὶ πολίτου σπουδαίου, ἢ ἑτέρα· [b] καὶ πῶς ἡ αὐτή, καὶ πῶς ἑτέρα· [c] φανερὸν ἐκ τούτων.

EXPLANATIO.

c. [c] Ex ijs, quæ in hoc capite tradita sunt, iam est manifestum, [a] sitne ea- Eadem ne sit boni simpliciter viri, & probi ciuis virtus: & quibus modis eadem, vel nō eadem.
a. † ex toto cap. dem, an non sit eadem boni simpliciter viri, & probi ciuis virtus. † siquidem nec eandem, nec non eandem omnino esse apparuit; sed quadantenus, seu quodammoo eandem, & quodammodo aliam, & aliam. [c] Ex
c. ijsdem manifestum est, quibus [b] tandem modis eadem sit, & quibus sit
b. alia, & alia. Quippe † eandem esse boni viri, probiq; ciuis ciuitatum rectè institutarum: † non esse eandem, sed aliam, & aliam boni viri, & probi, siue idonei, studiosiue ciuis cuiusuis aliarum ciuitatum, quæ peruersè sub prolapsis rerumpublicarum formis reguntur. Item boni uiri, & probi ciuis ciuitatum rectè institutarum † esse eandem fundamento; quum neutrius illorum ad extremum vlla alia sit virtus vel ad parendum rectè, vel ad rectè imperandum ciuili, seu liberali imperio (ex quibus quidem muneribus, virtutibusque vterque definitur, commendatur, ac bonus, probusque dicitur) nisi virtus ipsa moralis omnes suas continens species, vnamqnanque duplicis modi, eum adiunctâ sibi prudentiâ, sed hac iam substantiæ duplicis: † esse aliam, & aliam respectibus, & relationibus differen-

† ex tex. 26. 30. 28. & 18. 19.
† ex tex. 18. 19. 20. 21.
† ex tex. 27. 28. & 16. 17.
† potissimum ex tex. 17.

ferentibus; quia viri boni simpliciter virtus ad probas per se actiones referatur; ciuis boni ciuitatum rectè institutarum referatur per easdem actiones probas ad suæ reipublicæ salutem. † Denique eandem esse tum viri boni, & boni ciuis ciuitatum rectè institutarum, vtriusque adhuc proficientis, necdum plenè talis, idest vtriusque, qui bene parere liberali imperio scit, & potest, nondum tamen imperare; tum vtriusque iam perfecti, & omnino boni, hoc est optimi uiri, optimique optimæ reipublicæ ciuis, qui non solùm bene parere, sed etiam bene imperare imperio liberali & norint, & valeant. horum namque virtutem esse virtutem moralem ab omni parte perfectam, & absolutam cum prudentia, quæ verè proprieque sic nominatur: illorum esse itidem moralem virtutem, sed inchoatam, rudiorem, angustiorem; non planè expletam, & omnes numeros habentem vnà cum prudentia impropriè, æquiuoceque sic uocata, idest cum uera opinione, vice prudentiæ, eorum, quæ agenda sunt. Citat hoc caput Philosophus infrà in tex. 139. huius libri, & in capite 14. septimi: quorum locorum in primo ciuem optimæ ciuitatis pro bono, proboque ciue, † quæ nomina in hoc cap. vsurpantur; in secundo pro eodem imperantem ciuem, & pro bono uiro optimum uirum reponit.

† ex tex. 18.

Loci ex hoc tertio, & ex septimo libro.

† bonus ciuis in tex. 23. 27 probus in 16. 18. 19. 28.

* [Series initio lib.]

Forma ciuis

CAPVT QVARTVM.

Forma ciuis: & harum explicandarum causà tractata quæstio, Vtrum, & quatenus in singulis rerumpublicarum formis sordidi artifices, & operarij, sint pro ciuibus habendi, & nominandi. Partes huius capitis quatuor. Textus octo, à 30. ad 38.

Scholium in argumentum huius capitis.

Ciuium formæ tres: vna præstantissima, verorum, optimorumque ciuium: secūda adhuc verorum ciuium, sed minus præstans: tertia ciuium non verorum, hoc est nomine tantùm.

IN hac tractanda quæstione Philosophus tres ciuium formas statuit: [a] unam primam, & præstantissimam; in quam non solùm uera ciuis definitio, primo capite disputationis stabilita, cadit, uerumetiam uirtus ea, quæ est boni uiri, de qua in capite proximè antecedenti: [b] alteram secundariam, & minus præstantem; in quam cadit definitio, non cadit uirtus: [c] postremam ὁμώνυμος nomen adeptam, non ueram, in quam nec uirtus cadit, nec definitio. [d] Prima forma eos complectitur, qui uerè, & primò, & excellenter sunt ciues; uiros naturâ liberos, conditioneque a cunctis operibus uitæ degendæ necessarijs solutos: qui in bene constitutis rebuspublicis, atque ciuitatibus ex uirtute, ac dignitate sua sunt compotes magistratuum. [e] Secunda comprehendit eos, qui uerè quidem, ac propriè uocantur ciues; quum sint magistratuum ijs in ciuitatibus, quarum ciues uocantur, participes; at non sunt excellentissimi, nec primo, sed secundo loco inter ciues ponendi; seruilis ingenij homines, & uitæ genus seruile, atque illiberale sponte sua plerunque sequutos; sordidos, inquam, artifices, & operarios, aliosque eis similes: qui omnes in popularibus statibus publicorum imperiorum compotes, ciuesque sunt necessariò; quidam uerò eorum esse possunt etiam in potentatibus paucorum. [f] Tertia forma

a. ex tex. 30. tex. 33.
b. ex tex. 30. b. tex. 35.
c. ex tex. 30. c. e f. tex. 33.
d. ex tex. 30. 32 e. f. tex. 32. a. b. a. tex. 35.
e. tex. 32. d. & inde tex. 35.
f. tex. 31. 35.

forma continet iam non re, sed nomine tantùm ciues; habitatores cuiusuis ciuitatis magistratuum in ea expertes, qui nec serui sint, nec peregrini, ut in ciuitatibus bene institutis illos ipsos operarios, & artifices. [g] hos falsò, quum ciuis definitio ipsis non conueniat, ciues appellant, ad occultandam differentiam, eosque ipsos decipiendos: ut audientes, se quoque ciues esse, nec pro indignis, & aduenis haberi, quiescant, contentique hac nomenclatione res suas agant.

- Proponitur quæstio de operarijs, & artificibus illiberalibus, utrum sint in ciuibus numerandi, cum rationibus in partes. —— Pars prima. —— Tex. 30.
- Quæstionis solutio adumbratur, respondendo rationibus, & obiectis, quæ pro aiente parte contra negantem proposita sunt; aut proponi possent. Pars Secunda.
  - Refutatur ratio, in superiori textu allata aduersus negantem quæstionis partem, dupliciter. —— Tex. 31.
  - Occurritur duabus tacitis obiectionibus, et quasi rationibus nouis pro parte aiente cōtra negantem. Tex. 32.
- Soluitur perfectè quæstio: indicatis tribus ciuiū formis, de quibus in argum. capitis dixi. —— Pars Tertia.
  - Aggressio ad solutionem perfectam. —— Tex. 33.
  - Principium, & fundamentum maximum solutionis. —— Tex. 34.
  - Summa solutionis. —— Tex. 35.
  - Confirmatio solutionis, & fundamenti eius per exempla nonnullarum rerumpublicarum. —— Tex. 36.
- Concluditur vniuersa hæc de ciue disputatio: eorum, quæ in tribus eius capitibus tradita sunt, repetitā summā; atque additā cum confirmatione vera ciuis definitionis, quam secundum caput exposuit; tum causa, vnde etiam multi habitatores ciuitatis, qui tali definitione non comprehenduntur, appellentur ciues. —— Pars Quarta. —— Tex. 37.

PARS PRIMA CAPITIS QVARTI. TEXTVS XXX.

Argumentum Textus XXX.

a.b.c. *Proponitur [a] quæstio, Vtrum sordidi artifices & operarij sint in ciuibus numerandi, [b] cùm vna in negantem, [c] cum duabus in aientem partem rationibus.*

[a] Restat autem adhuc de ciue quædam dubitatio: [b] vtrum reuerà ciuis sit is, cui licet participem esse magistratus; [c] an etiam sordidi artifices sint ciues ponendi. [d] Si igitur etiam hi ponendi sunt, [e] qui non sunt participes magistratuum: [f] fieri non potest, vt cuiuslibet ciuis sit talis virtus. [g] hic enim ciuis est. [h] si verò nemo talium est ciuis: [i] qua in parte ponendus est vnusquisque? [k] neque enim inquilinus est, [l] neque peregrinus. Tex. 30.

[a] Περὶ δὲ τὸν πολίτην ἔτι λείπεταί τις τῶν ἀποριῶν: [b] ὡς ἀληθῶς γὰρ, πότερον πολίτης ἐστὶν ᾧ κοινωνεῖν ἔξεστιν ἀρχῆς: [c] ἢ καὶ τοὺς βαναύσους πολίτας θετέον. [d] εἰ μὲν οὖν καὶ τούτους θετέον, [e] οἷς μὴ μέτεστιν ἀρχῶν: [f] οὐχ οἷόν τε παντὸς εἶναι πολίτου τὴν τοιαύτην ἀρετήν. [g] οὗτος γὰρ πολίτης. [h] εἰ δὲ μηδεὶς τῶν τοιούτων πολίτης: [i] ἐν τίνι μέρει θετέος ἕκαστος; [k] οὐδὲ γὰρ μέτοικος, [l] οὐδὲ ξένος.

EXPLANATIO.

Prima ratio pro parte negante contra aientem. Ciuis definitio.

Sordidi artifices, & operarij participes ne magistratuum.

Secūda ratio ad idē.

Ratio pro parte aiente contra negantem. Ciuitatis habitatores liberi ex varia habitādi ratione in tres modos diuisi.

Dvarvm rationum pro negante cōtra aientem partē quęstionis [b] prior b.c.
nititur definitione ciuis in secundo capite traditā. definitus enim est ibi
verus ciuis potestate participandi magistratus: [c] non sunt autem partici- c
pes magistratuum saltem in ciuitatibus bene institutis, vt ex capite pro-
ximè antecedenti liquet, vel non sunt eorum participes naturâ suâ, quia
ingenium ad eos gerendos idoneum non habent, sordidi artifices, & ope
rarij. [d] Posterior ratio pro eadem parte negante ducitur à repugnātibus. d.f.g.
nam [d] si sordidi artifices, & operarij in ciuitatibus bene institutis ciues d.
forent, vt à quibusdam vocantur; [f] non esset cuiuslibet ciuis earum ciui- f.
tatum talis virtus, qualem esse declaratum est in superiori capite, idest
virtus moralis vniuersa simul cum prudentia. neque enim morales virtu-
tes, multoque minus prudentia in eiusmodi homines seruiles cadunt, vt
paulo pòst in tex. 35. monstrabitur, monstratumque est sub exitu libri
primi: [g] & sunt illi homines per hypothesim aduersariorum ijs in ci- g.
uitatibus ciues. [h] Ratio pro parte aiente contra negantem ducitur à to- hi. k
to. [h] quippe liberi ciuitatis habitatores, & ipsa ciuitas in tres quasi par- h.k.l.
tes, & genera hominum ex varia habitandi ratione diuiduntur; in ciues;
in inquilinos; in peregrinos; quorum peregrini exiguo tempore, nec ma-
nendi consilio habitant; alia duo genera habitant consilio manendi, &
diu valde, si non perpetuò; sed inquilini aliunde venerūnt ad habitan-
dum; ciues propriè indigenæ sunt: sunt autem sordidi artifices, opera-
rijque omnino pars aliqua, & habitatores liberi ciuitatis, atque necessa-
rij quidem habitatores, vt in sequenti textu dicetur, sine quibus nec con-
di ciuitas, nec manere condita potest: [k] nec sunt necessariò vel inquilini, k.l.
vel peregrini; plerique enim sunt, & omnes esse possunt indigenæ: [h] ergo h.l.
ij saltem, qui indigenæ sunt, erunt necessariò ciues.

SCHOLIA.

Quis sit minor terminus quæstionis.

Sordidi artifices. *Sordidos artifices hic solum nominat: ad quos paulo pòst in tex. 32. & 35. adiunget operarios: & de vtrisq; propriè tractare quæstionem videtur. At si acriùs in eius mentem introspiciamus: fortè colligemus proponi hos causâ exempli, notari autem cum ipsis alios omnès moribus, & ingenio eis similes, idest omnino omnes, qui verarum virtutum expertes sunt; eaq; de causa primi, & perfectissimi ciues, seu ciues ciuitatum rectè institutarum esse non possunt. de omnibus enim eodem modo occurrit consyderantibus hæc dubitatio, vtrum, & quatenus sint ciues.* c

* [Series ab tex. 30.]

Adumbrata quæstionis solutio

PARS SECVNDA CAPITIS QVARTI.

Quęstionis solutio adumbratur; respondendo rationibus, & obiectis, quæ pro aiente parte contra negantem proposita sunt, aut proponi possent. Textus duo, 31. & 32.

Argumentum Textus XXXI.

a. [a] *Refutatur ratio, in superiori textu allata aduersus negantem partem*
b.c. *quæstionis, dupliciter:* [b] *vno modo, inefficacem eam per duas instantias*
d. *ostendendo:* [d] *altero, oppositum propositionis, in qua ratio illa niti vide-*
e.per totum. *tur, verum pronuntiando;* [e] *& simili quodam, ac propè expositione confirmando.*

[a] An propter hanc quidem rationem nullum absurdum dicemus euenire. [b] Nam neque serui quidquam eorum, quæ diximus, sunt; [c] neque liberti. [d] Hoc enim est verum, non omnes in numero ciuium habendos esse, sine quibus ciuitas esse non possit, [e] nam neque pueri eodem modo ciues; & viri: [f] sed hi quidem simpliciter: [g] illi verò ex hypothesi; [h] sunt enim ciues quidem, sed imperfecti. Text.31.

[a] Ἢ διά γε τοῦτον τὸν λόγον οὐδὲν φήσομεν συμβαίνειν ἄτοπον. [b] οὐδὲ γὰρ οἱ δοῦλοι τῶν εἰρημένων οὐδέν. [c] οὐδ' οἱ ἀπελεύθεροι. [d] τοῦτο γὰρ ἀληθὲς, ὡς οὐ πάντας θετέον πολίτας, ὧν ἄνευ οὐκ ἂν εἴη πόλις. [e] ἐπεὶ οὐδ' οἱ παῖδες ὡσαύτως πολῖται, καὶ οἱ ἄνδρες: [f] ἀλλ' οἱ μὲν ἁπλῶς. [g] οἱ δ' ἐξ ὑποθέσεως. [h] πολῖται μὲν γάρ εἰσιν, ἀλλ' ἀτελεῖς.

g. *Var. Lect.* ἐξ ὑποθέσεως. *Sic omnes, quos vidi libros, habent. In quibusdam tamen ad oram scriptum est: ἐκ προθέσεως, in aliis, ἐκ προσθέσεως. hæc lectio alterâ melior: quandò & in textu secundo, de eadem re loquens, vsus est Philosophus τῷ προσθέντας. Vulgatam tamen scripturam non opinor mutandam.*

EXPLANATIO.

a. Dvarvm instantiarum [b] vna seruos proponit; [c] altera libertos: [b] quorum neutri quidquam eorum sunt, quæ sunt exposita, idest nec sunt ciues, nec inquilini, nec peregrini. [d] Enuntiatum, in quo ratio allata niti videtur; fieretque syllogismi propositio, à nostris vocata maior; est tale: omnes ij, sine quibus esse ciuitas nequit, præsertim si nec inquilini sint, nec peregrini, sunt in ciuibus numerandi. [d] Hoc autem enuntiatum est falsum, & oppositum eius verum. [e] Quod quidem argumento à simili, uel etiam expositorio per locum à maiori ostenditur: [e] comparatis inter se pueris nondum propter ætatem in ciuium numerum adscriptis, & viris ciuibus. [f] etenim isti reipsa iam, & simpliciter, & perfecti ciues sunt: [g] illi potestate tantùm, & ex hypothesi, & imperfecti, vt dictum est in textu secundo; proptereaquòd in præsentia non sunt, sed futuri sunt ciues sub ea conditione, quom ætatem iustam impleuerint. [e] Quòd si pueri, filij ciuium, & qui seminarium sunt ciuitatis, sine quibus manere ipsa non potest, non sunt uerè ciues, sed sub conditione futuri temporis, ac penè nomine tantùm: quis non videt, non esse omnes, sine quibus esse ciuitas nequit; licet illi etiam nec inquilini sint, nec peregrini; inter ciues numerandos.

Marginal notes (left): b. quidquam eorum, quæ diximus. — ex 4. — e. per totum. — ex 4. text.

Marginal notes (right): Duæ instantiæ ex seruis, & ex libertis contra rationem allatam pro parte aiente. Enuntiatum in quo ratio illa nititur. — Non omnes, sine quibus esse ciuitas nequit, sunt ciues. — Pueri, & viri differenter ciues: & quomodo vtrique.

Argumentum Textus XXXII.

Occurritur duabus tacitis obiectionibus, & quasi rationibus nouis pro parte aicute contra negantem: [a] *Si quis dixerit sordidos artifices, & operarios in nonnullis ciuitatibus reipsa ciues, magistratuumque participes esse.* [d] *Et, si prorsus contenderit esse omnino ciues.* a.b.c. d.per totum

Tex.16. [a] Priscis igitur temporibus apud quosdam erat sordidorum artificum genus seruum, aut peregrinum. [b] quocirca multi etiam nunc tales. [c] optima autem ciuitas non faciet sordidum artificem ciuem. [d] Quòd si etiam hic ciuis est: [e] at certè ciuis virtutem, quam diximus, dicendum est non omnis esse, [f] nec liberi solum, [g] sed eorum, qui ab operibus necessarijs sunt soluti. [h] eorum autem, qui astricti sunt operibus necessarijs; [i] qui quidem vni talia opera ministrant, serui sunt: [k] qui verò publicè, sordidi artifices, & operarij.

[a] Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις παρ' ἐνίοις ἦν δοῦλον τὸ βάναυσον, ἢ ξενικόν. [b] διόπερ οἱ πολλοὶ τοιοῦτοι καὶ νῦν. [c] ἡ δὲ βελτίστη πόλις οὐ ποιήσει βάναυσον πολίτην. [d] εἰ δὲ καὶ οὗτος πολίτης, [e] ἀλλὰ πολίτου ἀρετὴν, ἣν εἴπομεν, λεκτέον οὐ παντός, [f] οὐδ' ἐλευθέρου μόνον, [g] ἀλλ' ὅσοι τῶν ἔργων εἰσὶν ἀφειμένοι τῶν ἀναγκαίων. [h] τῶν δ' ἀναγκαίων οἱ μὲν ἑνὶ λειτουργοῦντες τὰ τοιαῦτα, δοῦλοι· [i] οἱ δὲ κοινῇ, βάναυσοι, καὶ θῆτες.

Var. Lect. κοινῇ. *Ald. & Basil.* κοινοὶ. *Meliores quidam libri, vt hic,* κοινῇ. *quam scripturam Lambinus, Genesius, Aretinus, & Vetus interpres verterunt. Victorius sealteram maluit.* i.

EXPLANATIO.

Obiectionis prioris refutatio. [a] PRIOR obiectio tollitur distinguendo. Quanquam in nonnullis ciuitatibus, vt proximè explicabitur, in popularibus videlicet, potissimùm in deterioribus, & in quibusdam paucorum potentum, fortasse etiam quodammodo & tyrannorum sunt ciues, magistratuumque participes artifices sordidi, atque operarij: tamen natura suâ, & ingenio non sunt eiusmodi homines ad hæc idonei, vt ciues sint, & participes magistratuum, tandem vt pareant, & imperent ciuili imperio. Cuius rei argumenta duo, [a] Vnum, quòd priscis temporibus in nulla ciuitate sordidi artifices, & operarij ciues erant, vt ipsis respublica communicaretur. imò in quibusdam totum genus eorum è seruis, aut peregrinis constabat. [b] atque hæc est causa, cur multi etiam nunc sordidas exercentes artes, suorumq; corporum operas mercede locantes sint ubique vel peregrini, vel serui. [c] Alterum argumentum, quòd nusquàm in ciuitate, & republica optimè instituta, non in regia, non in optimatum, non in propriè appellata republica, sordidnm artificem, aut operarium ciuem videbis. [d] Ad posteriorem a.b.c. a. b. c. d.per totum.

Artifices sordidi, operarijque natura suâ minimè idonei, vt ciues sint, & magistratuum participes.

Artifices sordidi, operarijque vbique multi vel peregrini, vel serui cur.

riorem

riorem obiectionem resistendo respondetur, indicatis ijs, quæ contrà sequuntur, in hunc modum. [d] Si velis omnino sordidos artifices, quia in nõnullis ciuitatibus magistratuum participes sint, esse, & posse esse etiam in optima ciuitate ciues: aut si omnino velis, seu sint, seu non sint participes magistratuum; in ciuibus nihilominus eos numerari, propterea quòd sint pars ciuitatis necessaria; non altercabor. [e] commonebo tantùm, quoniam in operarios, & artifices sordidos nec prudentia, nec virtutes morales cadunt, vt in proximo textu dicetur, dictumque est sub exitu primi libri; [e] planè id, quod de ciuis virtute, quæ erat virtus moralis vna cum prudentia, in superiori capite constitutum fuit, coarctandum certo modo esse: [e] nec vltrà dicendum aut ciuis vniuersè ciuitatum rectè institutarum, [f] aut simpliciter liberi ciuis eam esse uirtutem: [g] sed addendum liberi, & soluti ab omnibus operibus necessarijs. [h] ita enim perspicuè excludentur cum seruis sordidi artifices, & operarij. [h] qui quidem omnes necessarijs operibus similiter astricti sunt: [i] hoc tantùm differunt, [l] quòd propriè vocati serui vni domino priuatim sua ministrant; [k] sordidi artifices, & operarij, qui serui quidam, publicique serui aliquando appellantur, sua communiter, & populo. Sunt autem hæc omnia tam artium sordidarum, corporeque laborantium, quàm seruorum opera, & ministeria æque illiberalia, hoc est libero homine indigna, honestisque functionibus hac de causa opposita. quamobrem quicunque ijs sunt addicti; nec uerè liberi sunt; nec in ea, quæ ad virtutes, hominesque liberos pertinent, incumbere prorsus possunt. Si igitur sordidos artifices, operariosque esse, & posse esse simpliciter, vereque, ac propriè appellatos ciues statuas: saltem dabis non esse eos, nec posse esse perfectissimos ciues, primò hoc nomen habentes, hoc est denique non posse esse ciues ciuitatum rectè institutarum, quorum propria est virtus in superiori capite exposita, illa, quæ probi simpliciter viri virtus erat, virtus nimirum moralis vniuersa unà cum prudentiâ.

Refutatio obiectionis posterioris.

d. — e. — e. quæ diximus — e. non ois esse ciuis. — f. — g. — h. i. k. — h. — i. k. — l. — k.

Artifices sordidi, & operarij sūt serui quidam: & quā propriè vocatis seruis similes sint, aut dissimiles.

SCHOLIA.

a. Erat sordidorum artificum, &c. *Apud plerasq. gentes & olim, & semper, & à multis tum legumlatoribus, tum philosophis sordidæ artes ignominiâ notatæ, ingenuisq. hominibus, ac ciuibus interdictæ sunt. Vide hic Regiũ multa colligentẽ.*

Sordidorum artificum. *Multo magis operariorum. Et in sordidis artificibus fortasse operarios, fortasse etiam agricolas & pastores, & alios id genus seruiles homines aliquando comprehendit.*

b. Etiam nunc tales. *Quales? Peregrini, an serui, an vtrique?*

c. Non omnis esse. *Suband.* { *ciuis.* }

h. i. k. Eorum autem; qui astricti sunt, &c. *Similitudo quadam præcipua seruorum & artificum: quòd vtrique in operibus necessarijs versentur. Differentia: quòd serui dominis suis solis hæc necessaria ministrant: sordidi artifices cuiuis è populo. De hac, & alijs eorum differentijs diximus ad tex. 159. lib. primi. Vide etiam similia his, quæ hic dicuntur, suprà in tex. 25.*

Artes sordidæ ignominia notatæ, & ciuibus interdictæ.

Artificum sordidorũ vocabulum.

Artifices, & operarij, & alij id genus hoīes quā similes, quā dissimiles seruis.

Soluitur

* [Series ab tex. 30.]
Perfecta quaestionis solutio

PARS TERTIA CAPITIS QVARTI.

Soluitur perfectè quaestio; indicatis tribus ciuium formis, de quibus in argumento capitis diximus. Textus huius partis quatuor, 33. 34. 35. 36.

Argumentum Textus XXXIII.

Aggressio ad solutionem perfectam.

Tex. 33. [a] Hinc autem planum erit ijs, qui parumper consyderauerint, [b] quomodo de his res se habet: [c] ipsum enim, quom apparuit, id, quod dictum est, facit manifestum.

[a] φανερὸν δ' ἐντεῦθεν, μικρὸν ἐπισκεψαμένοις, [b] πῶς ἔχει περὶ αὐτῶν. [c] αὐτὸ γὰρ φανὲν τὸ λεχθὲν ποιεῖ δῆλον.

Var. Lect. *φανὲν. Sic scriptum est in omnibus libris. Ad oram Isingr. annotatur ὁ φανερὸν φανὲν. hoc est deprauare libros, non emendare.*

SCHOLIA.

Syntaxis, & sententia uerborum duplex.

b. Quomodo de his res se habet. *Vtrum hoc cum propiori verbo, { consyderauerint }: an potiùs cum longinquiori, { planum erit, } iungendum? { Planum erit, quod dictum est, ex eo, quod iam dicetur: si paulo diligentiùs consyderauerimus, quomodo hac se se habeant. Ex eo, quod iam dicetur, ijs, qui paulo diligentiùs ipsa consyderauerint, planum erit, quomodo de his, qua dicta sunt, res se habeat. }*

Expositio gemina.

c. Facit manifestum. *Quid est, quod facit, quidq; quod efficitur manifestum? vtrum id ipsum, quod dictum est, quom apparuerit per ea, qua dicentur, & lucem ex ijs acceperit; faciet manifestum, quomodo de his, quę sunt exposita, omnino se se res habeat, &, quicquid in ipsis obscurum est, illustrabit? an ipsum, quod dicetur, vbi planè perspectum fuerit, faciet manifestum id, quod dictum est? Priori modo exponit P. Victorius: cui fauet articulus τὸ, additus participio λεχθὲν. Posteriori D. Thomas. qua expositio facilior videtur, & clarior.*

Argumentum Textus XXXIV.

Principium, & fundamentum maximum solutionis, de multis ciuium speciebus.

Quoniam

[a] Quoniam enim plures respublicæ sunt: [b] etiam species ciuis necesse est plures esse: [c] & maximè eius, cui imperatur, ciuis. Tex. 34.

[a] Ἐπεὶ γὰρ πλείους εἰσὶν αἱ πολιτεῖαι: [b] καὶ εἴδη πολίτου ἀναγκαῖον εἶναι πλείω· [c] καὶ μάλιστα τοῦ ἀρχομένου πολίτου.

EXPLANATIO.

b. c. [b] Vocatorum ciuium, [c] parentium præsertim, qui alibi reuera, alibi nomine tantùm sunt ciues, quum imperantes vbique verè sint ciues; multas species esse necesse est: a. [a] propterea quòd rerumpublicarũ multæ sint species. Locus à fine.

SCHOLIA.

Quoniam, n. plures respublicæ sunt: etiã species ciuis, &c. *Refertur ciuis ad rempublicam tanquam res destinata ad finem, & tanquam principium formale ad compositum suum: vt notum est ex ijs, quæ in t. 17. 18. textu huius libri tradita sunt. Firma ergo, & perspicua est hæc consequentia.* Ciuis ad rempublicã quibus referatur modis. Cõsecu. huius textus firmitas.

Et maximè eius, cui imperatur, ciuis. *Subditi, qui in ciuitatibus publicè aliorum subsunt, & parent imperio, in quibusdam ciuitatibus vel sunt, vel possunt esse magistratuum participes, in quibusdam nec sunt, nec possunt. illi, vt vocantur, sic sunt verè, proprieq; ciues: siquidem verus ciuis ex eo, quòd magistratus esse posset, esseiue particeps, definiebatur. isti eadẽ de causa non sunt verè ciues, quamuis ciues vocentur. Principes autem, & imperantes, quum ipsi sint magistratus, necessariò sunt verè ciues, nec possunt tales non esse. Ergo parentium præsertim, & subditorum, qui ciues vocantur, plures sunt species: nam alij nomine solùm, alij reipsa sunt tales. In ciuibus imperantibus non est hæc differentia: sed nomen ciuium in ipsis vera ciuis essentia, & natura comitatur.* Ciues parentes, hoc est subditi, alibi reuera, alibi nomine tantùm sunt ciues: impe rantes ciues vbique sunt verè ciues, & qua re. Parentium ciuiũ præsertim cur multæ sint species.

Argumentum Textus XXXV.

a. *Summa solutionis:* [a] *in quibus rebuspublicis necessariò artifices sordidi, & operarij sint veri ciues;* [f] *in quibus esse veri ciues artifices sordidi possint, non possint operarij, sed verbotenus sint ciues;* [b] *& in quibus neutri possint ciues esse, nisi nomine.* f. per totum. b. ad f.

[a] Itaque in quadam quidem republica sordidum artificem, & operarium ciues esse necesse est: [b] in quibusdam autem est impossibile; [c] vt si qua est, quam vocãt optimatum, [d] & in qua ex virtute, & dignitate honores tribuuntur. [e] fieri enim non potest, vt qui sordidis addictam artificijs, operariamùe vitam viuit; in ea, quæ virtutis sunt, studium conferat. [f] in potentatibus Tex. 35.

tatibus paucorum autem, vt quidem operarius ciuis sit, non contingit, [g] (à magnis nanque censibus sunt magistratuum communicationes): [h] vt autem sordidus artifex, contingit. [i] ditantur enim, & locupletes sunt multi artificum.

[a] ὥστ' ἐν μὲν τινὶ πολιτείᾳ τὸν βάναυσον ἀναγκαῖον εἶναι, καὶ τὸν θῆτα πολίτας: [b] ἐν τισὶ δ' ἀδύνατον. [c] οἷον εἴ τις ἐστὶν, ἣν καλοῦσιν ἀριστοκρατικήν, [d] καὶ ἐν ᾗ κατὰ ἀρετὴν αἱ τιμαὶ δίδονται, καὶ κατ' ἀξίαν. [e] οὐ γὰρ οἷόν τ' ἐπιτηδεῦσαι τὰ τῆς ἀρετῆς, ζῶντα βίον βάναυσον, ἢ θητικόν. [f] ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις, θῆτα μὲν οὐκ ἐνδέχεται εἶναι πολίτην. [g] (ἀπὸ τιμημάτων γὰρ μακρῶν αἱ μεθέξεις τῶν ἀρχῶν) [h] βάναυσον δ' ἐνδέχεται. [i] πλουτοῦσι γὰρ καὶ οἱ πολλοὶ τῶν τεχνιτῶν.

EXPLANATIO.

Firmamentum præceptorum huius textus.

Præcepta.

Cur præceptum ad tyrannicum statum attinens prætermissum.

Prima pars consequentiæ, seu primum præceptum de democratiarum ciuibus unde vim habeat.

Secunda pars consequentiæ, tria præcepta continens de aristocratiæ, regni, & vocatæ reipublicæ ciuibus, & vis eius.

Tertia pars consequentiæ continens præceptum de oligarchiæ ciuibus, & eius vis.

† Verum ciuem vocamus, ut in capite secundo constitutum fuit, sæpiusque deinde repetitum, quemlibet, qui magistratuum aut est, aut esse particeps potest. [a] Ergo in statibus popularibus sordidos artifices, & operarios necesse est esse veros ciues: [b] in optimatum principatibus, in regia gubernatione, & in propriè vocatis rebuspublicis neutri esse possunt veri ciues, sed sunt ciues solo nomine: [f] in potentatibus paucorum sordidi artifices possunt, non possunt operarij, quanuis ciues appellentur, esse ueri ciues. † In tyrannide, quæ est labum rerumpublicarũ deterrima, imò nec labes, nec quidquã omnino reipublicæ, vtpote quum in ea nihil publicũ, nihil cõmune cũ alio quopiam cernatur, sed omnia vnius tantùm sint hominis priuata, & propria; fortè nihil esset statuendum. si tamen aliquid statui oportet; non statuetur certum. accidere posse dicemus, vt aliquando tyranni arbitrio, quod lex, & regula Lesbia est suæ ciuitatis, vel operarij, vel sordidi artifices, vel utrique ciues & publicorum honorum compotes fiant. [a] Prima pars consequentiæ de popularibus statibus ex eo vim habet, quòd in eiusmodi statibus non virtus, non diuitiæ magistratus tribuunt. quisquis conditione est liber, idem magistratuum est, aut esse potest particeps: nisi peregrinitas huius, illiusúe modi, aut maculosi natales, vt in proximo textu annotabitur, aut alia similis causa in quibusdam ciuitatibus eum excludat. [c] Secunda pars consequentiæ de optimatum, regijs, & propriè vocatis rebuspublicis [d] pari fundamento nititur. siquidem [d] in ijs omnibus pro virtutis, ac dignitatis ratione honores deferuntur: [e] virtute autem, & dignitate sunt sordidi artifices, & operarij penitus vacui, tum quia otio carent, quod in ea, quę virtutis sunt, impendant, totum diem in artificijs, operisque suis, ad victum parandum, occupati; tum quia ingenio præditi illiberali, nec apto virtutibus. [g] In potentatibus denique paucorum sola censuum magnitudo adipiscendorum magistratuum facultatem præbet. [f] ad eam magnitudinem censuum operarij lucellis suis nunquam possunt peruenire; [h] possunt plerique artifices sordidi quæstibus sæpe ingentibus suarum artium. [h] itaq; magistratuum participes esse posunt artifices sordidi; [f] non possunt operarij in potentatibus paucorum. ergo [h] illi possunt, [f] hi non posunt in potentatibus paucorum esse ueri ciues. quæ fuit tertia pars consequentiæ. Ex his autem non solùm vtrum, & quatenus in singulis formis rerumpublicarum

sordidi

sordidi artifices, atque operarij ciues sint, intelligitur; sed etiam quos eorum, qui ciues nominantur, vnaquæque formarum ciuium in argumento capitis à nobis propositarum contineat. [b] Prima nanque forma, ad ciuis definitionem virtutem boni simpliciter ciuis adiungens; continet viros ingenuos in ciuitatibus bene institutis virtute, & dignitate conspicuos. [a] Secunda, solam definitionem requirens, excludens virtutem; complectitur sordidos artifices, operarios, & diuites uirtutum expertes in popularibus dominationibus: & in potentatibus paucorum comprehendit eiusdem modi diuites cum quibusdam aliquando artificibus sordidis, reiectis operarijs. [b] Tertia, in quam nec virtus, nec definitio conuenit; habet eosdem omnes, diuites uirtute vacuos, sordidos artifices, atque operarios in bene institutis ciuitatibus. His tribus formis addere etiam quartam possem, in quam caderet virtus, non caderet definitio; viros ingenuos, & virtute præstantes ciuitatum vitiosis rebuspublicis institutarum continentem.

Quos, quoniam eorum, qui ciues nominantur, vnaquæque trium formarum, antea à nobis propositarum continet.

SCHOLIA.

In quibusdam autem est impossibile, vt si qua, &c. *Repetentur hæc infrà, & fusius explicabuntur in septimo libro.*

Locus è septimo lib.

Si qua est, &c. *Rarissimæ enim sunt, aut potius nusquam sunt rectæ, & sine vitio respublicæ, vera optimatum, vera regia, vera respublica. quæ in exemplum proponuntur, vt ijs similes conditores, rectoresque ciuitatum, quàm maximè possunt, instituant.*

Rectæ rerumpublicarum formæ rarissimæ, vel nusquam sunt; sed ex exéplis proponuntur.

Ex virtute, & dignitate. *Proportione geometrica.*

Fieri enim non potest, &c. *Hic carere morum virtutibus artifices illiberales ostenditur: in text. reg. primi libri ostensum est, illis non egere.*

Artifices illiberales morum virtutibus egent, & carent.

Fieri non potest, ut qui sordidis addictam, &c. *Hac causa Lycurgo, vt Lacedæmonijs sordidis artibus interdixerit. de qua sic Plutarchus: § Inter cætera bona, quæ ad fœlicitatem ciuibus suis parauit Lycurgus, vnum fuit copia otij, quum sordidis artibus in totum esset ipsis interdictum. Lycurgum hac in re, vt in plerisque alijs, imitatus est Plato in sua informanda republica.*

Lucus è libro primo. Artibus sordidis interdixit Lycurgus Lacedæmonijs.

Plato imitator est Lycurgi in sua republ.

Argumentum Textus XXXVI.

Confirmatio solutionis, & fundamenti eius per exempla nonnullarum rerumpublicarum, quarum aliæ alia genera hominum ad ciues asciscant, & reijciant: addita vtriusque instituti causa primâ.

[a] Thebis autem lex erat, [b] qui decem annos foro venalitio non abstinuisset, eum magistratus haud esse participem. [c] In multis verò rebuspublicis etiam peregrinos lex attrahit. [d] nam qui è matre ciue est natus, in quibusdam popularibus statibus ciuis est. [e] eodem verò modo & de nothis apud multos res se habet. [f] attamen quoniam germanorum ciuium penu- Tex. 36.

riā tales homines ciues faciunt ([g] propter hominum enim paucitatem sic legibus vtuntur) [h] vbi econtrariò turba abundant; [i] paulatim summouent eos, qui ex seruo primùm, [k] aut serua; [l] deinde eos, qui ex vxore. [m] tandem eos solùm, qui ex ambobus ipsis, ciues faciunt.

[a] Ἐν Θήβαις δὲ νόμος ἦν, [b] τὸν δέκα ἐτῶν μὴ ἀπεσχημένον τῆς ἀγορᾶς, μὴ μετέχειν ἀρχῆς. [c] ἐν πολλαῖς δὲ πολιτείαις προσεφέλκεται καὶ τῶν ξένων ὁ νόμος. [d] ὁ γὰρ ἐκ πολίτιδος, ἔστιν ἐν δημοκρατίαις πολίτης ἐστί. [e] τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει καὶ τὰ περὶ τοὺς νόθους παρὰ πολλοῖς. [f] οὐ μὴν ἀλλ' ἐπεὶ δι' ἔνδειαν τῶν γνησίων πολιτῶν ποιοῦνται πολίτας τοὺς τοιούτους. [g] (διὰ γὰρ ὀλιγανθρωπίαν οὕτω χρῶνται τοῖς νόμοις) [h] εὐποροῦντες δ' ὄχλου· [i] κατὰ μικρὸν παραιροῦνται τοὺς ἐκ δούλου πρῶτον, [k] ἢ δούλης· [l] εἶτα τοὺς ἀπὸ γυναικός. [m] τέλος δὲ μόνον τοὺς ἐξ ἀμφοῖν αὐτῶν πολίτας ποιοῦσιν.

Var. Le. Ἀρχῆς. *Vetus interpres qui reddidit [virtutis,] videtur in libro suo habuisse* ἀρετῆς. b

Τῶν ξένων. *Ad oram libri Isingr. annotatur legendum esse* τοὺς ξένους, *vel* τῶν ξένων ἐνίους. c
P. Victorius subaudiendam potius hanc vocem, aut ei parem ἴσως, *ex propria Atticorum dialecto putat, quàm adscribendam.*

Ἀπὸ γυναικός. *Sic scriptum est in Aldino codice: quam scripturam probo. Alij habent* ἀπὸ γυναικῶν. l

EXPLANATIO.

Diuersa diuersarũ ciuitatum instituta de modis hominum pro ciuibus habẽdorum, aut non habendorum quibus capere magistratum liceret, aut non liceret.

[a] Apud Thebanos lex quædam arcebat à magistratibus omnes, qui decem annos perpetuos fori negotiatione non abstinuissent. [m] nonnullæ aliæ ciuitates, è popularibus præsertim, eos tantùm, qui ex vtroque parente ciue, & iustis nuptijs sunt geniti, in ciues adscribunt. [c] Multæ contrà, etiam peregrinos ad se alliciunt: [d] quarum aliæ ex sola matre ciue; [l] aliæ ex solo patre ciue, altero parente peregrino editos in ciuibus suis numerant. [e] aliæ præterea nothos quoque; & [l] vel à matre ciue patre seruo, [k] vel à patre ciue matre serua procreatos ciues faciunt. [f] Harum differentium institutionum contrariæ sunt causæ: [h] prioris quidem, communicationem ciuitatis, & magistratuum arctantis, notio animis nostris penè insita ciuium verissimorum; [f] posterioris verò, eandem dilatantis, necessitas è ciuium paucitate. [f] Hinc enim, quoniam aliquando germanorum ciuium penuriâ laborant; aperiunt peregrinis, & ex altero parente ciue altero peregrino, aut etiam seruo ortis ciuitatem. [h] Illinc, suppetente copia, ad verissimos pergunt ciues: [i] primumque nothos eos, qui [l] aut ex seruo [k] aut ex ancilla geniti sunt, respuunt: [l] deinde eos, qui ex patre peregrino: [m] tum etiam eos, qui ex peregrina matre. † ad extremum, veram rempublicam efficientes, solis prudentibus, & nobilitate, virtuteque claris viris, non mercatoribus, non sordidis artificibus, non alijs eiusdem modi, verarum virtutum expertibus, deferunt magistratus. † Hæc porro confirmant tum illud, quod in tex. 34. pro fundamento solutionis positum fuit, estque principale totius capitis propositum, Varias esse ciuium non solùm qui appellentur; sed etiam qui verè sint, species; tum solutionem ipsam, Illiberales artifices, operarios, & alios id genus homines,

Horum differentium institutionum causæ differentes.

...amentum ...tionis, & ipsa solutio quæstionis in hoc 4. cap. propositæ confirmatur.

Margin letters beside the Explanatio: a.b. — m. — c. — d. — ex l.d. — e. — ex l. — ex K. — f.g.h. — ex h. — f.g. — f.g. — h. — i. primùm. — i. — K. — l. — m. — † — †

homines, prudentiâ, morumq́ue virtutibus vacuos, atque ideo inter primos, & perfectissimos ciues, qui sunt ciues ciuitatum rectè institutarum, minimè numerandos; in alijs rebuspublicis veros, in alijs non veros, sed nomine tantùm ciues esse.

SCHOLIA.

a.b Thebis lex erat, &c. *Infrà in lib. 6. Apud Thebanos administrandæ reipublicæ facultas ijs è populo concedebatur, qui certum tempus sordidis ministerijs abstinuisset. Multæ autem vrbes fuerunt olim hoc nomine: quas numerat Stephanus Niger. inter eas valde celebris condita à Cadmo in Bœotia Græciæ regione: de qua hic loqui Philosophum, est uerisimile.* Thebanorum lex. Thebæ multæ. & de qua hic intelligendū.

c. Etiam peregrinos lex attrahit. *Ad ciuitatem, subaudi, attrahit: in qua vxores è ciuibus ducant, & futuros ex ea lege ciues, participesq́ magistratuum filios procreent, vt statim subiungitur,* Subaudienda in oratione.

c.d.e.f.g. In multis verò rebuspublicis etiam peregrinos, &c. *His similia scribuntur in libro sexto. {Ad constituendam ultimam democratiam}, inquit ibi philosophus, {& populum ualidum reddendum, solent, qui præsunt, quamplurimos ad eum assumere, & ciues facere, non solùm legitimos, sed etiam nothos, & qui ex alterutro ciue, patre scilicet, aut matre nati sint, &c.}* Locus è sexto libro.

d. Qui è matre ciue. *Patre peregrino. Multo magis qui è patre ciue, matre peregrina.*

e. Eodem modo & de nothis, &c. *Similiter nothi, ex altero parente ciue, ex altero vel de seruorum, vel de libertinorum genere, quos iungi cum ciuibus matrimonio tam græcis, quam romanis legibus uetitum fuit, procreati, in ciues adscribebantur. Sed erantne antiquis temporibus alij nothi præter eos, qui ex altero parente seruo, libertinoùe nascerentur? planè erant etiam quicunque ex ambobus ingenuis non iusto matrimonio inter se copulatis: & qui ab altero peregrino, patre, aut matre geniti essent. de quibus alibi. Hic enim usurpatur argumentum à minori. nam si nothi ex seruo, aut serua ciuibus annumerabuntur; multo magis qui ex liberis.* Nothorum modi.

g. Sic legibus vtuntur. *Talibus utuntur legibus, quæ donent ciuitate natos è peregrino altero parente, altero ciue, & spurios.* Expositio verborum.

i.k.l.m. Qui ex seruo primùm, aut serua, &c. *Recto, & conuenienti ordine. magis enim decet è patre ciue uxore peregrina; deinde è matre ciue uiro peregrino; postmodum è patre ciue matre serua; tandem è matre ciue seruo patre natū ciuem fieri.* Ordo conueniens seruatus in summouendis ijs ciuibus, quos paucitas hominū fieri coegisset.

l. Eos, qui ex vxore. *Eos, qui ex uxore ciue uiro peregrino nascuntur. Vsurpauit nomen {uxore}, ut notaret iustas nuptias; à spurijsq́ hos separaret.* Expositio verborum.

m. Ex ambobus ipsis. *Ex ambobus ciuibus, iustisq́ nuptijs natos ciues faciunt; excludentes etiam genitos è coniugibus, uiro ciue, uxore peregrina.*

* [Series est tex. 30.]

Conclusa vniuersa de ciue disputatio.

PARS QVARTA CAPITIS QVARTI. TEXTVS XXXVII.

Argumentum Textus XXXVII.

a Concluditur vniuersa hæc de ciue disputatio; a eorum, quæ in eius tribus posterioribus capitibus tradita sunt, summà repetità; atque additâ c tum confirmatione ab Homeri testimonio veræ definitionis ciuis b quam secundum caput exposuit; e tum causâ vnde etiam multi habitatores ciuitatum, qui tali definitione non comprehenduntur, appellentur ciues.

Tex. 37. a Esse igitur plures species ciuis, ex his est manifestum: b atque dici maximè ciuem eum, qui honorum est particeps. c quemadmodum & Homerus carmine scripsit:

Tanquam erronem quendam inhonorum.

d Est enim tanquam inquilinus, qui honorum non est particeps. e Sed vbi hoc tale occultum habetur: eorum, qui vnà habitant, fallendorum gratià habetur. f Vtrum igitur alia, an eadem sit ponenda, per quam vir bonus, & probus ciuis est; ex ijs, quæ dicta sunt, est perspicuum: g cuiusdam quidem ciuitatis eundem esse, cuiusdam verò diuersum: h & illum non omnem; i sed qui ciuilis est, k & summam potestatem habet, l habereue potest m vel per se ipse, n vel cum alijs curandarum publicarum rerum.

a Ὅτι μὲν οὖν εἴδη πλείω πολίτου, φανερὸν ἐκ τούτων; b καὶ ὅτι λέγεται μάλιστα πολίτης ὁ μετέχων τῶν τιμῶν. c ὥσπερ καὶ ὅμηρος ἐποίησεν:

Ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην.

d ὥσπερ μέτοικος γάρ ἐστιν, ὁ τῶν τιμῶν μὴ μετέχων. e ἀλλ' ὅπου τὸ τοιοῦτον ἐπικεκρυμμένον ἐστίν, ἀπάτης χάριν τῶν συνοικούντων ἐστίν. f πότερον μὲν οὖν ἑτέραν, ἢ τὴν αὐτὴν θετέον καθ' ἣν ἀνὴρ ἀγαθός ἐστι, καὶ πολίτης σπουδαῖος, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων, g ὅτι τινὸς μὲν πόλεως ὁ αὐτὸς, τινὸς δ' ἕτερος: h κἀκεῖνος οὐ πᾶς, i ἀλλ' ὁ πολιτικὸς, k καὶ κύριος, l ἢ δυνάμενος ἦ κύριος m ἢ καθ' αὑτὸν, n ἢ μετ' ἄλλων τῆς τῶν κοινῶν ἐπιμελείας.

Var. Lect. Ὡσεί τιν', &c. Totum hoc, vsque ad verba illa, ἀλλ' ὅπου, &c, in libro Aldi. scriptum est mendosè post verba τῶν συνοικούντων ἐστίν. In Isingr. & alijs quibusdam, & antiqui interpretis exemplari, rectè, hoc in loco.

Ἢ δυνάμενος εἶναι κύριος. Desunt hæc verba in Aldin. & Isingr.

Esse igi-

SCHOLIA.

a. Esse igitur plures, &c. *Proprium huius capitis propositum: de ciuium formis.* Capitis huius, quod quartum est, argumentum.

b. Atque dici maximè ciuem, &c. *Demonstratum est in secundo disputationis huius capite, ciuem, qui uerè, proprieq́; dicatur, hunc esse, & sic definiri debere: cæteros, qui ciues appellentur, magistratuum haudquaquam participes, non re, sed nomine tantum ciues esse existimandos.* Definitio ciuis.

c. Tanquam erronem quendam inhonorum. *Hemistichium ex nono Iliados. uerba sunt Achillis ad Aiacem, de iniuria ab Agamemnone sibi illata, conquerentis.* Homeri locus.

d. Sed vbi hoc tale occultum, &c. *Tacitæ obiectioni (si alij ciuitatis habitatores, qui non sunt participes magistratuum, non sunt ciues; cur ergo quidam eorum multis in ciuitatibus ciues appellantur?) quasi respondet: afferens causam, cur hoc fiat.* Cur habitatores magistratuũ expertes multis in ciuitatibus ciues vocentur.

e. Vtrum igitur alia, &c. *Hæc sunt, quæ in tertio capite superiori sunt declarata.* Capitis superioris, id est tertij, argumentum.

Vtrum igitur alia, an eadem sit ponenda. *Subaud. {uirtus.}*

g. Cuiusdam quidem ciuitatis eundem esse, &c. *Ciuitatum bene institutarum, hoc est quæ sub uerà regià, sub uerà aristocratià, sub uerà propriè uocatà republicà reguntur, ciuem bonum, & bonum uirum eundem esse; eandemq́; utriusque uirtutem, ex qua boni dicuntur; aliarum esse diuersos, & diuersas, ostensum est in capite superiori, præsertim in parte eius sexta.* Vir bonus, & ciuis bonus in quibus ciuitatibus idem sint, eademque ipsorum uirtus: in quibus non eadem.

h. Et illum non omnem, sed qui, &c. *Ciuis quidem omnis, id est ciuis in uniuersum ciuitatum rectè institutarum bonus, & uir bonus in uniuersum sunt reipsa idem, eademq́; fundamento est utriusque uirtus, ex qua boni dicuntur, ut monstratum est in parte sexta capitis superioris. non est tamen idem bonus unusquisque ciuitatum earum ciuis, & uir perfectè bonus; nec eadem illius, & huius uirtus. Siquidem in utroque, & ciue bono earum ciuitatum, & bono uiro, (utrunque dico, ut nomine, & ratione differunt) aliquando sunt inchoatæ, aliquando sunt perfectæ uirtutes, inchoatæ primum, quom parendo discit imperare, ut scriptum est in textu 26. tunc enim habet uirtutum incunabula duntaxat, & ueram de rebus iustis, honestisq́; opinionem, nondum prudentiam, ex tex. 28. perfectas autem uirtutes habet una cum prudentia; postquam imperandi artes, diu parendo, fuerit edoctus. Ita igitur non omnis bonus ciuis ciuitatum rectè institutarum est idem, qui uir bonus perfectè. non enim bonus ille ciuis, qui solum bene paret, necdum bene imperare didicit. ille autẽ idem, qui iam didicit imperare. Sed de his suprà satis multa.* Ciuis bonus rectarum rerumpublicarũ quò omnis, quò non omnis idem, qui vir simpliciter bonus; eadẽque & non eadem eorum virtus.

Illum non omnem. *Vel illum uirum bonum non omnem esse bonum ciuem rectarum rerumpublicarum: Vel illum ciuem bonum rectarum rerumpublicarum non omnem esse bonum uirum. Vtraque expositio in idem redit. siquidem in ciuitatibus rectarum rerumpublicarum soli uiri boni publicorum munerum, & magistratuum sunt participes. Ego secundam sequutus sum tanquam magis artificiosam, & solertem.* Expositio duplex.

i. Qui ciuilis est. *Qui rerum ciuilium est peritus, earumq́; administrandarum, liberaliq́; imperandi imperio scientiam, & uirtutem habet.* Ciuilis uiri uocabulũ.


i.k.l. Ciuilis est, & dominus esse, uel dominus potest. *Non solum scientiam, & uirtutem administrandi res ciuiles habeat is ciuis, qui sit uir perfectè bonus, necesse est; sed etiam, ut summum imperium, summaq́; auctoritas illarum administrandarum in ciuitate penes eum sit, aut esse possit tam ex legibus ciuitatis, talibus uiris tale imperium mandari iubentibus, quam ex ipsius animo, qui ad tale imperium gerendum sit maximè idoneus. Hæc uerè est summa καλοκἀγαθία, id est, amplissimam,* Sententia uerborum. καλοκαγαθία.

simam, ac supremam virtutem significant. & certè qui summum imperium in ciuitate bene regit, aut bene regere scit, & potest; perfectissimà virtute præditus est necessariò; qua id facit, & potest: nec alia demum est uirtus summi imperij regendi in ciuitate, quàm prudentia cum omnibus morum virtutibus.

Vel per se ipse, vel cum aliis. *Per se ipse in regia; cum alijs in optimatum, & propriè appellatà republicà.*

* [Series inicio lib.]

De Republica, altero principio ciuitatis formali. Disputationes multæ, vsque ad exitum libri sexti.



* *Disputatio V. lib. quarti.*

Definitio vniuersalis, & primæ formæ reipublicæ. — *Disputatio ij. tertij libri, incipiens in textu 38.*

Tres meditationes de quibusdam quasi principijs rerumpublicarum formalibus. — *Disputatio iij. libri tertij, incipiens in tex. 47.*

Secūda forma reipubl. in quas prima diuiduntur: earūq; bonitas, & prauitas tam ad ciuitatē simpliciter, & ad certa genera ciuitatum, q̃ ad vsum ciuitatum cōmunē. — *Disputationes quinque: vna libri tertij, quæ est postrema, incipiens in tex. 102. & quatuor priores libri quarti.*

Disputatio Secunda.

Definitio vniuersalis: Diuisio duplex: Formæ primæ reipublicæ: earumq; formarū Definitiones, & Differentiæ. Capita tria, quintum sextum, septimum. Textus nouem, à 38. ad 47.

- *Propositio deinceps dicendorum, & Definitio vniuersalis reipublicæ.* — *Caput V.* — *Tex. 38.*
- *Diuisio prima reipublicæ in genera: duo in rectas scilicet, & in aberrantes respublicas.* *Caput VI.* — *Tex. 40.*
- *Diuisio secunda reipublicæ, hoc est vtriusque generis eius, seu rectarum, aberrantiumque rerumpublicarum in ternas species.* — *Caput VII.* — *Tex. 44.*

CAPVT QVINTVM.

Propositio eorum, de quibus deinceps est differendum, & Definitio vniuersalis reipublicæ. Textus duo, 38. & 39.

Propositio deinceps dicendorum. * *Tex. 38.* — *Definitio communis reipublicæ.* * *Tex. 39.*

Argumentum Textus XXXVIII.

Proponitur, de quibus deinceps sit differendum non solùm in hac disputatione, sed etiam in sequentibus vsque ad quintam, vel certè vsque ad quartam libri quarti. quorum quidem distributio, & series è nostris partitionibus sunt manifesta.

Tex. 38. Quoniam autē hæc definita sunt: posthac consyderādum est, vtrum vna ponenda sit respublica, an plures; &, si plures, quæ, & quot, & ipsarum quæ sint differentiæ.

ἐπεὶ δὲ ταῦτα διώρισται: τὸ μετὰ ταῦτα σκεπτέον, πότερον μίαν θετέον πολιτείαν, ἢ πλείους· κἂν εἰ πλείους, τίνες, καὶ πόσαι, καὶ διαφοραὶ τίνες αὐτῶν εἰσιν.

Argumentum Textus XXXIX.

a.b.c. d. per totum. [a]*Definitur vniuersè respublica:* [d] *parsq; posterior eius definitionis locis item à definitione, expositione, inductione confirmatur.*

[a] Est autem respublica ciuitatis ordo [b] tum aliorum magistratuum, [c] tum eius maximè qui omnium summam potestatem habet. [d] nam summam potestatem quidem vbique habet in ciuitate τὸ πολίτευμα, hoc est regimen ciuitatis: [e] respublica autem est πολίτευμα, est regimen ciuitatis. [f] verbigratia, inquam, in democraticis, idest in popularibus statibus summam potestatem populus habet; [g] pauci autem contrà in oligarchiis, idest in principatibus paucorum. [h] dicimus autem & rempublicam istorum esse diuersam. [i] hoc idem verò & de alijs dicemus. Tex. 39.

[a] Ἔστι δὲ πολιτεία πόλεως τάξις [b] τῶν τε ἄλλων ἀρχῶν, [c] καὶ μάλιστα τῆς κυρίας πάντων. [d] κύριον μὲν γὰρ πανταχοῦ τὸ πολίτευμα τῆς πόλεως: [e] πολίτευμα δ' ἐστὶν ἡ πολιτεία. [f] λέγω δ' οἷον ἐν μὲν ταῖς δημοκρατικαῖς κύριος ὁ δῆμος: [g] οἱ δ' ὀλίγοι τοὐναντίον ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις. [h] φαμὲν δὲ καὶ πολιτείαν ἑτέραν εἶναι τούτων. [i] τὸν αὐτὸν δὲ τοῦτον ἐροῦμεν λόγον καὶ περὶ τῶν ἄλλων.

f. Var. Lect. Δημοκρατικαῖς. Ad oram lib. Casaubon. δημοκρατίαις.

i. Τὸν αὐτὸν δὲ τοῦτον. Ad oram eiusdem libri δὲ.

EXPLANATIO.

a.b.c. [a]Respublica est ordo, ratioque certa in ciuitate tum aliorum magistratuum, tum maximè eius, qui [c] omnium & magistratuum, & rerum ciuitatis summam potestatem habet. Confirmatur posterior pars huius definitionis, Esse rempublicam rationem certam eius maximè magistratus, qui omnium summam potestatem habet. [d] Nanq; [d] τὸ πολίτευμα, regimen ciuitatis, hoc est, κατ' ἐξοχὴν, id, penes quod ciuitatis regendæ, & administrandæ arbitrium est, atque auctoritas maxima, siue vnus, siue multi sint homines, aut magistratus auctoritate eiusmodi præditi; [d] vbique, idest omni in ciuitate in cunctos alios magistratus, resque ciuitatis vniuersas summam potestatem habet: [e] est autem respublica tale πολίτευμα, & regimen ciuitatis; in sinu eius, penes quod est arbitrium ciuitatis regendæ, atq; administrandæ, ipsâque illâ administratione posita. § argumentum à definitione. § Vtraque propositio expositione, inductioneq; ostenditur. [f] Maior: quandoquidem [f] populus, penes quem in ciuitatibus popularibus

Margin notes: c. omnium. — d. τὸ πολίτευμα. — d. vbique. — e. — f.g.i. — Definitio vniuersalis reipublicæ. — Confirmatio posterioris partis huius definitionis.

pularibus est regimen, arbitriumque ciuitatis; summam ijs in ciuitatibus rerum omnium, magistratuumque potestatem habet: [g] similiter & pauci potentes in ciuitatibus paucorum; & rex in regia; & tyrannus in sua; quum regimina earum, & τὰ πολιτεύματα penes eos sint; summam omnium potestatem habent. [h] Minor: quoniam [h] statum popularem, & principatum paucorum, & [i] alias similiter diuersas, differentesq; respublicas dicimus ex eo, quod τὰ πολιτεύματα, regimina, gubernacula, ac tandem magistratus, summa potestate, & auctoritate ciuitates eiusmodi administrantes, sint differentes, & diuersi. † quibuscunq; enim differentijs, ac notis propriè distinguuntur, & sunt diuersæ aliquæ res; illæ notæ sunt earum rerum formæ, & essentiæ, vel ad formas, essentiasque ipsarum pertinent.

g.l.

h.l. h. rerumpublicarum.

i.

SCHOLIA.

ἀρχῶν melius vertitur magistratus, quàm imperium.

Magistratuum. ἀρχῶν. *Melius, qui magistratuum, quàm qui imperiorum vertunt. etenim sunt in ciuitate etiam priuata imperia, vt domestica, & quæ sunt principum artium, quorum ordo respublica non est.*

Duplex expositio.

Omnium. *Quidam repetunt* { *magistratuum* }: *alij subaudiunt* { *rerum ciuitatis* }. *Ego ambas expositiones coniunxi in commentario.*

τοῦ πολιτεύματος vocabulum.

Summam potestatem quidem vbique habet in ciuitate τὸ πολίτευμα: respublica autem est πολίτευμα. *Repetentur hæc eadem infrà in tex. 45. Porrò τὸ πολίτευμα, quod regimen ciuitatis vertimus, significat aliquando rectionem ipsam, administrationemq; ciuitatis, ac rerum eius: aliquando omnes omnino magistratus publica munera obeuntes, & quendam quasi complexum ipsorum omnium: aliquando propriè, vel κατ᾽ ἐξοχὴν, idest per excellentiam quandam significat eos, seu singuli, seu multi homines, magistratusue sint, in quibus resides arbitrium, auctoritasq; absoluta totius ciuitatis, rerumq; eius omnium, vtcunque voluerint, disponendarum, & administrandarum.*

Reipublicæ nomen.

Respublica item, ἡ πολιτεία, interdum fusius accepta significat vniuersum ciuitatis statum, in magistratibus, legibus, rebusq; alijs communibus positum: interdum propriè ordinem, & rationem certam magistratuum omnium inter se, & ad subditos, resq; ciuitatis vniuersas: interdum κατ᾽ ἐξοχὴν significat eos, singulos, multosue homines, aut magistratus, in quorum manu, & arbitrio sunt res omnes ciuitatis, leges, magistratus, & reliqua. Secundo modo sumptum nomen reipublicæ in hoc textu definitur. Tertio dicitur esse πολίτευμα, vsurpatum similiter in tertia significatione, hoc est vtrunque κατ᾽ ἐξοχὴν. Continetur autem tertius reipublicæ significatus in secundo, tanquam illius pars. est enim pars reipublicæ (vt vocabulum hoc ordinem, rationemq; certam in ciuitate ex magistratibus, ipsorumq; magistratuum tam inter ipsos, quam ad subditos, resq; ciuitatis omnes designat) ac summa quidem pars id; sub cuius arbitrio iacet tota ciuitas, & quæcunque sunt ciuitatis.

Respublica in hoc textu definita.

Respublica est πολίτευμα quomodo.

Diuisio

* [Series ab tex. 38.]

Diuisio prima reipublicæ in duo genera.

C A P V T S E X T V M.

Diuisio prima reipublicæ in duo genera, in rectas, & in aberrantes (†tex. 43.c) *respublicas.† Fundamentum diuisionis, Ius, vel iustum illud, quod simpliciter dicitur. Partes huius capitis duæ. Textus quatuor, à 40. ad 44.*

- *Substructiones ad diuisionem rerumpublicarum in rectas, & in aberrantes, duæ factæ.* — *Pars prima.*
  - *Propositio duarum substructionum antè iaciendarum.* — Tex. 40.
  - *Substructio prima, de tribus ciuitatis finibus, quorum gratiâ initiò condita est.* — Tex. 41.
  - *Substructio secunda, de duobus imperij ad ciuiles, domesticasq́; hominum inter se societates pertinentis summis generibus.* — Tex. 42.
- *Respublica in rectas, & in aberrantes distributa.* — *Pars secunda.* — Tex. 43.

PARS PRIMA CAPITIS SEXTI.

Substructiones, seu hypotheses ad diuisionem rerumpublicarum in rectas, & in aberrantes iactæ duæ. Textus huius partis tres, 40. 41. 42.

Argumentum Textus XL.

Propositio duarum substructionum, ad diuidendas respublicas in rectum; & in aberrans genus, antè iaciendarum: quarum a *vna de tribus ciuitatis finibus, ob quos illa initiò condita est:* b *altera de duobus imperij ad societates vitæ humanæ domesticas; ciuilesq́ue pertinentis summis generibus.*

a Substernendum autem primùm est, cuius rei gratiâ ciuitas constitit; b & quot sint imperij, quod ad hominem, vitæque societatem pertinet, species. Tex. 40.

a Ὑποθετέον δὲ πρῶτον, τίνος χάριν συνέστηκε πόλις· b καὶ τῆς ἀρχῆς εἴδη πόσα, τῆς περὶ ἄνθρωπον, καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς ζωῆς.

SCHOLIA.

b. Imperij, quod ad hominem, uitæque societatem pertinet. *Latissimè patet vocabulum imperij: nominantur q́; imperans, & parens non solùm in societatibus vitæ, non solùm in hominibus, non solùm in animalibus, sed in omnibus omnino tam* (Imperij genera, & modi multi.)

no tam

no tam animatis, quam animà carentibus rebus, naturalibus, artificiosis, ciuilibus, quæ ex multis siue coniunctis, siue disiunctis facta sunt vnum quidpiam commune, vt in primo horum librorum tex. 46. & sequen. est declaratum. Verùm hic, cæteris imperij pretermissis formis fas fuerit eas duntaxat, quibus societates vitæ nostræ domesticæ, ciuilesq́; continentur, ad memoriam reuocasse: vt in duo tandem summa genera, quæ nostro proposito conducunt, ipsas includamus.

Imperij formæ, societates vitæ nostræ domesticæ, ciuilesque continentes.

Ad hominem, vitæque societatem. *Secundum est quasi expositio, & coarctatio primi. nam præter imperia domesticas, ciuilesq́; societates efficientia sunt alia quoque hominum inter homines, vt quæ in artibus cernuntur. quorum quidem exemplis confirmabit Philosophus in tex. 42. secundum genus eorum, quæ ad societates vitæ domesticæ ciuilisq́; pertinent. ibi enim sic: } Quemadmodum & alias artes videmus, &c. }*

Argumentum Textus XLI.

Substructio, seu hypothesis prima, de triplici fine ciuitatis, quorum gratiâ initiò condita est; [h] primo, & præstantissimo, [f] vt in ea homines benè, ac feliciter viuant, [g] quantum bene viuendi, fælicitatisque particeps esse vnusquisque potest; [i] altero, vt quoquo modo viuant, tuti ab iniurijs & aliorum hominum, & ferarum; [d] tertio, vt in societate, & communitate vitæ viuant. Locus [h] pro primo fine, ab expositione, & euidentia: [i] pro secundo partim à simili, partim à causa: [c] pro tertio, à causa. h. f.g. i.l. d.e. h. i. per totum. c.d.

Tex. 41. [a] Dictum est igitur in primis quoque sermonibus, [b] in quibus de domestica cura, & dominatu est disputatum, [c] naturâ quidem esse hominem animal ciuile, [d] quapropter etiamsi mutuo auxilio non egeant, [e] haud minus appetunt simul viuere. [f] Cæterùm communis vtilitas quoque in vnum conducit, [g] quatenus congruit vnicuique beneuiuendi pars. [h] maximè igitur hic est finis & communiter omnibus, & singulatim. [i] Conueniunt verò & ob hoc ipsum, vt viuant. [k] fortasse enim inest pars aliqua honesti, & boni: [l] continentque vel viuendi causâ tantùm ciuilem societatem, [m] nisi grauibus, & asperis rebus in vita valde superet modum. [n] perspicuum autem est, multas miserias à plerisque hominum viuendi cupiditate tolerari: [o] quasi insit in eo prosperitas, & dulcedo quædam naturalis.

[a] Εἴρηται δὴ καὶ κατὰ τοὺς πρώτους λόγους, [b] ἐν οἷς περὶ οἰκονομίας διωρίσθη, καὶ δεσποτείας, [c] ὅτι φύσει μέν ἐστιν ἄνθρωπος ζῷον πολιτικόν. [d] διὸ καὶ μηδὲν δεόμενοι τῆς παρ' ἀλλήλων βοηθείας, [e] οὐκ ἔλαττον ὀρέγονται τοῦ συζῆν. [f] οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον συνάγει, [g] καθ' ὅσον ἐπιβάλλει μέρος ἑκάστῳ τοῦ ζῆν καλῶς. [h] μάλιστα μὲν οὖν τοῦτ' ἐστὶ τέλος καὶ κοινῇ πᾶσι, καὶ χωρίς. [i] συνέρχονται δὲ καὶ τοῦ ζῆν ἕνεκεν αὐτοῦ: [k] ἴσως γὰρ ἔνεστί τι τοῦ καλοῦ μόριον: [l] καὶ συνέχουσι τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν καὶ κατὰ τὸ ζῆν αὐτὸ μόνον. [m] ἂν μὴ τοῖς χαλεποῖς κατὰ τὸν βίον ὑπερβάλλῃ λίαν. [n] δῆλον δ', ὡς καρτεροῦσι πολλὴν κακοπάθειαν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, γλιχόμενοι τοῦ ζῆν: [o] ὡς ἐνούσης τινὸς εὐημερίας ἐν αὐτῷ, καὶ γλυκύτητος φυσικῆς.

c. Var. Lect. Ὅτι φύσει. In *Aldin.* & *Isingr.* καὶ ὅτι φύσει: *sanè mendosè.*
d. Παρ' ἀλλήλων. *Mendosè in Aldin. & Isingr.* περὶ ἀλλήλων.

EXPLANATIO.

[a] Hoc tertio fine [d] vel per se solo, quanquam alij non affuissent, impelli
c. d. homines ad ciuitates condendas potuisse, [e] ex eo ostenditur, quòd homo
e. a.b. est naturâ animal ciuile, & sociabile, [a] vt in primo libro à tex. 20. ad 24.
c.d. est demonstratum. { *Locus à causis* }. [c] siquidem ab eiusmodi humano ingenio, ad societates cum hominibus iungendas naturâ idoneo, desyderium eas iungendi proficiscitur, & à desyderio, vt re optata potiamur, potiundoque oblectemur, studium, & opera in ciuilem societatem, quæ
f.g.h. ciuitas est, perfectissimè desinentia. [f] De primo fine omnes consentirent, quia multis vita nostra egeat, ad eam commodè, beateque traducēdam, & subsidia, quibus est opus, inuicem per communicationem præstanda,
i.l.m. constitutas esse ciuitates. [i] Propter finem secundum, idest uitæ tantummodo conseruandæ causâ, licet à fœlicitate, & prosperitate omni nudæ
m. imò verò laboriosæ quoque, & asperæ, [m] dũ ne modum nimis superarent calamitates; sicut videmus multos in societate ciuili permanere; sic iungi ipsa initiò potuit. Causa huius rei, quòd [k] boni, & honesti quędam pars,
k. o. [o] quædam placiditas, & dulcedo naturalis in viuendo resideat. [n] cuius
n. quidem placiditatis, & dulcedinis argumentum maximum habemus cupiditatem viuendi, qua capti plerique hominum multa grauia, molestaque tolerant; nec se ex ijs morte exoluunt, vt planè facerent, nisi tali cupiditate retinerentur.

Viuere in societate, & communione vitæ esse vnum quendam è finibus ciuitatis.

Bene viuere fœlicitatemque esse eiusdem finem primum, & præstantissimum.

Viuendi causâ dicuntur conditas fuisse ab initio, & conseruari ciuitates.

SCHOLIA.

a. Dictum igitur est, &c. *De his tribus finibus, ob quos conduntur, permanentq; ciuitates; explicauimus abundè ad tex. 16. primi libri: quanquam qui hic est secundus, diuisus ibi duas in partes fuit; & earum prior, ad indigentiam, permutationemq; pertinens, in tertio fine, qui est simpliciter uiuere, inclusus.*

In primis sermonibus. *Primos sermones vocat primum horum librorum partim simili, partim differenti sensu, atq; libros de Auditu naturali appellauerit primos sermones in primo Cœli tex. 20. & 25. & sermones, qui in principio, in 4. de Generatione, & interitu tex. 61. et primas suppositiones in primo Cœli tex. 58. his enim nominibus libros illos ciebat, propterea quod de principijs rerũ naturalium, & principiũ naturalis scientia essent, vt ijs in locis Simpl. & Io. Grammaticus annotarũt.*

De his tribus ciuitatum finibus vbi dictum.

Primos sermones quo sensu vocet primum horum librorum, quo libros de Auditu naturali, & alijs similibus vocibus.

Dictum igitur est, &c. naturâ quidem, &c. *Hoc dictum post traditam ciuitatis definitionem ad explicandam confirmandamq́ differentiam, quæ in illa subaudiebatur: vt ibi declaraui.*

Dubitationis nascentis oppressio.

In quibus de domestica cura, & dominatu est disputatum. *Non quòd in eàdem libri parte, in qua de dominica ratione, & tota cura domestica differitur, constitutum sit istud theorema, hominem esse naturà animal ciuile; antè enim id positum fuerat: nec quasi his solis liber ille sit destinatus; nam alia quoque in ea tractantur: sed quoniam multo maior illius pars in his consumitur, ab ijs propemodum nominare ipsum voluit.* b.

Consuetudo vitæ communis, voluptasque, quæ ex ea capitur tũ finis, tum causa efficiens ciuitatum.

Quapropter etiam si, &c. *Quomodo finis, quomodo etiam causa efficiens ciuitatum condendarum sit consuetudo vitæ communis, & voluptas, quæ ex ea capitur, declaraui in primo libro ad textum 16.* d.

Non egeant. *Subaud. homines. nam hoĩem in proximo membra nominauerat.*

Plato insimulatur.

Etiam si mutuo auxilio non egeant. *Forte insimulat Platonem: qui nusquàm attigisse tertium finem videtur; imò nec secundum quidem; sed primum tantùm, ad mutua vitæ subsidia præstanda, indigentiasq́ subleuandas pertinentem, in secundo lib. de Republica, & in Protagora.*

Bene viuendi verbũ vat e hic & alijs quibusdam in locis sumpium. vnde tollitur quæ inter hunc & illos videtur esse repugnantia.

Communis vtilitas quoq; in vnum conducit, quatenus congruit vnicuique bene viuendi pars. *Fusius hic accipi verbum bene viuendi à Philosopho existimo, quàm suprà in tex. 16. primi libri, & infrà in tex. 57. & 61. huius accipiatur. Illis quidem in locis bene viuere fœlicem, & beatam vitam significat; cuius ingenui solum homines, & ad veras virtutes nati esse possunt participes; hic cum verè & simpliciter fœlici significat commodam, & nullius indigam rei, qualis etiam in agricolas, artifices, operarios, imò & in seruos cadit. tantum enim bonorum, ac commoditatum humana uita in ciuitatibus rectè institutis horum quoque quisque consequitur; quantis conditio eius est capax. quod notatum est hoc incisa, { quatenus congruit vnicuique bene viuendi pars }. Perdurare autem in vita extra societatem vllam ciuilem, & sine aliorum hominum ope fortaßse singuli suis in domicilijs, leges dantes vxoribus, natisq́, possunt, ut Homeri Cyclopes: sed in misera, & egentissima uita.* c

Communis vtilitas. *Opis mutuæ quibusdam ad commodam, & iucundam, quibusdam ad fœlicem vitam.*

Honestas naturalis, quæ in viuendo inest.

Fortasse inest pars aliqua honesti, & boni. *Repete { in viuendo }. Inest autem fortasse in viuendo pars aliqua naturalis honestatis, quę ad rectè agendum nos impellit; & quæ, si pura, integraq́ seruaretur, non parum vitam beatam iuuaret, inquit P. Victorius.* k.

Nisi grauibus, &c. *Repetendum verbum, { ciuilis societas, } nisi ciuilis illa societas vitam eorum nimijs exagitet calamitatibus.* m.

Cur [plerisq;]

A plerisque hominum. *Nonnulli enim etiam sunt, qui, vt ijs se liberent, mortem expectant, & manus ipsi sibi afferant, aut afferri ab alijs postulent.* n.

Actus viuendi per se solus quam suauis.

Viuendi cupiditate: quasi in eo, &c. *Actus viuendi per se solus vsq; adeo suauis quibusdam visus est, vt in vita dolorum vacua, sine alia vlla functione, aut voluptate, fœlicitatem reponerent. Et Stoici inter ea, quæ prima natura appellant, maximè primum esse, vt uiuere velimus, nosq́ ipsos diligamus, asseruerunt. sed de his alias.* n.o.

Argumentum Textus XLII.

a. [a] *Substructio, seu hypothesis secunda, de duobus imperij ad ciuiles, domesticasque hominum inter se societates pertinentis summis generibus,*
e. *finium differentià diuisis. Horum duorum generum* [e] *vnum esse, quo per*
K. f & inde. k. & inde. *se imperantis;* [k] *alterum, quo per se parentis vtilitas quæritur:* [f] *quòd si hoc etiam imperantis, illo etiam parentis quæratur; quæri sanè vtroque, hoc imperantis, illo parentis ex accidenti. Comprobatur vtrunque ge-*
e. & inde. h. & inde. d. ad h. y. per totum. *nus* [e] *exemplis: &* [d] *primum præterea solutione cuiusdam dubitationis:* [y] *secundum argumento à iudicio.*

[a] At verò & imperij vocatos modos facile est diuidere. Tex. 42.
[b] nanq; de ipsis in externis sermonibus sæpe disseruimus. [c] dominatus enim; [d] quanquam re vera seruoque naturà, & naturà domino idem sit conducibile; [e] tamen ad conducibile domini imperat nihilominus, [f] ad serui autem ex accidenti. [g] fieri enim non potest, vt seruo pereunte saluus conseruetur dominatus. [h] Imperium autem in filios, & in vxorem, & in omnem domum, [i] quod nimirum appellamus domesticum, [k] aut eorum, quibus imperatur, gratià est; [l] aut cuiusdam rei, quæ est ambobus communis: [m] per se quidem eorum, quibus imperatur; [n] quemadmodum & alias artes videmus, vt medicam, & gymnasticam: [o] ex accidenti verò etiam ipsorum foret. [p] nihil enim vetat, pædotribam vnum esse aliquando ipsum quoque ex ijs, qui exercentur: [q] quemadmodum nauis gubernator vnus est semper è nauigantibus. [r] Pædotriba igitur, vel gubernator eorum, quibus imperatur, bonum spectat. [s] quando verò ipse quoque vnus horum efficitur: [t] ex accidenti particeps præsidij euadit. [u] nam hic quidem nauigans: [x] ille autem eorum, qui exercentur, fit vnus, quum sit pædotriba. [y] Quocirca & ciuiles magistratus, [z] quom per æqualitatem, similitudinemque ciuium constituta fuerit; [1] alternis gerere æquum putant: [2] olim quidem, [3] vt natura postulat, [4] æquum censentes, alternis munus publicum obire; [5] & spectare quempiam vicissim ipsius bonum, quemadmodum ipse, prius gerens magistratum, vtilitatem illius spectabat. [6] nunc autem propter commoda ea, quæ ex publicis rebus, [7] & ea, quæ ex magistratu; [8] volunt continenter magistratum gerere, [9] perinde ac si magistratum gerentibus, quum morbosi forent, accideret, vt semper bene valerent. [10] etenim sic rectè magistratus consectarentur.

Ἀλλὰ

[a] Ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς ἀρχῆς τοὺς λεγομένους τρόπους ῥᾴδιον διελεῖν. [b] καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις διοριζόμεθα περὶ αὐτῶν πολλάκις. [c] ἡ μὲν γὰρ δεσποτεία, [d] καίπερ ὄντος κατ' ἀλήθειαν τῷ τε φύσει δούλῳ, καὶ τῷ φύσει δεσπότῃ ταὐτοῦ συμφέροντος, [e] ὅμως ἄρχει πρὸς τὸ τοῦ δεσπότου συμφέρον οὐδὲν ἧττον, [f] πρὸς δὲ τὸ τοῦ δούλου κατὰ συμβεβηκός. [g] οὐ γὰρ ἐνδέχεται, φθειρομένου τοῦ δούλου, σῴζεσθαι τὴν δεσποτείαν. [h] ἡ δὲ τέκνων ἀρχὴ, καὶ γυναικὸς, καὶ τῆς οἰκίας πάσης, [i] ἣν δὴ καλοῦμεν οἰκονομικήν, [k] ἤτοι τῶν ἀρχομένων χάριν ἐστὶν, [l] ἢ κοινοῦ τινος ἀμφοῖν: [m] καθ' αὑτὸ μὲν τῶν ἀρχομένων. [n] ὥσπερ ὁρῶμεν καὶ τὰς ἄλλας τέχνας, οἷον ἰατρικὴν, καὶ γυμναστικὴν: κατὰ [o] συμβεβηκὸς δὲ κἂν αὐτῶν εἶεν. [p] οὐδὲν γὰρ κωλύει τὸν παιδοτρίβην ἕνα τῶν γυμναζομένων ἐνίοτ' εἶναι καὶ αὐτόν: [q] ὥσπερ ὁ κυβερνήτης εἷς ἐστιν ἀεὶ τῶν πλωτήρων. [r] ὁ μὲν οὖν παιδοτρίβης, ἢ κυβερνήτης σκοπεῖ τὸ τῶν ἀρχομένων ἀγαθόν. [s] ὅταν δὲ τούτων εἷς γένηται καὶ αὐτός: [t] κατὰ συμβεβηκὸς μετέχει τῆς ὠφελείας. [u] ὁ μὲν γὰρ, πλωτήρ: [x] ὁ δὲ, τῶν γυμναζομένων εἷς γίνεται, παιδοτρίβης ὤν. [y] διὸ καὶ τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς, [z] ὅταν ᾖ κατ' ἰσότητα τῶν πολιτῶν συνεστηκυῖα, καὶ καθ' ὁμοιότητα, 1 κατὰ μέρος ἀξιοῦσιν ἄρχειν: 2 πρότερον μὲν, 3 ᾗ πέφυκεν, 4 ἀξιοῦντες ἐν μέρει λειτουργεῖν, 5 καὶ σκοπεῖν τινα πάλιν τὸ αὐτοῦ ἀγαθὸν, ὥσπερ πρότερον αὐτὸς ἄρχων ἐσκόπει τὸ ἐκείνου συμφέρον. 6 νῦν δὲ διὰ τὰς ὠφελείας, τὰς ἀπὸ τῶν κοινῶν, 7 καὶ τὰς ἐκ τῆς ἀρχῆς, 8 βούλονται συνεχῶς ἄρχειν. 9 οἷον εἰ συνέβαινεν ὑγιαίνειν ἀεὶ τοῖς ἄρχουσι, νοσακεροῖς οὖσι. 10 καὶ γὰρ ἂν οὕτως ἴσως ἐδίωκον τὰς ἀρχάς.

Var. Lect. Διελεῖν. *Ad oram Isingr.* διελθεῖν. n.
Σκοπεῖ τὸ τῶν ἀρχομένων ἀγαθόν. *Solus Aretinus hic addit [semper]: quasi habuerit ἀεὶ in suo exemplari.* t.
Τὸ ἐκείνου συμφέρον. *Ad oram Casaubon.* τὸ κοινῇ συμφέρον. *& male.* 5.

EXPLANATIO.

Exempla vtriusq; generis imperiorum ad ciuiles, domesticasq; societates pertinentium.

Quæri priori genere horum imperiorum (cuius exemplum dominicum) imperantis per se, parentis ex accidenti vtilitatem.

EXEMPLA vtriusq; generis è domesticis imperijs proponuntur; [a] prioris quidem dominicum; [h] posterioris autem paternum, coniugale, tandem, excepto dominico, omne domesticum: tum præter hæc domestica imperia afferuntur etiam à quibusdam artibus exempla generis posterioris. [a] Prima sumptio de primo genere, exemploque primi generis (quæri scilicet dominico imperio imperantis per se, parentis ex accidenti vtilitatem) confirmatur, [d] solutâ dubitatione contra ipsam nascente de eadem domini, seruique vtilitate. quî enim, si eadē vtilitas est vtriusque; quæretur dominico imperio per se, quod domino; ex accidenti, quod seruo sit conducibile? Soluitur autem κατ' ἀντιπαράστασιν hoc modo: [d] Quanquam ad extremum idem prodest domino naturâ, & naturâ seruo; [e] quum commoditas, salusque vtriusque ex commoditate, & salute alterius pendeat, vt sub initium primi libri fuit declaratum: [e] nihilominus tamen quî est dominus naturâ, imperat per se, & primò, quæcunq; imperat, suæ propriæ vtilitatis gratiâ; [f] imperat ad vtilitatem serui naturâ etiam ea, quę propter illam videtur imperare (vt exempligratia de eius victu, & ve stitu salubri, iucundoque) ex accidenti, & secundariò. [g] eatenus nanque serui naturâ commoditatem, voluptatem, salutem spectat naturâ dominus; quatenus ad commoditatem, salutemque suam hæc referuntur; & percunte, læsoque aliquo pacto naturâ seruo, læditur, peritque tandem dominatio, ac dominus ipse naturalis: cuius quidem seruus naturâ est non solùm seruus, verum etiam homo, ac res simpliciter, instrumentum videlicet animatum, & subsidium ad vitam. quæ omnia in primo libro fusiùs sunt explicata. [h] Secunda sumptio, de secundo genere imperij; & eius exemplis, paterno, coniugali, tandem domestico omni præter dominicum,

c. ad h.
h. ad a.
a. ad y.
d. ad h.
d
ex g.
tex. 6.
e.
f.
g.
Cap. 9.
h. per totum.

Quæri secundo genere (cuius exempla alia omnia domesticæ im-

k.m. l.n. nicum, ſpectante [k] per ſe, & ſimpliciter parentium vtilitatem, [l] imperan-
tium aut nullo modo, aut ſolùm ex accidenti, dupliciter confirmatur:
n.ad y. [a] primùm exemplis quarundam artium, vt medicæ, gymnaſticæ, guber-
n.r. natoriæ. quarum vnaquæque [n] ſimpliciter, & per ſe eorum, quibus im-
o.ſ.t. peratur, ſpectat, & molitur vtilia, [o] imperantium non item, niſi fortè ex
p.q.ſ.t.u. accidenti, [p] quom contigerit, vt eodem imperio hi quoque vnà cum illis
q. regantur. nam [q] quemadmodum accidit, & ſemper quidem accidit (quo
enim alio modo nauim gubernaret?) vt gubernator in eadem naui, in
p. qua alios vehit, ipſe vehatur: [p] ita accidere aliquando poteſt; vt tum pæ-
dotriba, ideſt magiſter gymnaſij, exercitatione egens, in alijs exercendis
De medico ſe per accidens ſanante vide in ij. Phy. tex. c 3. ſe ipſe exerceat, tum medicus vel eodem laborans morbo, quo alii, vel
eundem à ſe, & ab alijs auertens, quod accidit in epidemijs, idem medi-
y. camentum ſibi, & alijs propinet. [y] Iterum confirmatur eadem ſecunda
2. ſumptio argumento à iudicio. Siquidem [2] priſcis ſeculis, [3] quom nondū
3. auaritia, & ambitio animos hominum occuparent, ſed naturam opti-
z. mam ducem ſequerentur, [z] quibus in ciuitatibus ſimiles, paresque liber-
y.n. tate ciues erant, nemine inter alios virtute plurimùm eminente, [y] non cer
tabatur, vt ijdem ſemper, ſæpiusue gererent magiſtratus, & imperia in
4 alios retinerent. imò contra, qui ſemel geſſerant, alij deinceps capeſſe-
4. rent, optabant; [4] æquum cenſentes ita ab alijs viciſſim publico ſe impe-
rio regi, & ſua commoda procurari, quemadmodum ipſi alios rexerant,
eorumque commoditates procurauerant: quaſi qui ſimilibus, liberisque
6. & inde per totum. tandem hominibus imperant, non ſuam, ſed eorum, quibus imperant,
6. nunc. 9. quærere debeant vtilitatem. [6] Obijcies huic argumento: [9] Temporibus
6. propter commoda &c. noſtris velle cunctos ſuis in ciuitatibus perpetuò imperare, & magiſtra-
tum habere. [6] At hanc voluntatem in nobis fecit non natura, ſed hono-
rum, pecuniarumque immoderata cupiditas: quæ in animis noſtris peni-
tus inſedit. ſiti enim iſta affecti; eamque imperio, publicarumque rerum
administratione, amplitudines, diuitiasque maximas iure, iniuriaue aſſe-
8. 9.10. quendi facultatem ſuppeditantibus, ſedatum iri ſibi perſuadentes, [8] am-
biunt magiſtratus: [9] perinde ac ſi morbo aliquo tentarentur, à quo, qui
magiſtratum gererent, liberi forent. Hoc igitur accidit (& accidit verò,
quoniam ab aduentitiâ cupiditate non à naturâ inſitâ proficiſcitur) vt
noſtrâ causâ expetantur à nobis magiſtratus, & cura publicæ.

Imperia præter dominicum, & artes) vtilitatē per ſe, & ſimpliciter eorum, quibus imperatur, imperantium vel nullo modo, vel ſolùm ex accidenti.

Imperare ſua in ciuitate, & eſſe in magiſtratu verum, & quare non expetendum.

SCHOLIA.

a At verò & imperij vocatos, &c. *Sumpta ſunt ea, quæ in hoc textu dicuntur, ex primo lib. Platonis de Republica ſub numeris 12.13.14,15.16. Porrho autem de ſecundo modo imperij, vtilitatem eorum, quibus imperatur, ſpectante, concordes ſunt, & videntur hi duo maximi Philoſophi: de primo non videntur; niſi artem, & rationem imperandi ab homine imperante diſtinxeris. Hac diſtinctione adhibita negat Plato in vniuerſum vllam artem, rationem vllam imperandi, artificem, & imperantem vllum exquiſitâ nomenclaturâ appellatum, ideſt per ſe, & ab omni ſeparatum adiuncto, quatenus ab arte ſua, imperandique ratione minimè differt, ſuam in imperando vtilitatem ſpectare. Ariſtoteles, homines imperantes, & imperia hominum ex vulgari loquendi modo accipiens, de cæteris concedit, haud quærere per ſe, & primò vtilitatem ſuam: ſolum dominatum, ac dominum naturâ,*

Cōcordia Ariſtotelis, & Platonis de imperiorum finibus.

quæ

e. Constituta fuerit. *Subaud.* { ciuitas. }

f. Ea, quæ ex publicis rebus, & ea, quæ ex magistratu. *Subaud.* { capiuntur. } *D. Thomas ea, quæ ex iure magistratus, & ea, quæ à ciuibus in magistratu constitutis quoquo modo usurpantur.*

* [Series an̄ tex. qu.]

Respublica in rectas, & in aberrantes distributa.

PARS SECVNDA CAPITIS SEXTI. TEXTVS XLIII.

Argumentum Textus XLIII.

b. ad g. a. igitur. *Respublicæ, ex duabus substructionibus proximè positis, superioriq; definitione, in rectas, & in aberrantes distributæ: atque utræque sua propria nota, seu differentia, à fine sumpta, definitæ, & ab alteris distinctæ.*

b.d.

[a] Planum est igitur, [b] quæcunque respublicæ quidem commune vtilitatem spectant, [c] eas rectas esse ex simpliciter iusto: [d] quæcunque autem propriam duntaxat imperantium, [e] peccasse omnes: [f] & à rectis rebuspublicis digressiones esse. [g] dominico enim imperio administrantur: [h] at ciuitas liberorum hominum societas est. Tex. 43.

[a] φανερὸν τοίνυν, [b] ὡς ὅσαι μὲν πολιτεῖαι τὸ κοινῇ συμφέρον σκοποῦσιν. [c] αὗται μὲν ὀρθαὶ τυγχάνουσιν οὖσαι κατὰ τὸ ἁπλῶς δίκαιον: [d] ὅσαι δὲ τὸ σφέτερον μόνον τῶν ἀρχόντων, [e] ἡμαρτημέναι πᾶσαι, [f] καὶ παρεκβάσεις τῶν ὀρθῶν πολιτειῶν. [g] δεσποτικαὶ γάρ: ἡ δὲ πόλις κοινωνία τῶν ἐλευθέρων ἐστί.

EXPLANATIO.

a. [a] Qvemadmodvm imperiorum, per secundam substructionem, duo genera erant: [b] ita sunt & rerumpublicarũ: quorum [c] alteri sola imperantium primò, & per se vtilitas proposita est; parentiũ nequaquam, nisi ex accidenti, & prout refertur ad vtilitatem imperantium: [b] alteri proposita est vtilitas parentium, vel potius communis; quia accidit, ut imperans in ciuitate, & republica sit semper unus è numero hominum eius ciuitatis, & reipublicæ; sicut accidebat, ut nauis gubernator semper vnus esset è numero nauigantium. [c] Hoc autem, quod dicimus de duobus generibus rerumpublicarum pro duobus imperij generibus, distinctis fine, qui est vtilitas in illis imperantium, in his parentium, ac tandem communis; perspicuum est quidem per se diuersas respublicas intuentibus; sed & confici ex substructione prima, superiorique reipublicæ definitione potest. etenim vtilitas, per primam substructionem, est communis, generalisque finis ciuitatum, & rerumpublicarum omnium. quapropter ab il-

b. quidem, d. autem. Diuiditur respublicę in duo summa genera distincta finibus.

Confirmatur trifariã diuisio illa rerum publicarum.

la rectè ducuntur differentiæ, & diuisiones rerumpublicarum. tum uerò definita respublica est in textu 39. quòd sit ordo imperiorum in ciuitate, & maximè summi: itaque ut summa imperia diuiduntur: sic diuidi respublicæ debent. Porrho autem quum è rebuspublicis [d] aliæ ad solam imperantium vtilitatem spectent; [b] aliæ ad vtilitatem parentium, vel ad communem parentium, & imperantium, proptereaquòd in eâdem eâdem ciuitate imperans vnà cum alijs se ipsum regat, sicut in eâdem naui nauis gubernator se ipsum cum alijs vehit: certum est [b] istas, quæ communem spectant vtilitatem, esse rectas, & directas ad normam iusti naturalis, quod est simpliciter, & perfectè iustum; [d] illas, quæ solam imperantium, peccantes esse, & à rectis detortas. [g] Probatur de vtrisque: argumento ducto à materiâ proximâ. nanque [h] ciuitas, cuius ordo in imperijs, & quasi forma respublica est; liberorum hominum, non seruorum est coetus; seruus enim nec ciuis est, nec pars ciuitatis, nisi instrumentaria, vt in primo, & in septimo horum librorum declaratur: † sunt autem, per textum superiorem, recta, iustaque imperia ex naturali iustitia, illud, quo sola imperantium vtilitas quæritur, si in seruos naturâ exerceatur; istud, quo quæritur utilitas parentium, vel parentium & imperantium communis, quod exercetur in liberos naturâ: [g] ergo rectę respublicę sunt, iustæque ex naturali iustitia, quæcunque communem vtilitatem parentium, & imperantium, idest omnium omnino ciuium spectant: cæteræ ex eadē iustitia obliquæ, & iniustæ, quæ spectant solam imperantium, [g] vtentes ciuibus, [h] qui liberi homines sunt, contra naturam ipsorum, pro seruis naturâ. Notæ, & differentiæ essentiales, quibus definiuntur, & inter se distinguuntur rectæ, deflexæque respublicæ, istę sunt: [b] rectarum, spectare ad parentium, & tandem ad communem utilitatem: [d] deflexarum, spectare ad solam imperantium.

Margin notes: Definitur vtrunque genus, in quæ diuisæ sūt respublicæ. — Comprobantur definitiones allatæ vtriusque generis rerumpublicarum. — Notæ, differentiæque essentiales, quibus duo ista genera rerumpublicarum definiūtur, & inter se distinguuntur. Right margin: d. b. b.c. d.e.f. g.h. h. † g.enim. g. h. et b. et d.

SCHOLIA.

Quæcunque respublicę communem utilitatem, &c. *Recta respublicæ, & à rectis declinantes, seu iusta, & iniusta non solum specie, verumetiam genere, hoc est maximè inter se distant. Siquidem finium differentia, spectandi commune, & spectandi proprium imperantium commodum, quæ eas distinguit, maxima est: omnes gubernandi rationes, & modos; omnia ciuitatis officia; statumque eius uniuersum summopere varians. itaque Philosophus hęc tanquam duo genera rerumpublicarum constituit, rectum, & declinans à recto: quorum vtrunque deinde in tres quasi species, monarchiam, statum paucorum, statum multitudinis partietur. multo magis enim differunt inter se ciuitates, & respublicæ, in qua rex, & in qua tyrannus dominatur, quàm in qua rex, & in qua optimates. Quid igitur aduersus hæc, omni seculo ab omnibus hominibus recepta, &, propè dixerim, mentibus nostris à natura insita latrat, temerarius Bodinus? aut quid commune habent cum his finibus, spectandi communem, & spectandi propriam vtilitatem, ad respublicas distinguendas, ea, quæ ille recenset, robur, pulchritudo, diuitiæ, nobilitas, & reliqua?*

Margin notes: Diuisio rerumpublicarum in rectas, & declinantes à rectis. Right margin: b.c.d.e.f. Lib. ij. de Rep.

Quęcunque communem vtilitatem spectant. *Et ita spectant, vt possint eam virtute suà reipsa prçstare. Nam si minus excellentes in excellentiores imperium habeant, licet omnem operam industriamque suam in communem vtilitatem impendant:*

Margin note: Spectari communem vtilitatem à rectis rebuspublicis quo.

impendant: non est illa ex simpliciter iusto recta respublica, nisi quadantenus, hoc est nisi quantum ad hunc finem utilitatis ciuium attinet. Verùm hæc clariùs ex sequentibus disputationibus intelligentur.

e. Rectas esse ex simpliciter iusto. *Ex iusto naturali rectæ sunt respublicæ, quæ communem omnium ciuium spectant utilitatem: quæ propriam, & solam imperantium, non rectæ. ex iusto autem legitimo possunt esse hæ rectæ: illæ non rectæ. Siquidem legitimum iustum varium est pro varijs institutis legumlatorum: nõ idem semper, & vbique; vt naturale. Quapropter euenit aliquando, & alicubi, vt naturali iuri aduersetur. tuncq; ad eius regulam rectæ respublicæ appellandæ erunt, quæ ad regulam iusti naturalis essent non rectæ: & contrà non rectæ, quæ rectæ. De his duobus iuris, iustitiæq; modis dictum est in 5. ad Nicomachum.* Iustum naturale, & legitimum. cap.7.

e.f. Peccasse omnes, & à rectis rebuspublicis digressiones esse. *Malum, & peccatum omne, digressio, deflexio, declinatio, non res subsistens, formaue aliqua est, sed formæ diminutio, & priuatio alicuius partis eius in re subsistente.* Mali natura.

g. Dominico enim imperio, &c. *Non esse respublicas, sed aberramenta, & digressiones à rebuspublicis formas eas, in quibus propria imperantium utilitas spectatur, conficitur hìc per locum à materia, & ab actu circa eam. Infrà in textu 45. confirmabitur altero argumento ducto ab oppositis.* Respublicæ, in quibus propria imperantium vtilitas spectatur, non sunt respublicæ.

h. Ciuitas liberorum hominum societas est. *Hinc prouerbium, δούλων πόλις, de re commentitia, & quæ esse omnino nequeat. Simile infrà in tex. 57. E' seruis ciuitatem esse non posse, non magis, quam ex animalibus brutis. & in 89. Non constare ciuitatem ex seruis.* Ciuitatis materia.

*[Series ad tex. 38.]

Diuisio secunda reipublicæ

C A P V T S E P T I M V M.

Diuisio secunda reipublicæ, hoc est vtriusque generis eius, seu rectarum, aberrantiumq; rerumpublicarum in ternas species. Fundamentum partitionis, differentia triplex imperantium: qui vel vnus, uel pauci, vel multi sunt. Textus tres; 44. 45. 46.

Propositio dicendorum. — Tex. 44.
Quot sint vtriusque generis rerumpublicarum suprà expositi species. — Tex. 45.
Quæ sit vnaquaque earum specierum: explicatis vniuscuiusque nomine, & definitione. — Tex. 46.

Argumentum Textus XLIV.

a.b.d.e. e. f. [a] *Dicenda deinceps proponuntur* [c] *cum eorũ ordine,* [f] *& causa ordinis.*

[a] His autem distinctis, & definitis, [b] consequens est, ut respublicas consyderemus, [c] quot numero sint, [d] & quæ; [e] & primùm rectas ipsarum. [f] etenim his explicatis digressiones erunt manifestæ. Tex. 44.

[a] Διωρισμένων δὲ τούτων· [b] ἐχόμενόν ἐστι τὰς πολιτείας ἐπισκέψασθαι, [c] πόσαι τὸν ἀριθμόν, [d] καὶ τίνες εἰσί· [e] καὶ πρῶτον τὰς ὀρθὰς αὐτῶν. [f] καὶ γὰρ αἱ παρεκβάσεις ἔσονται φανεραί, τούτων διορισθεισῶν.

EXPLANATIO.

[a] Distribvtis rebuspublicis in duo genera, in rectũ, & in declinãs à recto: [b] quot, & quæ sint vtriusque generis formæ, dehinc videndum est; & [e] primum recti. [f] Causa, cur primum recti: quòd rectis formis explicatis, statim, quæ ab illis digrediuntur, erunt manifestæ. † Ex recto enim obliquum, & ex habitu priuatio cognoscitur, tex. 185. primi de Anima. § *Locus à genere.* § a. b.c.d. e. f. †

Argumentum Textus XLV.

Quot sint vtriusque generis rerumpublicarum suprà expositi species. [d] *Ternas esse; quæ ab vno; quæ à paucis; quæ à multis reguntur.* d.e.f.g. [a] *Causa, & fundamentum huius diuisionis in essentia, & apice essentiæ reipublicæ residet, hoc est* ἐν τῷ πολιτεύματι *(regimen ciuitatis latinè dicimus) ac tandem in eo, quod in ciuitate summam potestatem habet:* [c] *quod quidem tribus modis variatur; aut vnum enim, aut paucos, aut multos in qualibet ciuili societate imperium habere, seu communis, seu propria imperantium vtilitas spectetur, ex vi partim primi principij demonstratiui, partim societatis, necesse est: & quot modis essentia, vel pars summa essentiæ vniuscuiusque rei variatur; tot eiusdem rei species esse oportet.* a.b. c.

Tex. 45. [a] Quoniam autem respublica quidem, & regimen ciuitatis idem significant; [b] regimen autem ciuitatis est id, quod summam in ciuitatibus potestatem habet; [c] necesse est aũt esse id, quod summam potestatem habet, aut vnum, aut paucos, aut multos: [d] quando vnus quidem, aut pauci, aut multi ad communem vtilitatem imperant; [e] has certè rectas respublicas esse necesse est: [f] eas verò, quæ ad propriam aut vnius, aut paucorum, aut multitudinis: [g] esse digressiones. [h] nam aut eos, qui participes sunt, dicendum est ciues non esse: [i] aut communicari cum ijs vtilitatem oportet. h.i.

Ἐπεὶ

[a] Ἐπεὶ δὲ πολιτεία μὲν καὶ πολίτευμα σημαίνει ταὐτόν· [b] πολίτευμα δ' ἐστὶ τὸ κύριον τῶν πόλεων· [c] ἀνάγκη δ' εἶναι κύριον ἢ ἕνα, ἢ ὀλίγους, ἢ τοὺς πολλούς; [d] ὅταν μὲν ὁ εἷς, ἢ οἱ ὀλίγοι, ἢ οἱ πολλοὶ πρὸς τὸ κοινὸν συμφέρον ἄρχωσι· [e] ταύτας μὲν ὀρθὰς ἀναγκαῖον εἶναι τὰς πολιτείας: [f] τὰς δὲ πρὸς τὸ ἴδιον ἢ τοῦ ἑνός, ἢ τῶν ὀλίγων, ἢ τοῦ πλήθους· παρεκβάσεις· [h] ἢ γὰρ οὐ πολίτας φατέον εἶναι τοὺς μετέχοντας: [i] ἢ δεῖ κοινωνεῖν τοῦ συμφέροντος.

EXPLANATIO.

c. [c] In ciuitate necesse est summam potestatem habere, & imperare vel vnum hominem, vel paucos, vel multos: † quoniam enim ciuitas societas est; necesse est, ex tex. 46. & sequen. primi libri, esse in ea imperans, & parens: & quoniam est societas hominum; necesse est hominem in ea imperare: ex primo autem principio demonstratiuo necesse est imperare in ea aut vnum hominem, aut plures uno; &, si plures vno, aut paucos, aut multos, idest aut minorem, aut maiorem partem hominum talis societatis. Porrho [b] id, quod in ciuitate imperat, & summam potestatem habet in ea, est τὸ πολίτευμα, regimen ciuitatis. Et [a] regimen ciuitatis respublica est, vel altissima pars reipublicæ. Ergo [d] tres sunt species rerumpublicarum recti generis: si vnus; si pauci; si multi ad bonum commune imperent. [f] iterum & tres generis declinantis eodem modo: quando ad commodum proprium vel vnus, vel pauci, vel multi gubernationem instituunt. [h] quæ posterior theorematis pars, de tribus speciebus generis declinantis, rursus confirmatur argumento ab oppositis.

Firmamentum, & cōprobatio theorem. huius loci.

Theorema huius loci, de tribus speciebus recti generis rerūpublicarum, totidemq; declinantis.

Altera confirmatio secunda partis theorematis huius loci.

SCHOLIA.

a.b. Respublica, & regimen ciuitatis, &c. regimen autem ciuitatis est id, quod summam, &c. *Scripta sunt hæc eadem suprà in tex. 39. & ibi, quomodo vera essent, à nobis est declaratum.*

d. & inde. Quando vnus quidem, aut pauci, &c. *Antiquissimam esse, & omni seculo commendatam, hanc diuisionem rerumpublicarū rectarum, declinātiumq; in monarchiam, paucorum quorundam principatū, dominatum multitudinis, testes sunt amplissimi Herodotus in Thalia; Xenophon in rerū Græcarum libro secundo; Polybius in sexto suæ historiæ; Dionysius Halicarnasseus in Romanarum antiquitatum secundo, & quarto; Dion. in quinquagesimo secundo Romanæ historiæ; Plato, & Philosophus noster multis in locis; denique; materiæ ciuilis scriptores omnes, omnes instituti. Esse autem veram, non solum ratio à primo principio demonstratiuo proficiscens, sed etiam, & clarius vsus rerum ostendit. passim nanque & in præteritorum temporum historiis, & in nostræ ætatis ciuitatibus omnes has formas rerumpublicarum reperies; nusquam alias. Citatur verò hic locus, de diuisione rectarum, aberrantiumq;* Cap. 2. *rerumpublicarum in ternas species, infrà in principio libri quarti.*

Diuisio rerum publicarū omnium in monarchias, paucorum status, dominationes multitudinis, antiquissima maximè commendata, & vera.

h. Participes: *Subaud.* { ciuitatis } *idest alij omnes, qui vnà cum imperantibus, quorum vtilitas quæritur, eandem incolunt ciuitatem. Nonnulli subaudiunt* { reipublicæ. } *Quod si subaudias: τοὺς μετέχοντας τοὺς μετέχειν δυναμένους exponere debebis: hoc est pro iis, qui participes sunt, eos, qui participes esse possunt, intelligere.*

Cuius rei participes: duplex interpretatio.

h.i. Nam aut eos, qui participes sunt, ciues non esse, &c. *Dixerat declinationes à*

Formæ rerumpublicarum solam imperā-

tium vtilitatem spectantes declinationes sunt, non respublicæ.

nes à rebuspublicis esse potiùs, quàm respublicas, formas eas, quæ solam imperantium vtilitatem spectarent. Hoc probauit suprà in tex. 43. per locum à materia proxima. nunc rursus confirmat argumento ab oppositis. nam si rectæ respublicæ illæ essent, non declinationes, & aberrationes à rectis: certè aliorum omnium, præter imperantes, & magistratus, qui in ciuitatibus eiusmodi rerumpublicarum viuerent, essentq; earundem ciuitatum cum imperantibus hac ratione participes; aut, si pro ciuitate rempublicam subaudias, possent esse earum rerumpublicarum participes: istorum inquam omnium, qui aut ciuitatis essent, aut respublicæ possent esse participes, nemo esset ciuis, vocariue ciuis deberet; quia nō esset cōpos publicæ vtilitatis, hoc est quia non euaderet reipsa vnquam reipublicæ particeps: vel si esse omnino ciues eos contendas; iam communicari cum ipsis publicam utilitatem, & rempublicam oporteret, præsertim quòd rectarum rerumpublicarum ciues ponerentur. Vtraque pars consequentiæ euidens ex secundo, & quarto capite huius libri: ex quibus apparuit, ciues non esse, ac minimè quidem rectarum rerumpublicarum, qui publicæ potestatis, vtilitatisq; non essent compotes. Primum consequens rectis rebuspublicis aduersatur: in quibus perpetuum hoc est, vt tam parentes, quàm imperantes, in quæ duo genera, tanquam in duas summas partes; ciuitas, & populus diuiditur, sint ciues, hoc est possint esse respublicæ, & honorum, commodorumq; publicorum compotes, dum præditi sint uirtute. Secundum consequens repugnat hypothesi statuenti tales respublicas solam imperantium vtilitatem spectare.

Argumentum Textus XLVI.

Quæ sit vnaquæque sex specierum reipublicæ proximè expositarum: explicatis vniuscuiusque nomine, & definitione.

Tex. 46. [a]Vocare autem consueuimus è monarchijs quidem, idest è principatibus, in quibus vnus solus imperat, eum, qui ad communem spectat vtilitatem, Regnum; [b] principatum autem paucorum, sed plurium vno, Aristocratiam, hoc est optimatium potestatem, [c] vel quia imperant optimi, [d] vel quia ad id, quod optimum est ciuitati, ijsque, quibus ipsa communicatur, refertur imperium: [e] quando autem multitudo ad vtilitatem communem ciuitatem administrat; vocatur communi nomine omnium rerumpublicarum Respublica. [f] Euenit autem hoc optimâ ratione. [g] nam vt vnus quidem, aut pauci virtute excellant, fieri potest: [h] vt verò plures vniuersa virtute sint perfectè instructi; iam est difficile: [i] sed maximè bellicâ. [k] hæc enim in multitudine gignitur. [l] quamobrem in hac republica pars ciuitatis propugnatrix summā potestatem habet: [m] ipsiusq; participes sunt, qui arma tenent. [n] Digressiones autē ab ijs, quæ dictæ sunt: à regno quidem est tyrannis; [o] paucorum autem principatus à potestate optimatum: [p] &

status po-

ſtatus populi à republica. [c] nam tyrannis quidem monarchia eſt, ideſt principatus vnius, ad eius, qui ſolus imperat, vtilitatem tendens. [r] principatus autem paucorum, græcè oligarchia, ad diuitum: [s] & ſtatus populi, ideſt democratia, ad inopum vtilitatem ſpectat: [u] ad id autem, quod publicè prodeſt, nulla ipſarum.

[a] καλεῖν δ' εἰώθαμεν τῶν μὲν μοναρχιῶν τὴν πρὸς τὸ κοινὸν ἀποβλέπουσαν συμφέρον βασιλείαν: [b] τὴν δὲ τῶν ὀλίγων μὲν, πλειόνων δ' ἑνὸς, ἀριστοκρατίαν. [c] ἢ διὰ τὸ τοὺς ἀρίστους ἄρχειν. [d] ἢ διὰ τὸ πρὸς τὸ ἄριστον τῇ πόλει, καὶ τοῖς κοινωνοῦσιν αὐτῆς. [e] ὅταν δὲ τὸ πλῆθος πρὸς τὸ κοινὸν πολιτεύηται συμφέρον, καλεῖται τὸ κοινὸν ὄνομα πασῶν τῶν πολιτειῶν, πολιτεία. [f] συμβαίνει δ' εὐλόγως. [g] ἕνα μὲν γὰρ διαφέρειν κατ' ἀρετὴν, ἢ ὀλίγους, ἐνδέχεται: [h] πλείους δ' ἤδη χαλεπὸν ἠκριβῶσθαι πρὸς πᾶσαν ἀρετήν. [i] ἀλλὰ μάλιστα τὴν πολεμικήν. [k] αὕτη γὰρ ἐν πλήθει γίγνεται. [l] διόπερ κατὰ ταύτην τὴν πολιτείαν κυριώτατον τὸ προπολεμοῦν. [m] καὶ μετέχουσιν αὐτῆς οἱ κεκτημένοι τὰ ὅπλα. [n] παρεκβάσεις δὲ τῶν εἰρημένων, [o] τυραννὶς μὲν βασιλείας: [p] ὀλιγαρχία δὲ ἀριστοκρατείας: [q] δημοκρατία δὲ πολιτείας. [r] ἡ μὲν γὰρ τυραννίς ἐστι μοναρχία πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τοῦ μοναρχοῦντος. [s] ἡ δ' ὀλιγαρχία πρὸς τὸ τῶν εὐπόρων: [t] ἡ δὲ δημοκρατία πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τῶν ἀπόρων. [u] πρὸς δὲ τὸ τῷ κοινῷ λυσιτελοῦν οὐδεμία αὐτῶν.

EXPLANATIO.

a.b.c. [a] Tres ſpecies rectarum rerumpublicarum his nominibus nuncupantur: Regnum, Ariſtocratia, ideſt Optimatum poteſtas: Reſpublica. *Nomina ſex ſpecierū reipublicæ, trium recti generis, triū aberrantis.*
n.ad u. [n] Tres digreſſionum, & à rectis aberrationum his alijs: [o] Tyrannis; quæ eſt
o. à regno digreſſo: [p] Oligarchia, ideſt paucorum potentum dominatio;
p. quæ à poteſtate optimatium: [q] Democratia, ideſt ſtatus populi; quæ à re-
q. publica. [c] Ariſtocratia, optimatium poteſtas, vel ex eo nominata eſt,
c. quòd in ipſa optimi viri imperent: [d] uel ex eo, quòd ad id, quod optimum
d. eſt ciuitati, omnibusque, qui ciuitatis participes ſunt, eamque inhabitant, in imperando ſpectetur. *Nominis, Ariſtocratiæ, etymologia duæ.*
† † hoc etymon, κατ' ἐξοχὴν, eſt magis ex fauore populi: commune eſt enim omnium rectarum rerumpublicarum, vt ad bonum commune totius ciuitatis tendant. illud eſt magis ex proprietate, & acribologia philoſophica: nam proprium perfectæ ariſtocratiæ eſt, ab optimis viris, qui non plures, ſed pauci ſunt, regi ciuitatem.
e. [e] Reſpublica, tertia forma rerumpublicarum rectarum, nomen generis, hoc eſt commune rerumpublicarum omnium, obtinuit: proptereaquòd *Reſpublica propriè appellata nomen commune obtinuit.*
ex f.g.h. magiſtratuum, ſummæque poteſtatis populus in ea ſit compos: [f] quaſi ciuitatis adminiſtratione, & imperio cum omnibus eius habitatoribus, aut cum maiori eorum parte communicato; nō cum ſolis optimis. repugnat enim, in qua ciuitate multitudo imperat, in ea ſolos optimos imperare.
g. [g] ſiquidem optimi, hoc eſt virtute excellentes, & omnibus partibus virtu
h. tis, in quo optimum conſiſtit, egregiè inſtructi; [h] vt multi ſint in vna ci-
g. uitate, fieri vix, aut ne vix quidem poteſt: [g] vt vnus, aut pauci, tametſi
i. rarò, fortè poteſt. [i] Obijces, virtute bellica præſtare alicubi, & aliquando
† multitudinem, vt Romæ, & Spartæ olim. Reſpondebo primùm, † non eſſe bellicam appellatarum propriè virtutum, ex quibus optimi nomi-
i.k. nantur, vllam. deinde, quanuis iſtud concederetur; [l] magis quidem,

quàm

quam alias, hanc virtutem dicam existere in aliqua multitudine; † non tamen cũctos talis multitudinis viros pariter, & perfectè eâ esse præditos, sed alios alijs magis, & minus: in paucis omnino, qui optimi bellatores, & imperatores ab ea appellantur, conspici absolutam omnibus numeris. Verum enimuerò [l] quoniam hæc virtus præ cæteris in multitudinem cadit: [c] estq; penes multitudinẽ in tertia forma rectæ reipublicæ, cõmune nomen habente, arbitriũ ciuitatis: [l] hinc est, quòd in hac tertia rectæ reipublicæ forma plerunque summam potestatem, arbitriumque ciuitatis habet pars eius bellatrix; & omnibus, qui arma tenent, ad ipsam administrandam patet aditus. Definitiones trium rectarum reipublicæ formarum. [a] Regnum respublica est, quæ vnius principatu regitur, ad communem spectans vtilitatem. [b] Aristocratia, idest optimatium status, est respublica, quæ à paucis, pluribus tamen vno regitur, ad id, quod optimum est ciuitati, idest ad communem vtilitatem similiter spectans. [e] Respublica, propriè communi nomine appellata, est respublica, in qua à multitudine communem vtilitatem spectante ciuitas administratur. [n] Definitiones trium digressionum, & aberrationum à rectis rebuspublicis. [o] Tyrannis per digressionem à regno est vnius principatus ad propriam eius ipsius vnius, qui imperat, vtilitatem spectans. [p] Oligarchia, idest dominatus paucorum, per digressionem à statu optimatium est paucorum principatus ad solam diuitum vtilitatem spectans. [q] Democratia, idest status populi, per digressionem à propriè vocata republica, est populi principatus ad solam egentium vtilitatem spectans. Ex his specierum definitionibus, adiunctâ regulâ definitionum tradendarum, in secundo Posteriori analytico explicatâ, liquet probè definita duo genera antè fuisse in tex. 43. & 45. [a] Rectas respublicas eas esse, quæ communem vtilitatem spectant, & per communem proprias singulorum, quæ quidem à communi manant: [r] esse digressiones à rectis eas, quę spectant solam imperantium, nunquam communem, nisi ad eam, quæ imperantium est, referatur.

In republica propriè appellata plerunque summam potestatem habet pars eius bellatrix.

Definitiones sex specierum, reipublicæ trium recti generis, trium aberrantis.

Corollarium de rectis duorum reipublicæ generum, recti, aberrantisq; definitionibus suprà traditis.

SCHOLIA.

Vel quia imperant optimi. *Optima respublica ea est, quæ ab optimis administratur, infrà in tex. 139.*

Vt vnus quidem, aut pauci virtute excellant, fieri potest. *Si de vniuersa, & omnibus numeris absoluta virtute hoc accipias, quæ sola veri perfectiq; regni, sola veræ perfectæq; aristocratiæ est fundamentum, vti ex sequentibus disputationibus perspicuum euadet; fieri id vix, & rarò admodum potest: si de media, & communi, vnde pendent aristocratia, regnaq; mixta, ac diminuta, imò notha, quæ alterius generis, & aberrationes quędam sint, sæpius vsuuenit. Loqui autem Philosophum de perfecta, & vniuersa virtute, deq; aristocratia, regnoq; veris, & perfectis, indicant verba sequentia, πλείους δ' ἤδη χαλεπὸν ἠκριβῶσθαι πρὸς πᾶσαν ἀρετήν. At quam virtutem perfectam, & vniuersam, quam mediam, & communem vocem, infrà declarabo.*

Virtus alia vniuersa, omnibusque numeris absoluta: alia media, & communis: & de qua specie Philosophus hic loquatur.

Sed maximè bellicâ. *Si qua virtute perfectè instructi esse possunt multi in vna ciuitate: hæc bellica potissimum erit, quæ sola cadit in multitudinem.*

Supplementum, & expositio verborum.

In hac republica pars ciuitatis, &c. *Simile infrà in tex. 136. Vide pro his ea, quæ*

Cap. 13. *ea, quæ ſcribuntur ſub exitu quartæ diſputationis libri quarti.*

62. Oligarchia ad diuitum, Democratia ad inopum vtilitatem ſpectat. *Diuites pauci, inopes multi in ciuitatibus. quare idem eſt paucos imperantes ad diuitum, & ad ſuam ipſorum vtilitatem ſpectare: idem imperantem plebem ſpectare ad ſuam, & ad inopum vtilitatem. Infrà autem in cap. 9. quæretur, ſi pauci inopes, multi diuites fortè fortuna in aliqua ciuitate reperirentur, alterutris imperantibus, vtrum appellari deberet oligarchia, an democratia ſtatus eius ciuitatis: concluderurq́; tandem diuitias, & paupertatem eſſe proprias differentias, quibus oligarchia, & democratia inter ſe diſtinguantur: paucitatem, & multitudinem imperantium eſſe accidentia penè ſemper illas comitantia. de qua re ibi.* Dubitationis naſcentis ſolutio. Veræ differentiæ oligarchiam, democratiamq́; conſtituẽtes, & alteram ab altera ſeparantes.

* [Series añ tex. 38.]

Meditationes tres

Diſputatio Tertia.

Tres meditationes de quibuſdam quaſi principijs rerumpublicarum formalibus; ad earum diſtributiones duas, ſexq́ue ſpecies, & rationes, differentiasq́ ſpecierum, in duobus ſuperioribus capitibus propoſitas, atque ad multa alia, quæ in his libris dicentur, illuſtranda, explicanda, confirmanda. Capita octo, ab octauo ad decimumſextum. Textus quinquagintaquinque, à 47. ad 102.

- *Propoſitio deinceps dicendorum, & Cauſa.* — *Cap. VIII. tex. 47.*
- *Meditatio prima de proprijs differentijs, quibus principatus paucorũ, & ſtatus populi diſtinguuntur inter ſe, ac definiuntur.* *Cap. IX. tex. 48.*
- *Meditatio ſecunda de duobus iuſtis, vno principatus paucorum, altero ſtatus populi; quibus vtrique de dominatu ciuitatis inter ſe, aduerſuſque veritatem contendunt; & tertio probæ reipublica, quod cum illis comparatur* — *Cap. X. tex. 53.*
- *Meditatio tertia de ſummo imperio, ſeu ſumma poteſtate, aut dominatu ciuitatis iure optimo vendicando, & tradendo. Capita quinque, ab vndecimo, ad decimum ſextum.* — *Cap. XI. tex. 65.*

CAPVT OCTAVVM. TEXTVS XLVII.

Argumentum Textus XLVII.

Propoſitio deinceps dicendorum cum Cauſa.

[a] Oportet autem parumper longiori ſermone, quæ ſit vnaquæque harum rerumpublicarum, exponere. [b] etenim habet hoc quaſdam dubitationes: [c] eius autem, qui in vnaquaque inſtitutione, quæ à ratione ſuſcipitur, philoſophatur; [d] neque ad agendum ſolùm reſpicit; [e] proprium eſt non negligere, [f] nec derelinquere quidquam; [g] ſed aperire eam, quæ in quaque re eſt, veritatem. Tex. 47.

[a] Δεῖ δὲ μικρὸν διὰ μακροτέρων εἰπεῖν, τίς ἑκάστη τούτων τῶν πολιτειῶν ἐστι. [b] καὶ γὰρ ἔχει τινὰς ἀπορίας. [c] τῷ δὲ περὶ ἑκάστην μέθοδον φιλοσοφοῦντι, [d] καὶ μὴ μόνον ἀποβλέποντι πρὸς τὸ πράττειν, οἰκεῖόν ἐστι τὸ μὴ παρορᾶν, [f] μηδέ τι καταλείπειν, [g] ἀλλὰ δηλοῦν τὴν περὶ ἕκαστον ἀλήθειαν.

Var. Lect. Δεῖ δὲ μικρὸν. *Sic Aldin. Isingr. & Vet. interp. In quibusdam libris, quos Lambinus, Victorius, Aretinus, & alij sequuntur, legitur* δεῖ δὲ μικρῷ. a

EXPLANATIO.

Quæ deinceps tradẽda sint.

Modus proprius commentandi de vnaquaque re philosophorũ contemplantium quis, & quis agentium.

Propositio. [a] Ea, quæ hactenus de generibus, speciebusque rerumpublicarum pressè sunt tradita, paulo vberiùs deinceps explicanda sunt, [b] eximendo dubitationes de ipsis nascentes. [c] Causa, ex proprio modo commentandi philosophorum contemplantium, quo ab agentibus distinguuntur. [d] His nanque in consectandis, agendisque bonis satis est, si summam rei, scopumque cum instrumentis, & vijs, quæ ad ipsum ducunt, vel ab ipso auertunt, teneant; cætera despiciunt: nonnunquã etiam dissimulant veritatem, & mendacium admittunt, vt consulant ijs, quorum curam gerunt: quod quatenus sit faciendum, docet Plato in tertio de Republica. At [c] contemplantes, † quibus pro fine veritas proposita est, [e] in cuiusque rei commentatione, ordinem, & rationem habente, omnia perscrutantur: [e] nihil vsquam negligunt, [f] aut omittunt, [g] quod ad illam patefaciendam aliquam afferat vtilitatem. nos autem nunc sumus de numero contemplantium.

a. b. c. per totum. c. d. Num. 10. c. † c. e. f. g.

SCHOLIA.

Verbo negligendi & derelinquendi.

Non negligere, nec derelinquere. *Simile est ei, quod Cicero in iij. Officiorum scribit:* § qui negant eum locum à Panætio prętermissum, sed consultò relictum. § *nam qui negligit, prætermittit: qui consultò omittit, derelinquit.* e. f.

* [Sedes ad tex. 47.]

Meditatio prima

CAPVT NONVM.

Meditatio prima de proprijs differentijs, quibus principatus paucorum, grecè oligarchia, & status popularis, democratia grecè, distinguuntur inter se, ac definiuntur. Eas differentias esse Diuitias, & Paupertatem; non Multitudinem, & paucitatem imperantium: quæ quidem Paucitas, & Multitudo non veræ differentiæ, sed verarum differentiarum sint accidentia penè perpetua. Textus quinque, à 48. ad 53.

- *Veræ differentię, quibus distinctę inter se, definitęque tres species aberrantium rerumpublicarum fuerunt, repetuntur: vnde initium disputationis in hoc capite habenda.* — Tex. 48.
- *Dubitatio aduersus veras, quibus illę distinctę inter se, definitęque fuerunt, oligarchię, democratięque differentias.* — Tex. 49.
- *Dissolutio propositę dubitationis*
  - *Inutilis.* — Tex. 50.
  - *Vera* — Tex. 51.
- *Appendix, ad sequentem dubitationem viam aperiens.* — Tex. 52.

Vera

Argumentum Textus XLVIII.

Veræ differentiæ, quibus in extremo textu 46. distinctæ inter se, definitęq; fuerunt tres species lapsarum rerumpublicarum, repetuntur: unde initium meditationis in hoc capite habendæ.

[a] Est autem tyrannis quidem monarchia, ideſt principatus vnius dominicus in ciuilem ſocietatem: [b] oligarchia autem, ideſt principatus paucorum eſt, quom ſummam in republica poteſtatem locupletes habent: [c] democratia verò, ideſt populi ſtatus, contrà, quom non locupletes, ſed inopes. Tex.48.

[a] Ἔστι δὲ τυραννὶς μὲν μοναρχία, καθάπερ εἴρηται, δεσποτικὴ τῆς πολιτικῆς κοινωνίας: [b] ὀλιγαρχία δ' ὅταν ὦσι κύριοι τῆς πολιτείας οἱ τὰς οὐσίας ἔχοντες. [c] δημοκρατία δὲ τοὐναντίον, ὅταν οἱ μὴ κεκτημένοι πλῆθος οὐσίας, ἀλλ' ἄποροι.

EXPLANATIO.

a. b. [a] Tyrannidem eſſe vnius tantùm hominis; [b] oligarchiam diuitum; Trium lapſarũ rerũpublicarum definitiones, & propriæ notæ, quibus inter ſe diſtinguuntur.
c. [c] democratiam pauperum in ciuilem ſocietatem dominicum imperium; poſitum eſt paulo antè in tex. 46.

SCHOLIA.

a. Dominicus. *Quoniam ciuibus, tanquam ſeruis, vtitur, vt ſuprà annotauimus.* Tyrannis cur dominicus principatus.
b. In republica. *Impropriè, & ex translatione. iſtæ enim formæ non reſpublicæ, ſed declinationes à rebuſpublicis ſunt, vt dictum eſt ſuprà.* Reipublicæ vocabulũ hic impropriè.

Argumentum Textus XLIX.

a.c. [a] *Dubitatio aduerſus veras, quibus illæ diſtinctæ inter ſe, definitæque fuerunt, oligarchiæ, & democratiæ differentias* [b] *proponitur.*
b.d.f.

[a] Prima autem dubitatio aduerſus definitionem eſt. [b] Nam ſi plures, qui ſint locupletes, ſummam ciuitatis poteſtatem habeant; [c] eſt autem democratia, ideſt ſtatus populi, quom ſummam poteſtatem habet multitudo: [d] ſimiliter verò contrà, ſicubi etiam eueniat, vt inopes pauciores quidem ſint locupletibus, ſed, potentiores quum ſint, ſummam reipublicæ teneant; [e] aiunt verò oligarchiam, ideſt principatum paucorum, eſſe, vbi exigua multitudo ſummam habet poteſtatem: [f] profectò non bene definitæ reſpublicæ viderentur. Tex.49.

[a] Πρώτη δ' ἀπορία πρὸς τὸν διορισμόν ἐστιν. [b] εἰ γὰρ εἶεν οἱ πλείους, ὄντες εὔποροι, κύριοι τῆς πόλεως· [c] δημοκρατία δ' ἐστὶν, ὅταν ᾖ κύριον τὸ πλῆθος: [d] ὁμοίως δὲ πάλιν, ἄν εἴπου συμβαίνῃ τοὺς ἀπόρους ἐλάττους μὲν εἶναι τῶν εὐπόρων, κρείττους δ' ὄντας, κυρίους εἶναι τῆς πολιτείας· [e] ὅπου δ' ὀλίγον κύριον πλῆθος, ὀλιγαρχίαν εἶναι φασίν: [f] οὐκ ἂν καλῶς δόξειεν διωρίσθαι περὶ τῶν πολιτειῶν.

d. Συμβαίνῃ. *Ad oram lib. Caſaubon. ſcriptum eſt* συμβαίη.

EXPLANATIO.

[b] Si in aliqua ciuitate plures diuites forent, pauciores inopes; [c] quandoquidem ex vi vocabulorum, & [e] communi sententia democratia, hoc est status populi, est, quom multi; oligarchia, hoc est paucorum est status, quom pauci regunt ciuitatem: [f] profectò nec, diuitibus illis rempublicam tenentibus, oligarchia; nec, tenentibus hisce pauperibus, democratia esset eius ciuitatis status. [f] hæc autem ijs, quæ de veris differentijs, definitionibusque oligarchiæ, & democratiæ constituta sunt, repugnant. b.d. c.e. e.aiunt. ex f. f.

SCHOLIA.

Repetet philosophus hanc dubitationem, & solutionem eius in lib. 4.

Prima autem dubitatio aduersus, &c. *Hanc eandem dubitationem, quam mouet hic, solutionemq́; eius, quam in tex. 55. est allaturus, repetet Philosophus in libro quarto sub initium secundæ disputationis.* a.

Definitiones, & discrimina vera oligarchiæ & democratiæ.

Aduersus definitionem. *Aduersus vtriusque, cùm oligarchiæ, tum democratiæ definitionem, & discrimen, quo ille inter se distincta, definiteq́; sunt: nempe quòd oligarchia sit, vbi locupletes; democratia, vbi pauperes dominantur.*

Locupletes esse minorem ciuium partem, minorem pauperes, rarum.

Si plures, qui sint locupletes, &c. Sicubi etiam eueniat, &c. *Rarum hoc inuentu, & admirandum, maiorem partem alicuius ciuitatis locupletes esse, minorem pauperes: vt scribitur in libro quarto, Colophone olim à plerisq; magnas facultates possessas. locupletes enim non sunt, & diuitiarum pleni, si in multos res ciuitatis diuidantur: quippe quum sint, & appellentur locupletes y duntaxat, quorum singulorum fortuna multorum aliorum simul æquant fortunas. At Philosophus non hac instantia refutare nunc vult aduersarios, sed depulsione: de qua infrà.* b. Cap. 4. in tex. & cō. 51.

Duo argumenta dubitationem hanc confirmantia.

Aiunt. *Hoc est alterum duorum argumentorum dubitationem confirmantium, ductum à testimonio, hoc est à communi consensu. quia plerique omnes oligarchiam esse dicant, vbi pauci dominantur; & vbi multitudo, pariter esse democratiam. Alterum argumentum ducitur ab etymis nominum oligarchiæ, & democratiæ, indicatum illis verbis,* § est autem democratia, &c. § *atque his,* § oligarchiam, idest principatum paucorum esse, &c. § e.

Argumentum Textus L.

Dubitationes proximè propositæ inutilis dissolutio exponitur: atque argumento ad maius absurdum, quàm sit id, quod declinatur, ducente refellitur.

Tex. 50.

[a] At verò si quis etiam, cum opulentia quidem paucitatem, cum inopia verò multitudinem coniungens, [b] has respublicas sic appellaret; [c] oligarchiam quidem, hoc est principatum paucorum, eam, in qua locupletes, qui sint pauci numero; [d] democratiam autem, idest statum populi, eam, in qua inopes, qui sint numero multi, magistratus, & imperia tenent: [e] aliam habet difficultatem. [f] quas enim dicemus expositas modò respublicas, [g] eam, in qua plures locupletes; [h] & eam, in qua pauciores inopes, [i] summam autem vtrique in sua republica auctoritatem obtinentes: [k] siquidem nulla alia præter eas, quas diximus, respublica est?

Ἀλλ᾽ἀμφὶν

[a] Ἀλλὰ μὴν πάντες, συμβαίνει τῷ μὲν εὐπορίᾳ τὴν ὀλιγότητα, τῷ δ' ἀπορίᾳ τὸ πλῆθος, [b] οὕτω προσαγορεύουσι τὰς πολιτείας· [c] ὀλιγαρχίαν μὲν, ἐν ᾗ τὰς ἀρχὰς ἔχουσιν οἱ εὔποροι, ὀλίγοι τὸ πλῆθος ὄντες· [d] δημοκρατίαν δὲ, ἐν ᾗ ἄποροι, πολλοὶ τὸ πλῆθος ὄντες: [e] ἄλλην ἀπορίαν ἔχει. [f] τίνας γὰρ ἐροῦμεν τὰς ἄρτι λεχθείσας πολιτείας· [g] τὴν, ἐν ᾗ πλείους εὔποροι [h] καὶ ἐν ᾗ ἐλάττους οἱ ἄποροι, [i] κύριοι δ' ἑκάτεροι τῶν πολιτειῶν: [k] εἴπερ μηδεμία ἄλλη πολιτεία παρὰ τὰς εἰρημένας ἐστίν.

EXPLANATIO.

a. a etiam. a. b. c. d. e. k. f. h.i. g.i. K. siquidem. d. e. — In capite septimo tex. 45. & 46.

[a] Si quis [a] declinari propositam dubitationem putet, [a] iungendo diuitijs paucitatem hominum, multitudinem inopiæ, [b] duasque illas rerumpublicarum formas ita distinguendo, ac definiendo: [c] Esse oligarchiam, vbi locupletes, ijdemque pauci numero: [d] esse democratiam, vbi inopes, & multi summam potestatem habeant, gerantque maximos magistratus: [e] ne ille inane effugium quærit, in longè maiorem incidens difficultatem. § *Locus à repugnantibus.* § Quippe [k] sex tantùm esse rerumpublicarum simplicium formas, tres rectarum, tres aberrantium, nullamque aliam omnino tum ex historijs, & vsu rerum, tum ex ijs, quæ antè explicata sunt, constat. [f] ad quas igitur reuocabuntur, quibusúe nominibus appellari debebunt hæ duæ, quas superior textus proponebat, [h] quom pauci inopes, [g] & quom multi locupletes in ciuitate dominantur: [k] si non sunt aliquæ ex illis sex, propterea quòd [d] democratia inopiâ, & multitudine imperantium, [e] oligarchia paucitate, & diuitijs definiatur. § *Locus à partibus.* §

Iungentes cum diuitijs hominum paucitatem, cum paupertate multitudinem, vt propositam dubitationem declinent, in maiorem incidunt difficultatem.

SCHOLIA.

e. & inde.

Aliam habet difficultatem: quas enim dicemus, &c. *Delabuntur in hanc difficultatem ij, qui diuitias, & paucitatem imperantium oligarchiæ; inopiam, & multitudinem democratiæ quasi binas essentiales differentias statuunt: nos nō item, quibus sola inopia democratiæ, sola opulentia oligarchiæ est differentia essentialis: paucitas autem, & multitudo accidentia sunt penè perpetua. At si hoc quidem dicimus, quo pacto expositam vitamus difficultatem? idest quo pacto firmum erit id, quod in tex. 45. & 46. de specierum lapsæ reipublicæ numero constitutum fuit: tres eas esse, propterea quòd necessariò, ex vi primi principij demonstratiui, societatisque proprietate, aut vnus, aut pauci, aut multi ad suam propriam vtilitatem in ciuitate dominentur? Nempe veras statui oligarchiæ, democratiæque, quibus inter se distinguantur, differentias, non paucitatem imperantium, & multitudinem, sed diuitias, & inopiam, partitionem illam rerumpublicarum lapsarum in tres species minimè infirmat. Quanquam enim alicubi pauci, alicubi multi tum pauperes, tum locupletes summum in ciuitatem imperium haberent; quod quidem vix est concedendum, quum cernamus vbique paucos diuites, pauperes multos esse: nihilominus tres tantùm lapsarum rerumpublicarum species forent, non plures, nec pauciores. quom vnus solus ad suam propriam vtilitatem imperaret; quom plures vno inopes; & quom plures vno opulenti, seu pauci, seu plures vtrique essent. Sed cur potius opulentiâ, & inopia, quàm paucitate, & multitudine imperantium democratiā, oligarchiamque contra etymologias vocabulorum, vulgaremque hominum*

De veris differentijs oligarchiæ, & democratiæ, sintne paucitas & multitudo imperātium, an diuitiæ, & paupertas, an vtræque coniugatæ.

Qui vtrasque dicunt, in expositam incidūt difficultatem, non qui diuitias, & inopiam.

Cur potiùs diuitijs, & paupertate; quàm paucitate, & multitu-

dine imperantium, definitæ, distinctæque inter se oligarchia, & democratia.

hominum opinionem distinguere voluit Philosophus? An quia multos esse, vel paucos, qui imperent, dũ non sit vnus solus (hoc enim alia ratione ex ui unitatis aduersus multitudinem maximam facit differentiam) mores hominum, & fundamenta republicę haudquaquam variat: variant inopia, & opulentia, vt clarum est ex secundo Rhetorico. Diuitum autem nomine patritios etiam, & nobiles; inopum plebeios, & ignobiles comprehendi puto. quæ videtur esse sententia Philosophi multis in locis, sed potissimùm in secunda disputatione libri quarti. plerunque enim diuitiæ, & nobilitas; item paupertas, & ignobilitas in ciuibus coniunguntur: tametsi in paucis quibusdam separentur. ex quo in eodem quarto libro, nobilitatem magis comitari locupletiores; esseq; nobilitatem antiquas diuitias, & virtutem, ipse est dicturus: & in sexto, oligarchiam genere, diuitijs, & institutione definiri. Sed quanquam nobilitas etiam per se sola aliquando oligarchiam facit; vt fecisse olim Apollonię, & Therę scribitur infrà in libro quarto: tamen vis maior, neruiq; firmiores ad potestates obtinendas in diuitijs sunt, quàm in paupertate. Hac fuit causa, cur propositá in textu 45. stabilitaq; diuisione illa lapsarum rerumpublicarum ex eo, quod ad suam propriam vtilitatem aut vnum, aut paucos, aut multos imperare oporteat; statim in 46. sequenti nomen paucorum in diuitum, multorum in pauperum commutarit: scribens, tyrannidem esse, vbi vnius tantùm; oligarchiam, vbi diuitum; democratiam, vbi inopum propria vtilitas quęritur. Idem dicendum de rectę reipublicę formis, publicam vtilitatem spectantibus: Regnum esse, si vnus tantùm, cunctos alios ciues virtute antecellens; esse aristocratiam, non si pauci, sed si optimi, & omns virtute pręstantes, quos omninò necesse est paucos esse; esse rempublicam propriè appellatam, si amantes virtutis, & virtute aliqua, bellica pręsertim, prędit, qui multi esse possunt, ciuitatẽ administrent.

Diuitum nomine patritij quoque, & nobiles comprehenduntur: pauperum, plebeij, & ignobiles.

In fine 4. cap.

Cap.4.

Cur positis diuitijs, & paupertate, quàm nobilitate, & ignobilitate definitæ, distinctæque inter se oligarchia, & democratia. Multorum, & paucorum, nomina vsurpata in tex 45. mutauit Phil. in 46. in diuitum & pauperum cur.

Cap.1.

Veræ notæ, & differẽtiæ essentiales, quibus rectarum rerumpublicarũ formæ tres inter se distinguuntur, & definiuntur.

Rerumpublicarum formæ simplices sex tantùm.

Nulla alia præter eas, quas diximus, respublica est. *Sex sunt tantùm formę rerumpublicarũ simplices, quę suprà sunt expositę. pręter eas tamen multę sunt mixtę, & ex ipsis composita duplici compositionis modo: de quibus infrà suo loco.* K.

Argumentum Textus LI.

Vera dissolutio dubitationis in tex. 49. propositæ, ex diuisione vocabuli multiplicis in Per se, & Per accidens.

Tex. 51.

[a] Videtur igitur [f] ratio planum facere, [b] paucos, aut multos summam habere potestatem esse accidens, [c] illud quidem dominatuum paucorum, [d] istud verò statuum populi; [e] propterea quòd locupletes pauci, multi inopes vbique sunt. [f] Quare neque accidit, vt, quæ dictæ sunt, sint causæ diuersitatis. [g] id autem, quo inter se differunt populique status, & dominatio paucorum, sunt paupertas, & diuitiæ. [h] Ac necesse quidem est, vbicunque propter diuitias imperio potiuntur siue pauciores, siue plures, hunc esse dominatum paucorum: [i] vbi autem inopes, esse populi statum [k] Sed accidit, quemadmodum diximus, vt illi quidem pauci sint, isti verò multi: [l] nam

a f Oratio hæc.

locupletes

locupletes quidem sunt pauci:[m] libertatis autem sunt omnes participes.

[a]Ἔοικε τοίνυν ὁ λόγος ποιεῖν δῆλον, [b]ὅτι τὸ μὲν ὀλίγους, ἢ πολλοὺς εἶναι κυρίους, συμβεβηκός ἐστι, [c]τὸ μὲν ταῖς ὀλιγαρχίαις, [d]τὸ δὲ ταῖς δημοκρατίαις, [e]διὰ τὸ τοὺς μὲν εὐπόρους ὀλίγους, πολλοὺς δ' εἶναι τοὺς ἀπόρους πανταχοῦ. [f]διὸ καὶ οὐ συμβαίνει τὰς ῥηθείσας αἰτίας γίνεσθαι διαφορᾶς. [g]ᾧ δὲ διαφέρουσιν ἥ τε δημοκρατία καὶ ἡ ὀλιγαρχία ἀλλήλων, πενία καὶ πλοῦτός ἐστι. [h]καὶ ἀναγκαῖον μὲν, ὅπου ἂν ἄρχωσι διὰ πλοῦτον, ἄν τ' ἐλάττους, ἄν τε πλείους, εἶναι ταύτην ὀλιγαρχίαν· [i]ὅπου δ' οἱ ἄποροι δημοκρατίαν. [k]ἀλλὰ συμβαίνει, καθάπερ εἴπομεν, τοὺς μὲν ὀλίγους εἶναι, τοὺς δὲ πολλούς: [l]εὐποροῦσι μὲν γὰρ ὀλίγοι· [m]τῆς δ' ἐλευθερίας μετέχουσι πάντες.

EXPLANATIO.

ex b.f.g. [b]Binae differentiæ oligarchiæ, & democratiæ, quibus distingui inter
b. se, definirique videantur, hactenus sunt commonstratæ: [b]vnæ paucitas,
g. & multitudo; [g]alteræ opulentia, & inopia hominum summam ciuitatis
g. potestatem habentium. [g]Sed istæ veræ, & essentiales sunt differentiæ,
b.c.d.e.f. quas specificas appellant: [b]illæ accidentariæ, comitesque istarum; [e]licet
e.l. h. penè perpetuò ipsas comitentur, sintq; ab ipsis inseparabiles. Nam [h]statim atque inopes alicubi summam reipublicę tenent; illa respublica de-
i. h. necesse quidē est. mocratia est: [i]statim atque locupletes; illa est oligarchia. [h]nullaq; alia re opus est, vt his nominibus nuncupentur, definianturque, & inter se distinguatur.
h. siue pauciores, siue plures. [h]imò quanuis contra etymologias vocabulorum inopes illi pauci; hi locupletes multi essent: neutra tamen harum rerumpublicarum nomen, & definitionem commutaret: sed illa democratia, hæc oligarchia & esset, & vocaretur, propterea quòd oligarchiæ in solis diuitiis, democratiæ in sola paupertate essentia, & quiditas sit posita.

Oligarchiæ, & Democratiæ binæ differētię: alteræ essentiales, opulentia, & inopia: alterę accidentariæ, multitudo, & paucitas imperātium.

K.e. [k]Verum enimuero accidit, penè semper, & omnibus in locis diuitibus,
ex m. vt pauci; pauperibus, vt multi sint ([m]de liberis hominibus loquimur, quos pauperes nominamus, quibus seruitus non obstat, ne sint ciues;
† ex text. sequē. †ipsique propter conditionem libertatis, sibi cum diuitibus communem,
e. imperare se aliquando æquum censent) [e]nusquam enim aut vix vna vel altera in vrbe inuenies maiorem partem ciuium locupletem; minorem
ex K.b.c.d.e. inopem. [k]Ex his igitur penè perpetuis accidentibus, his duabus formis rerumpublicarum, oligarchiæ, democratiæque, nomina vulgus tribuit, neglectis differentijs essentialibus.

Occurritur obiectioni de nominibus oligarchiæ, & democratiæ; quæ ex multitudine, & paucitate imperantium sunt imposita.

SCHOLIA.

a. Videtur ratio planum facere. *Ratio dubitationis proximè proposita, & manifestè dissoluta, inquit D. Thomas. Fortasse etiam λόγον orationem vertere hic possemus. Vtrinque enim occurrere difficultatem, siue diuitijs, & paupertate duntaxat, siue his iunctis cum paucitate, & multitudine oligarchiam, democratiamq; definiamus; vt aperuit oratio superior, planè declarat verum esse id, quod in hoc textu statuitur.*

Verborum interpretatio.

e. Vbique sunt. *Si vbique, aut ferè vbique, hoc est in vnaquaque ciuitate multi sunt inopes, pauci locupletes: certè hęc sunt perpetua, vel penè perpetua accidentia; oligarchię, vt pauci; democratię, vt multi dominentur. quod nos sæpe annotauimus.*

Multitudo, & paucitas dominantium sūt accidentia penè perpetua democratiæ & oligarchiæ.

Quare

Verborũ expoſitio.

Quare neque accidit, &c. *Quoniam paucitas, & multitudo imperantium, licet perpetua accidentia eſſent; ſunt tamen accidentia oligarchia, & democratiæ; palàm eſt non ſequi, neque ob etyma nominum, neque ob vulgi opinionem, vt ſint iſta cauſę diuerſitatis, ideſt verę differentia, quibus oligarchia, & democratia diſtinguantur inter ſe, ac definiantur.* f

Id autem, quo inter ſe differunt. &c. *Verę differentię, quibus diſtinguuntur.* g.

Ac neceſſe quidem eſt, &c. *Certè, ſi ſunt diuitię, & paupertas verę cauſę diuerſitatis, ideſt uerę differentia oligarchię, & democratiæ; neceſſe eſt ſtatim, atque inopes imperant, nulla alia re adiuncta, illum eſſe popularem ſtatum; ſtatim, atq; imperant diuites, hunc eſſe dominatum paucorum.* h.i.

Nam locupletes quidem pauci ſunt: libertatis autem, &c. *Subaudio inter hęc duo inciſa tertium ſic:* § Nam locupletes quidem pauci ſunt; inopes verò multi: libertatis autem ſunt omnes participes. § *In unaquaque ciuitate alij locupletes ſunt, & hi pauci; alij inopes, & hi multi: omnes vero, ideſt vtroſque, tam inopes, quam locupletes, vt ciues ſint, neceſſe eſt liberos homines eſſe. ex ſeruis enim non conſtat ciuitas: vt ſupra etiam ad tex. 43. eſt annotatum. Porrho autem quia libertate inopes diuitibus ſunt pares, ex qua libertate ciues ſunt; & quicunque eſt ciuis, magiſtratuum, adminiſtrationumq; publicarum eſſe particeps poteſt; iniquum putant, ſi ipſi ſemper ſubijciantur, diuites ſemper imperent; petuntq; in partem rerum adminiſtrandarum ſe recipi tanquam liberos, & tanquam ciues. E contrario locupletes, quoniam diuitijs antecellunt, antecellere ſimiliter imperio, & ſoli imperare vellent. Iſta igitur ſunt cauſę, diuitię, & libertas, propter quas de republica adminiſtranda inopes, locupleteſq; inter ſe litigant, vt in proximo textu dicetur.* l.m.

Diuitię, & libertas cauſa ſunt, & fundamenta contentionis inter diuites, & pauperes de republica adminiſtranda.

Argumentum Textus LII.

Appendix, de locupletum inopumque, vtrorumque aduerſus alteros reipublicæ procurationem ſibi vendicantium, fundamentis: ad duas ſequentes meditationes viam aperiens.

Tex. 52.

Propter quas cauſas litigant vtrique de republica.

Δι᾽ ἃς αἰτίας ἀμφισβητοῦσιν ἀμφότεροι τῆς πολιτείας.

EXPLANATIO.

Diuitiæ, & libertas ſunt cauſę, fundamentaq; dimicationis inter diuites, & pauperes de republica adminiſtranda.

Locupletes pręſtant pauperibus diuitijs: inopes pares ſunt diuitibus libertate. Hę ſunt cauſę, & fundamenta contentionis inter pauperes, & locupletes de adminiſtranda republica, diuitiæ locupletibus, pauperibus libertas. Quia enim locupletes diuitijs pręſtant, & maiores ſunt pauperibus: imperio ſe quoque pręſtare, & à ſe ſolis rempublicam adminiſtrari iuſtum putant. contrà pauperes, quoniam libertatem cum locupletibus communem habent, ſuntque ijs pares libertate: habere ſimiliter imperium cum ijſdem commune, & par petunt. quòd ſi imperij æqualiter pauperes locupleteſque participes ſunt; diſtribuiturque poteſtas ciuitatis

Si imperij participes ſint ex æquo, ideſt vtrim diuites, & pauperes, iam pauperes ſunt dominantur.

tatis viritim, ac numero, non dignitate: profectò soli inopes in ciuitate dominabuntur; multo enim plures sunt locupletibus. quod comprobaturus est Philosophus sub initium libri sexti. cap. 1.

SCHOLIA.

Propter quas causas, &c. *Hinc connexio, & continuatio cum duabus sequentibus meditationibus. in quarum priori de causis contentionis pauperum, & diuitum inter se, & cum veritate, idest de iustis, & terminis, fundamentisq́, iustorum vtriusque reipublicę, imò vero & ipsarum rerumpublicarum, oligarchia, ac democratia: in posteriori de contentione, & litigio illo disputabitur.* Continuatio eſt duabus sequentibus meditationibus, & quid in vtraque earum diſ putandum.

De Republica. *De republica administranda contendant: sitne æquum solos diuites, an omnes similiter eam administrare.* Expoſitio verborum.

* [Series ad tex. 47.]

Meditatio Secunda.

CAPVT DECIMVM.

Meditatio secunda, sequenti quoque viam muniens, de duobus iustis; vno principatus paucorum, diuitijs, nobilitateùe, aut alia re simili; altero statu popularis, libertate terminato; & tertio probæ reipublicæ, quod cum illis comparatur, terminato virtute. Jlla quidem, quibus vtrique, pauci potentes, & pauperum multitudo, de dominatu ciuitatis, tanquam sibi debito, cum alteris, & aduersus veritatem contendunt: esse quadantenus, & aliquà, idest incboata modò iusta: hoc esse simpliciter, vniuersum, perfectum iustum, quod propriè, primoque dicitur iustum ciuitatis. Textus duodecim, à 53. ad 65.

Propositio.	Tex. 53.
Iusta quædam esse, idest incboata, ac mutila & quod diuites oligarchia sua, & quod pauperes sua democratia prætexunt.	Tex. 54.
Cur de æqualitate, inæqualitateque personarum, altera iusti distributiui parte, auctores oligarchia, & democratia malè iudicent, causa duplex.	Tex. 55.
Verum æqualitatis inæqualitatisque personarum, ad distribuendos, merendosque honores, & commoda publica, fundamentum esse solam virtutem, demonstratur, reiectis non veris.	Tex. 56. et vij. seq.
Conclusio.	Tex. 64.

Argumentum Textus LIII.

Propositio. [c] *Et iustum vtrunque,* [b] *& vtrunque terminum, seu limitem, ac fundamentum vtriusque reipublicæ, oligarchię, democratiæq́,* [a] *ante pauperum, & locupletum tum inter ipsos, tum aduersu probos uiros de ciuitate administranda contentionem declarari oportere.*

Tex. 51.

[a] Sumendum autem est primùm; [b] quos terminos dicunt principatus paucorum, & status populi: [c] & quod iustum quodque principatus paucorum, & status populi est proprium.

[a] Ληπτέον δὲ πρῶτον, [b] τίνας ὅρους λέγουσι τῆς ὀλιγαρχίας, καὶ δημοκρατίας: [c] καὶ τὸ δίκαιον τό, τε ὀλιγαρχικὸν, καὶ δημοκρατικόν.

EXPLANATIO.

Iusta, quæ oligarchię, & democratię prętenduntur.

[c] Ivsta, quæ his duabus rebuspublicis prætenduntur, quibusque diuites, & pauperes, alteri contra alteros, & contra veritatem, se, ac rempublicam suam tuentur, sunt hæc; † Oligarchiæ, Inæqualia inęqualibus tribuenda esse; præstantionibus plura, & maiora; pauciora, & minora minus præstantibus: Democratiæ, Aequalia æqualibus impertiri oportere. [b] Termini, seu limites, & fundamenta, quibus comprehenduntur, firmanturque à suis auctoribus eędem duæ respublicæ, sunt Diuitiæ Oligarchiæ, Libertas Democratiæ. † diuitiarum enim causâ solis sibi, tanquam præstantioribus, ciuitatis arbitrium committendum diuites censent: & propter libertatem, quia pauperes locupletibus, omnesque inter se ciues æquales sunt, omnibus similiter patefaciendum aditum ad honores, & commoda publica, à pauperibus existimatur. [a] Verùm hæc postea.

c

† Ex tex. sequenti.

b

Termini, seu limites, & fundamenta earundem rerumpublicarum.

SCHOLIA.

Vox primùm quò referenda.

a Primùm. *Ante controuersiam, quam inter se, & cum veritate de republica administranda habent diuites, & pauperes. quę controuersia proposita fuit in superioris capitis exitu, explicabiturq; in sequenti.*

Termini, limites, & fundamenta cur dicantur oligarchię, libertas democratiæ.

b Quos terminos dicuut. *Dicuntur termini opulentia oligarchiæ, libertas democratiæ duobus modis, vt paulo antè tetigimus: vno modo tanquam limites, ad quos vsque pertinent, & quos non egrediuntur labes istæ rerumpublicarum. solis enim, & cunctis diuitibus oligarchia patet: solis, cunctisque liberis hominibus, qui eiusdem ciuitatis participes sint, democratia. Altero modo dicuntur termini harum labium tanquam fundamenta, quibus ipsæ, ipsarumq; iusta constituuntur, ac nituntur. quippe opulenti præstantissimos se esse censent; qui soli possideant diuitias; & prçstantissimis rempublicam committendam: vulgus pares esse omnes, qui liberi sint eiusdem ciuitatis viri; paribus autem paria esse tribuenda. Hoc idem vocabulum simili significatu vsurpabit infrà Philosophus in tex. 93.*

Cur de harum duarũ tantum terminis, & iustis hic fiat mentio.

c Principatus paucorum, & status populi. *Cur harum duarum tantùm è sex speciebus termini, iustaq; sumenda sunt? Nimirum quoniam in tyrannide nullus terminus, nullum iustum omnino est. at in statu populari, & in principatu paucorum sunt quædam, si non perfecta, saltem inchoata iusta, & fundamenta ipsorum: quæ inter se, & cum tertio iusto, quo communiter tres rectę formæ nituntur, vniuerso, ac perfecto, deinceps comparabuntur. Sed & has duas maximè omnium rerumpublicarum formas existere, atque ita vi suâ complecti alias omnes videri,*

vt à ple-

Lib.iv.cap.3. & 4.lib.v.cap. primo.

ut à plerisque, & doctis quidem viris, alia omnes in eas, quasi venti in boream, austrumq, redigantur, docebit nos Philosophus cum causis suis in quarto, & quinto horum librorum, de quibus ibi.

Argumentum Textus LIV.

a.b.c.

[a] *Iusta quædam esse, idest inchoata, ac mutila & quod diuites oligarchiæ suæ, & quod pauperes suæ democratiæ prætexunt; neutrum eorum integrum, & perfectum iustum.* [d] *Locus à definitione integri iusti, cum expositione iustorum, quæ ab his suis rebuspublicis prætenduntur.*

d.per totum.

[a] Omnes enim iustum quoddam attingunt: [b] sed quadantenus progrediuntur, [c] & dicunt non vniuersum, quod propriè iustum est. [d] Verbigratia videtur id, quod æquale est, esse iustum; [e] etenim est, at non omnibus, sed æqualibus: [f] & id, quod est inæquale, videtur iustum esse; [g] etenim est, sed non omnibus, at inæqualibus. [h] hi verò hoc auferunt, nempe quibus: [i] & malè iudicant. Tex.54.

[a] Πάντες γὰρ ἅπτονται δικαίου τινός: [b] ἀλλὰ μέχρι τινὸς προέρχονται, [c] καὶ λέγουσιν οὐ πᾶν τὸ κυρίως δίκαιον. [d] οἷον δοκεῖ τὸ ἴσον δίκαιον εἶναι· [e] καὶ ἔστιν, ἀλλ' οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἴσοις: [f] καὶ τὸ ἄνισον δοκεῖ δίκαιον εἶναι· [g] καὶ ἔστιν, ἀλλ' οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀνίσοις. [h] οἱ δὲ τοῦτ' ἀφαιροῦσι, τὸ οἷς: [i] καὶ κρίνουσι κακῶς.

† Var. Lect. Τὸ ἴσον δίκαιον εἶναι. *Sic legerunt Vict. Lambin. & alij. In Aldin. & Isingr. scriptum est,* ἴσον τὸ δίκαιον.

EXPLANATIO.

† Ex tex. sequenti. Cap. 2.

Iusti distributiui integri, & perfecti quædam quasi definitio ex partibus.

† Ivstvm, distributiuum, de quo propriè hîc disseritur, integrum, perfectumq; ex quinto ad Nicomachum, istud erat, & vocabatur: si commoda, & incommoda, quorũ nostro arbitratu fieri distributio potest, æqualia æquales, inęqualia inęquales homines consequerentur: ęquales, inquam, & inæquales re, & conditione ea, cuius respectu, ac mensurâ illa ipsa commoda, & incommoda meritò distribuuntur: quam quidem conditionem etiam eodem in loco quinti libri ad Nicomachum dignitatem nominauit Philosophus. [d] De hac autem dignitate, ęquales, inęqualesq̀ue homines faciente ad participandos iustè honores, aliaque bona, aut mala reipublicæ, dissentiunt inter se, [i] & cum veritate vulgus, & pauci potentes: quorum hi diuitias; ille libertatem esse eam aiunt: [i] reuera antem nęc libertas est, nec diuitiæ, sed sola virtus. [a] Quare partem duntaxat iusti distributiui, non totum illud proponunt pauci potentes, & vulgus, idest diuites, & pauperes. Etenim [c] quum quatuor in terminis iustum distributiuum vertatur; quorum [d] duo ęqualitas, & inæqualitas rerum distribuendarum

d.& inde.

i. Eb 2. & sequentibus textibus. a.b.c.

Ex c.d.f.g item ex tex. seq. & capit. 3.5. Nicom. d.6.

Dignitas, siue fundamentum æqualitatis, Inæqualitatisque personarum, in quo iusti distributiuum uittur, quid sit reuera: quidque eam tũ vulgus, tum diuites dicant.

Theorema, seu conclusio huius textus. Deductio huius conclusionis ex ijs, quæ modò sunt posita.

darum; [e] duo æqualitas, & inæqualitas personarum, quibus sunt distribuendæ: [d] de primis duobus, quæ scilicet sit çqualis, & quç inçqualis honorum, aliorumque commodorum publicorum tributio, nullum est inter eos, nec cum veritate dissidium: [e] de alijs duobus, idest quæ sint çquales, & quç inæquales personç, quibus æqualiter, inæqualiterque tribui illa debent, est maximum cùm inter ipsos, tum aduersus veritatem. [h] nam pauci potentes solos diuites çquales esse statuunt, quibus solis hac de causa sit committenda respublica; pauperes nullo modo esse eis æquales: at vulgus omnes liberos, qui eiusdem ciuitatis participes sint, esse inter se pares; impartiendaq; omnibus tanquam paribus pariter publica commoda. [h] virtutem vtrique relinquunt: qua sola homines ad ciuitates administrandas idonei redduntur; & pro cuius modo æquales, inçqualesque ad earum imperia consequenda sunt existimandi. e.g. d.f. e.g.h. h.i. Ex h.i. & text. sequ.

SCHOLIA.

[?] Omnis enim iustum quoddam, &c. *Idem in sequenti, & in 64. & in 87. & in 90. textu huius libri, & sub initium libri quinti, vbi hic locus citatur:* { Iustum, & æquale, } *inquit Philosophus*, { omnes probant: sed ab hoc aberrant, &c. } a.& inde.

Syntaxis. Videtur id, quod æquale est, esse iustum. *Plebi videtur iustum esse, vt sui corporis hominibus, & patritijs honores, commodaq; reipublicæ pariter distribuantur. Itaque sub initium libri sexti:* { Iustum populare, } *dicit Philosophus*, { est æqualia habere ex numero, non ex dignitate. } d. In prin. & fine 2. cap.

Iustum populare quod nam.

Syntaxis. Id, quod çquale est, &c. *Similia infrà in tex. 87.* d.e.f.g.

Id, quod est inçquale, videtur iustum esse. *Diuitibus, qui sibi aut solis, aut maximè committi rempublicam dignum putant.* f.

Hi verò hoc auferunt, nempe quibus, &c. *Quibus æqualem ciuitatis administrationem, & quibus inæqualem tribui conueniat (æqualibus scilicet virtute viris æqualem, inæqualibus inæqualem esse tribuendam) tacent diuites, & pauperes: & malè hac de re iudicant; isti pro çqualibus virtute libertate æquales; illi inæquales diuitijs pro virtute inæqualibus substituentes.* h.i.

Et malè iudicant. *Malè iudicant de çqualitate, inæqualitateq. personarum; ac propterea etiam de iusto: quod ex duplici æqualitate, & inçqualitate, rerum scilicet, ac personarum, quasi ex duabus partibus, coagmentatur: vt copiosè in quinto ad Nicomachum ostensum est, rursusq. in quinto huius operis ostendetur.* i. In 5. ad Nicom. cap. 3. in 5. huius operis c. 6.

Partes iusti distributiui.

Argumentum Textus LV.

Cur [h] de æqualitate inæqualitateque personarum auctores oligarchię, & democratiæ, idest opulenti, & inopes malè iudicent; [i] pro iusto vero, & perfecto mutilum, & mendax iustum, ac tandem iniustum vtrique contra alteros, & contra veritatem afferentes; [a] causa duplex; [b] vna ab affectu animi; [c] altera ab iniuria. h.K.L. i.d.e.f.g.h.m. a. b.c.h. h.

Causa

[a] Causa autem hæc est: [b] quoniam ipsi de se iudicant: [c] ferè autem plurimi de suis proprijsque rebus mali sunt iudices. [d] Ita quum iustum sit aliquibus; [e] & diuisum sit eodem modo tum in rebus, tum quibus, [f] quemadmodum dictum est priùs in libris Moralibus: [g] de rei quidem æqualitate consentiunt: [h] de ea autem, quæ est quibus, litigant; maximè quidem propter id, quod modò dictum est, quoniam ea, quæ ad se pertinent, malè iudicant; [i] deinde verò &, quia dicunt vtrique quadantenus iustum quoddam, existimant se iustum simpliciter dicere. [k] nam alteri quidem, si quapiam re sint inæquales, exempligratia pecuniâ, arbitrantur se omnino inæquales esse: [l] alteri autem, si quapiam re sint æquales, ueluti libertate, se esse omnino æquales. [m] id autem, quod præstantissimum est, non dicunt. Tex. 55.

[a] Τὸ δ' αἴτιον, [b] ὅτι περὶ αὑτῶν ἡ κρίσις: [c] σχεδὸν δ' οἱ πλεῖστοι φαῦλοι κριταὶ περὶ τῶν οἰκείων. [d] ὥστ', ἐπεὶ τὸ δίκαιον τισί, [e] καὶ διῄρηται τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπί τε τῶν πραγμάτων, καὶ οἷς, [f] καθάπερ εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς ἠθικοῖς: [g] τὴν μὲν τοῦ πράγματος ἰσότητα ὁμολογοῦσι: [h] τὴν δὲ οἷς, ἀμφισβητοῦσι, μάλιστα μὲν διὰ τὸ λεχθὲν ἄρτι, διότι κρίνουσι τὰ περὶ αὑτοὺς κακῶς: [i] ἔπειτα δὲ καὶ διὰ τὸ λέγειν μέχρι τινὸς ἑκατέρους δίκαιόν τι, νομίζουσι δίκαιον λέγειν ἁπλῶς. [k] οἱ μὲν γὰρ ἂν κατά τι ἄνισοι ὦσιν, οἷον χρήμασιν, ὅλως οἴονται ἄνισοι εἶναι: [l] οἱ δ', ἂν κατά τι ἴσοι, οἷον ἐλευθερίᾳ, ὅλως ἴσοι. [m] τὸ δὲ κυριώτατον οὐ λέγουσιν.

Var.Lect. οἷον ἐλευθερίᾳ. *Sic Vetus, & alij Interpretes omnes. In Aldin. & Isingr. codice scriptum est, οἷον ἐλεύθεροι.*

EXPLANATIO.

d.e. [d] Ivsti distributiui, [f] vt ad superiorem textum annotauimus, explicatumque est copiosè in quinto ad Nicomachum, duę sunt quasi partes: quarum [e] altera ęqualitatem, & inęqualitatem rerum distribuendarum; [e] altera ęqualitatem, & inęqualitatem personarum, quibus illę disttibuendæ sunt, continet. [g] De priori, idest quæ rerum distribuendarum sint æquales, quas æqualibus, & quæ sint inæquales, quas inæqualibus distribui æquum, & iustum est, consentiunt inter se, & cum viris probis, ac prudentibus oligarchiæ, democratiæque auctores, idest diuites, & pauperes. Iusti distributiui duæ quasi partes de quarum altera consentiũt diuites, & pauperes tam inter se, quàm cũ probis uiris; de altera dissentiunt.

h. [h] Dissentiunt de posteriori: quæ personæ dicendæ sint æquales, quæque inæquales ad res illas ęqualiter, & inæqualiter participandas. [a] Et malè propterea iudicant de iusto distributiuo; atque de reipublicæ, ciuitatisque maximo imperio mandando: [k] putantibus locupletibus se alteris præstare; idcircoque sibi solis tribuendam ciuitatis summam potestatem: [l] contrà pauperibus censentibus se pares esse diuitibus; &, quia pares sint, paria quoque cum illis reipublicæ commoda, imperiaq; consequi debere. [a] Huius autem peruersi iudicij duæ causæ sunt. [b] Vna est φιλαυτία, amor, quo se, & sua quisque prosequitur. ob tale enim incitamentum De iusto distributiuo, & de principatu ciuitatis mandando malè iudicant diuites, & pauperes quibus de causis. Vna harum causarũ philautia.

mentum, nisi cohibeatur prudentiâ, iniqui iudices de rebus ad nos pertinentibus omnes sumus, plura, & maiora, quàm par sit, nobis attribuentes.[l] Altera causa est incuria. quippe[m] verissimum æqualitatis, inæqualitatisque personarum fundamentum, quod dignitatem appellamus, & omnino conditionem eam, & qualitatem, propter quam verè, quia adsit, vel non adsit, vel minor adsit, æquales, aut inæquales, aut nullos honores, & commoda publica ciues merentur, virturem scilicet, prætermittunt:[k] pro ea verò locupletes diuitias, inopes libertatem inducunt, nil vltrà quærentes.[k] sed faciunt quidem diuitiæ eos, qui illas possident, aliquatenus non possidentibus superiores, & inæquales;[l] facit libertas aliquatenus æquales: non tamen simpliciter ad res, quarum est distributio, consequendas æquales, & inæquales: idest non faciunt dignos, & indignos munerum, & honorum publicorum.[l] hinc verò est, quòd mancum, mutilatumque iustum vtrique, vt in superiori textu annotatum fuit; neutri integrum, & perfectum, licet hoc putent, afferunt:[m] nempe quia ad verum, & absolutum æqualitatis, inæqualitatisque personarum fundamentum non procedunt;[k] sed in falsis, & inanibus quibusdam commorantur.

Incuria, altera. — l.m. m.

k.l. k. l.

Iustum mancum, & mendax pro vero, & perfecto inducunt diuites, & pauperes, seu oligarchiæ, & democratiæ auctores. — l. m. k.l.

SCHOLIA.

Syntaxis. — Causa autem hæc est, &c. *Vna, & potissima causa. Alteram addet paulopost.* a.b.c. c.h.

Philautia quàm perniciosa. — Ferè autem plurimi de suis, &c. *& infrà.* quoniam ea, quæ ad se pertinent, &c. *Idem repetetur in tex. 123. Vt autem malè de rebus nostris iudicemus, causa est φιλαυτία, idest amor proprius. occæcatur enim amans, vt scribit Plato in quinto de Legibus, circa id, quod ab ipso amatur, quamobrem id, quod suum est, qui nimis se ipsum amat, veritati semper anteponere, & inde omnia omnium peccata exoriri ibidem colligitur. Vide quę annotaui ad textum 28. libri superioris.*

Iustum distributiuū inter res, & personas vertitur pares æqualitate geometrica. — Quum iustum sit aliquibus. *Est iustum distributiuum aliquibus hominibus, seu personis iustum, rationem, & proportionem quandam dignitatis inter se habentibus: nec in solis rebus, quæ distribuuntur, vertitur; sed etiam in personis, quibus fit distributio: vt in vtrisque seruetur ęqualitas, siue proportio geometrica: & quantò persona personæ anteit merito; tantò præstantior illi res tribuatur. Verùm de his in quinto ad Nicomachum.* d.

Ita quum iustum, &c. *Eadem infrà in tex. 87.* d. & inde.

Syntaxis. — Tum quibus. *Subaud.* { hominibus. { *siue* { personis. { e.

In libris Moralibus. *In quinto de Moribus ad Nicomachum vbi de iusto distributiuo habetur oratio.* f. Cap. 3.

Secunda causa, cur de æqualibus inæqualibusque personis, & tandem iusto distributiuo male iudicent diuites, & pauperes. — Deinde verò, & quia dicunt vtrique quadantenus, &c. *Secunda causa, cur de ęqualibus, inęqualibusq́ personis ad honores, & imperia publica, quæq́ his comitantur, consequenda, ac tandem de iusto distributiuo peruersè iudicent potentes, & humiles homines, est hæc; Herere vtrosque in bono, quod proprium est sibi; illos in diuitijs, istos in libertate: quasi ista, quę reddunt homines quadantenus ęquales, & inæquales; exempligratia diuitiæ ad indigentias eleuandas, libertas ad ius suum, quod in contractibus vertitur, obtinendum; redderent eos tales simpliciter, idest dignos, & minus dignos, quibus honores, præmiaq́ ciuitatis tribuerentur: nec progredi vltrà ad quærendum, inueniendumq́ eiusmodi ęqualitatis inæqualitatisq́ solidum fundamentum, virtutem nimirum, in quo præcipuè ius* i.

distri-

distributiuum consistit, & sine quo non est tale ius, nisi inchoatum, & mutilum, hoc est nisi ex ea duntaxat parte, cum iure altero ipsi communi, quæ ad rerum æqualitatem, inæqualitatemq́ propriè pertinet.

Sequuntur autem se ordine terna istæ res: fundamentum verum æqualitatis, & inæqualitatis personarum, quam dignitatem vocamus, & est conditio, & qualitas ea, ex qua magis, minusq́ summum ciuitatis imperium, & alia munera, ac præmia publica debentur, tandem virtus: Aequales, & inæquales prorsus persona, idest digna, & indignę eiusmodi munerum ac præmiorum: Iusta simpliciter distributio. Item ex aduerso: Fundamentum mendax, nempè pro virtute diuitiæ, aut libertas: Persona quadantenus æquales, & inæquales: Iusta aliquatenus distributio: quæ sine vera æqualitate, inæqualitateq́ personarum, ac proprio earum fundamento est iniusta simpliciter. Numerus, & ordo rerum, in quibus iusta distributionum perfectum, & in quibus idē mancum ac mendax consistit.

i. —Quia dicunt vtrique quadantenus, &c. *Vide idem in textu superiori, & quę ibi.*

1. —Alteri quidem, si quapiam re, &c. *Eadem ijdem propemodum verbis bis repetentur infrà in principio libri quinti.* [Cap. 1.] *Et in textu 90. huius esse vtrunque iniustum affirmabitur: si, vna quadam duntaxat re, æquales æqualem; & si vna inæquales, inæqualem omnium rerum distribuendarum partem reportent.*

[illegible] —Veluti libertate. *Nam propositum popularis reipublicæ est libertas, vt scribitur sub initium libri sexti.* [Cap. 2.]

—Argumentum commune octo textuum sequentium, à 56. ad 64.

Verum fundamentum æqualitatis, inæqualitatisq́ personarum ad publicorum munerum distributionem esse virtutem, demonstratur, reiectis non veris. Locus à fine præstantissimo, eodemq́ tanquam forma, & causa formali ciuitatis: quem esse bene viuere, ac tandem virtutem, & actionem ex virtute, ostendetur per refutationem aliorum septem ab alijs positorum, aut qui poni possent: quippe quum illorum duo quidem, Viuere simpliciter, & Simul viuere, sint aliqui, idest imperfecti fines; reliqui, Opes, Societas bellica ne à quoquam iniuriam patiamur, Permutatio rerum, & operarum, Locicommunio, communio Connubiorum, potiùs, quàm fines, firmamenta sint, ac res necessariæ, sine quibus præstantissimus ille finis non existit.

Scholium in argumentum commune horum textuum.

a. & tex. 56. 57. 63. Tota demonstratio est talis.[a] Cuius rei causâ conduntur, manentq́; ciuitates, & propter quam, si ipsa adsit, vnaquæq; earum ciuitas, atq; vna ciuitas verè, propriéque nominatur, si non adsit, impropriè, & non verè; illa res est verum fundamentum æqualitatis, inæqualitatisque personarum, pro cuius mensura, ac modo in singulis ciuibus hætenus distribui
b. tex. 57. 59. ijs debent administrationes, & commoda publica: [b] sola virtus, viuereque, & agere ex virtute est res eiusmodi, idest finis præstantissimus, & tanquam forma, ac causa formalis ciuitatis; non quidquam reliquorum,
c. tex. 56. d. tex. 57. quæ esse eiusmodi putantur, putariúe possunt; [c] non Opes; [d] non Viuere
e. tex. 58. 61. 62. simpliciter, aut Simul viuere; [e] non Societas bellica vt ne à quoquam ho-
f. tex. 58. 61. 62. mine, feroúe animali lædamur, & iniuria afficiamur; [f] non permutatio

rerum,

rerum,& operarum; [g] non Loci communio; [h] non communio Cõnubiorum: [i] ergo sola virtus est verum fundamentum æqualitatis inæqualitatisq́ue personarum, pro cuius mensura, ac modo in singulis ciuibus hærente distribui ijs debent administrationes, & commoda publica. Huius syllogismi propositio maior indicatur in tex. 56.& 63. Minor probatur in medijs textibus. Conclusio continetur in eodem sexagesimotertio. g.tex.61.62. h.tex.62.63. i.tex.63.

Opes { *Non esse præstantissimum illum finem, qui etiam est tanquã forma, ac causa formalis ciuitatum. Idcircoque Nec esse quidem verum æqualitatis inæqualitatisq́ue personarum ad iustam commodorum publicorum distributionem fundamentum.* } *Tex.56.*

{ *Nec Viuere, nec Simul viuere* / *Bene viuere, idest fæliciter, & ex virtute viuere* } *Esse finem illum præstantissimum ciuitatum.* } *Tex.57.*

{ *Bellicam societatem* / *Permutationẽ, et vsum mutuũ* } *Non esse finem illum ciuitatum præstantissimum.* } *Tex.58.*

Virtutem esse finem illum præstantissimum ciuitatis. } *Tex.59.*

Dubitationis cuiusdã de legibus aduersus theorema in superiori textu conclusum emergentis oppressio. } *Tex.60.*

Confirmantur ea, quæ in superioribus textibus, 57. 58. 59. sunt demonstrata. } *Tex.61.*

Colliguntur, nouisque argumentis corroborantur ea, quæ in superioribus quinque textibus de fine præstantissimo, qui idem est tanquam forma, & causa formalis ciuitatum, sunt disputata. } *Tex.62.*

Iudicata rursus maiori propositione demonstrationis in hisce octo textibus institutæ, conficitur conclusio de vero æqualitatis, inæqualitatisque personarum fundamento. } *Tex.63.*

Argumentum Textus LVI.

Non esse opes præstantissimum illum finem, & tanquam formam, ac causam formalem ciuitatum; propter quem conduntur, manentq́; veréq́; ac propriè vnaquaque earum ciuitas, atque vna ciuitas nominatur: &, quia non sint opes eiusmodi finis, nec esse quidem eas verum æqualitatis, inæqualitatisq́; personarum ad iustam commodorum publicorum distributionem fundamentum; quod ostenditur argumento ab oppositis.

Tex.56. [a] Nam si facultatum quidem gratiã societatem inierunt, in vnumq́ue coierunt: [b] tantum participes sunt ciuitatis, [c] quantum porrho & facultatum. [d] Quare eorum, qui paucorum potentiæ fauent, ratio valere videretur. [e] non enim iustum esse, æquam partem capere de centum minis eum, qui vnam minam contulit, [f] atque eum, qui reliquum dedit omne, [g] neque de ijs, quæ ab initio, [h] neque de ijs, quæ accreuerunt.

[a] Εἰ μὲν γὰρ τῶν κτημάτων χάριν ἐκοινώνησαν, καὶ συνῆλθον: [b] τοσοῦτον μετέχουσι τῆς πόλεως, [c] ὅσονπερ καὶ τῆς κτήσεως. [d] ὥσθ' ὁ τῶν ὀλιγαρχικῶν λόγος δόξειεν ἂν ἰσχύειν. [e] οὐ γὰρ εἶναι δίκαιον, ἴσον μετέχειν τῶν ἑκατὸν μνῶν, τὸν εἰσενέγκαντα μίαν, [f] τῷ δόντι τὸ λοιπὸν πᾶν, [g] οὔτε τῶν ἐξ ἀρχῆς, [h] οὔτε τῶν ἐπιγινομένων.

EXPLANATIO.

† SUMITUR, opes non esse eiusmodi finem, tanquam per se notum, nec indigens probatione, constat enim inter omnes, diuitias, quæ instrumenta sunt, & in aliud diriguntur, finem esse non posse, nedum sint finis omnium præstantissimus, cuiusmodi esse ciuitatum finem, ex initio primi horum librorum, & primi ad Nicomachum satis liquet. Conficitur autem ex sumptione ista, idest quia diuitiæ nón sint talis finis (per locum ab oppositis) contra oligarchiæ fautores vna quædam pars theorematis principalis horum octo textuum, idest non esse diuitias verum çqualitatis, inæqualitatisque personarum ad iustam commodorum ciuitatis distributionem fundamentum. Nam quemadmodum [a] si diuitiæ forent eiusmodi finis, quarum scilicet gratiâ conuenissent homines vnum in locum ad habitandum, ciuitatesq; condidissent, & conditas conseruarent; [b] iustè distribuerentur (ex maiori totius demonstrationis propositione) pro diuitiarum copia res, & administrationes ciuitatum; vt [c] quantum quisque pecuniæ possideret, [b] tantum ei publicarum rerum esset impertiendum; [d] firmaque studiosorum oligarchię sententia euaderet, [e] argumento à simili de societatibus mercatorum confirmata, inęqualibus pecuniâ inæquales partes commodorum, & munerum publicorum esse tribuendas; ac tandem diuitibus imperium, & regimen ciuitatis mandandum, pauperes ab eo excludendos esse: † ita, quoniam non sunt eiusmodi finis diuitiæ; sequitur nec esse quidem eas ad commoda publica iustè distribuenda çqualitatis, inęqualitatisque personarum verum fundamentum; & fallacem esse rationem illam studiosorum oligarchiæ, sicut etiam suprà fuit declaratum.

Assumptio demõstrationis principalis huius textus.

Ex qua assumptione confirmatur oblique, argumento à contradicentibus, primû, & proprium textus huius propositum.

In textu superiori.

SCHOLIA.

a.b.c. Nam si facultatum quidem gratiâ, &c. *In his verbis primùm elucet maior illa propositio totius demonstrationis, in argumento communi horum octo textuum à nobis proposita: Propter quam rem conduntur, manentq́; ciuitates; ea res est verum fundamentum ęqualitatis inæqualitatisq́ personarum, pro cuius modo imperia, & commoda publica sunt distribuenda.*

Maior propositio demonstrationis horum octo textuum.

a. & inde. Si facultatum quidem gratiâ, &c. *Cur non similiter de libertate aduersus democratiæ studiosos, sicut de opibus aduersus studiosos oligarchiæ, argumentatur? An quia nimis clarum est, non esse libertatem finem ciuitatum: quandò in ciuitatibus astringitur potius libertas legibus, & licentia coercetur. Alioquin eadem prorsus ratio esset, atque eodem modo formaretur de libertate, & de opibus.*

Cur non de libertate aduersus democratiæ studiosos.

Libertas non est ciuitatis finis.

Si facultatum gratiâ societatem inierunt. *Si communio ciuilis esset, quasi mercatorum societas ad quæstum instituta. Genesius.*

c. Non enim iustum esse, æquam partem capere, &c. *Confirmabant sententiam suam pauci potentes, & fautores oligarchiæ argumento à simili hoc pacto: Sicut iustum non est in societatibus mercatorum, exempli gratia si ad mercaturam faciendam collata sint ab vno sociorum minæ nonagintanouem, ab altero vna duntaxat mina; vt tantundem recipiat vterque vel sortis, vel lucri facti, verùm, vt recipiat proportione eius, quod ipse contulit, hic centesimam partem, ille residuum,*

Fautorum oligarchiæ pro oligarchia sua ratio.

duum, idest partes nonagintanouem tam lucri, quàm sortis: sic non est iustum, diuitibus, & pauperibus æqualiter munera commodaq; reipublicę communicari: sed hos parère, illos imperare iustum est. Hæc ratio, inquit Philosophus, vim haberet, si diuitiæ essent finis ciuitatum præstantissimus, verumq; hac de causa æqualitatis inæqualitatisq; personarum ad iustas publicorum munerum distributiones fundamentum. †

Argumentum Textus LVII.

[a] *Nec Viuere demum, ad quod necessariæ opes sunt, nec Simul viuere,* [b] *nisi adiuncta ad hæc fœlicitate, & virtute, esse finem illum præstantissimum ciuitatum.* [c] *Locus à repugnantibus.* a. b. c. ὅπερ τοιοῦτον.

Tex. 57. [a] An verò neque viuendi solùm gratià, [b] sed magis bene viuendi. [c] nam etiam seruorum, [d] & aliorum animalium ciuitas esset. [e] nunc autem non est; [f] propterea quòd nec fœlicitatis, [g] nec viuendi ex electione participes sunt.

[a] Ηʼ δὲ μήτε τοῦ ζῆν μόνον ἕνεκεν, [b] ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ εὖ ζῆν. [c] καὶ γὰρ ἂν δούλων, [d] καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἦν πόλις. [e] νῦν δ' οὐκ ἔστι, [f] διὰ τὸ μὴ μετέχειν εὐδαιμονίας, [g] μηδὲ τοῦ ζῆν κατὰ προαίρεσιν. †

EXPLANATIO.

Nec viuere simpliciter, nec simul viuere esse finem illum ciuitatis præstantissimū.

[a] Si ciuitatum finis ille prçstantissimus esset Viuere simpliciter, aut Simul, & in societate viuere: [c] essent seruorum, imò & belluarum aliquarum, exempligratia formicarum, & apum, ciuitates propriè hoc vocabulo nuncupatæ: † siquidem tam serui, quam huiusmodi belluæ naturâ suâ non solùm viuunt, sed etiam in societate viuunt, quum congregabilia, socialiaque animalia sint, vt sub initium primi de Animalium historia, & in quinto capite primi horum librorum fuit declaratum. [c] sed absurdum foret, ac planè ridiculum, nominare ciuitates, nisi ex translatione, & in altero significatu sic nominarentur, vel formicarum, & apum, quod in eodem loco primi horum librorum ostendimus; vel seruorum, quod prçterquam ex adagio, δούλων πόλις, etiam per se est euidētissimum (quî enim serui; dum serui sunt, & in aliena potestate, efficere ciuitatem possunt, esseque eius domini?) [a] ergo neutrum, nec Viuere simpliciter, nec Simul viuere est finis ille ciuitatum præstantissimus. [b] Eodem argumento monstrabitur Bene viuere, idest beatè, & ex virtute viuere esse finem illum, quem inuestigamus, & tanquam causam formalem ciuitatum. [f] quippe causa vera, propriaque, cur neque seruorum, neque belluarum congregabilium esse ciuitas possit, est hæc, quòd fœlicitatis, vitæque ex electione degendæ, quæ est basis virtutis, nec belluæ, nec serui sint compotes. [b] ergo hic est finis, & perfectio ciuitatis, fœliciter, atque ex virtute viuere: si quidem, [f] quoniam huc non perueniunt nec serui, nec belluæ congregabiles, quanuis antecedentia haberent, quę pertinent ad ciuitatem; [e] constare ex ijs ciuitas nequit.

Margin notes (right): a. c.d. † Ex c. nam. In secūda parte quinti capitis. c nam etiam esset. a. b. f.g. b. f. e.

Bene viuere est finis ille præstantissimus ciuitatum.

At verò

SCHOLIA.

a. An verò neque, &c. *In omnibus gręcis libris scriptum est εἰ δὲ μήτε, &c. Sed conditioni εἰ, qua oratio suspenderetur nihil respondet in sequentibus huius capitis verbis. Itaque pro εἰ legendum arbitror ἢ,* § An, vel } At: § *sicut Genesius, & quidam alij cum eo verterunt.*

Emendatio scripturę.

Neque viuendi. *Tantum abest, vt opes sint finis præstantissimus ciuitatum: vt ne viuere quidem, ad quod præcipuè referri opes debent, sint eiusmodi finis.*

Propositio, Neque.

Cap. 2. Viuendi solùm. *Viuere hic quidam simpliciter interpretantur: quidam simul viuere. Ego ambas expositiones coniunxi.*

Viuendi, vocabulum quomodo hic.

a.b. An verò neque viuendi solùm gratia, sed magis bene viuendi. *Repetendum ex textu superiori,* § societatem inierunt, in vnumque coierunt. §

Syntaxis.

Neque viuendi solùm gratia, sed magis bene viuendi. *Annotauimus ad textum decimumsextum primi libri, simul viuere, & voluptatem, quę ex simul viuendo capitur, esse finem quendam, naturalem certè, sed imperfectum, ciuitatum: viuere autem simpliciter, & bene viuere esse earundem veros, perfectosq́; fines; illum antecedentem, ac minus præstantem; hunc subsequentem, & præstantissimum: in quos etiam cęteri fines bonaq́; ciuitatum, quorum hoc loco fit mentio, reuocantur; in priorem societas bellica, et permutatio; in posteriorem connubiorum communio; in vtrunque communio loci, & facultates.*

De finibus, & bonis ciuitatis ex primo libro.

b. Bene viuendi. *Annotaui suprà ad tex. 41. alio modo sumptum ibi verbum istud beneuiuendi, quam hic & infrà in tex. 62. & in alijs locis accipiatur. nec repetam inutiliter, quę ibi commodè dicta fuerunt.*

Verbum beneuiuendi aliud hic significat, quam supra in tex. 41.

d. Aliarum animantium. *Quęcunque sunt congregabiles. de quibus in principio primi de Historia animalium, & suprà in primo horum librorum in secunda parte quinti capitis.*

Syntaxis.

e. Nunc autem non est. *Sumitur hoc à Philosopho tanquam per se notum, concessumq́; ab omnibus; non probatur.*

Ciuitas non constat è seruis, neque ex belluis vllis.

f. Nec fœlicitatis. *Verę, & propriè appellatę fœlicitatis nec vllum aliud animal pręter hominem, nec seruos, nec pueros esse participes, sume ex cap. 9. primi libri ad Nicomachum, & capite 30. primi huius operis.*

Fœlicitatis propriè acceptæ nec bellua vlla, nec seruus, nec puer est particeps.

fg. Propterea quòd nec fœlicitatis, &c. *Putant D. Thomas, & alij, ipsum sequuti, hanc esse probationem eius, quod proximè sumptum fuit, Neque ex seruis simul viuentibus, neq; ex belluis ullis congregabilibus fieri ciuitatem posse. id enim per hoc demonstrari: quod fœlicitas, vitaq; ex electione, & virtute sint ciuitatis finis: earum autem nec serui, nec bellue ullę participes sint. At hoc quidem modo committeretur fallacia, quam petitionem principij, seu postulari id, quod quęritur, Logici appellant. theorema enim ostendendum hoc erat: Nec viuere simpliciter, nec simul viuere esse finem præstantissimum ciuitatis. quod demum si ex eo ostendatur, quia non illa, sed fœlicitas, & vita ex virtute sint talis finis: manifestè postulatur, & ponitur id, quod fuit ostendendum. Nos verò ista distruximus: & duo theoremata fecimus. quorum vnum hoc esset: Nec viuere simpliciter, nec simul viuere esse finem præstantissimum ciuitatis. alterum esset hoc: Bene viuere, idest fœlicitatem, & vitam ex virtute esse talem finem. Prius per id demonstrari, quòd nec seruorum, nec belluarum congregabilium sint ciuitates propriè sic appellatæ (& hoc quidem sumi tanquam nulla indigens probatione, sed vt notissimum apud omnes) quum tamen & serui, & bellue congregabiles viuere, in societateq́; viuere cernantur. Posterius demonstrari expositione causę, propter quam neque ex seruis,*

Quò verba hæc referantur: & quid probent.

Aliorum expositio.

Auctoris expositio. Duo theoremata huius textus.

Primum quomodo ostendatur.

Secundum quomodo ostendatur.

P 2 neque

neque ex belluis vllis fiunt ciuitates, quoniam enim huius rei causa hęc sola apparet, quod fœlicitatis, vitęq; ex virtute nec serui, nec bellue sunt participes; licet antecedentia habeant, idest viuere, & simul viuere, ac caetera quoque quę ad ciuitatem pertinent, saltem serui possint habere: sequitur fœlicitatem, & virtutem esse finem vltimum ciuitatis.

Electio est propria hominum perfectorum. Electionis quæ sit quali partes.

Viuendi ex electione. *De electione dictum est in tertio libro ad Nicomachum. Hęc propria est hominum perfectorum: quum cogitationem, consultationemq; appetitioni, atque ei, quod sponte suscipitur, estq; in potestate nostra, adiungat: quamobrem nec in belluas cogitationis, consultationisq; expertes; nec in seruos, qui alieni sunt iuris, quatenus alieni iuris, seruiq; sunt, cadit. Quoniam autem electio virtuti coniunctissima res est; ac deniq; virtus moralis est habitus ex electione, vt in tertio illo libro, & in principio sexti traditum fuit; planum est, quicquid viuere ex electione non potest; ne posse quidem ex virtute viuere; quare nec fœliciter; est enim virtus, si non fœlicitas, saltem fundamentum fœlicitatis. Verùm de his alibi.*

Quæ electionis sunt expertia, expertia itidem sunt virtutis, & fœlicitatis.

Vtrobique secundo cap.

Argumentum Textus LVIII.

[a] *Nec bellicam societatem ad cauendas iniurias,* [b] *nec permutationem, & vsum mutuum esse finem illum ciuitatum præstantissimum.* [c] *Locus à partibus subiectorum, Thuscis, & Carthaginiensibus, quibusuis; alijs populis, qui belli societate, & permutatione iunguntur.*

a. b. c. per totum.

Tex. 58.

[a] Neque bellicæ societatis causâ, vt à nullo iniuriâ afficiantur: [b] nec propter permutationes, & vsum mutuum. [c] etenim Hetrusci, & Carthaginienses, [d] & omnes, quibus sunt inter se tesseræ, tanquam vnius ciuitatis ciues essent. [e] sunt nanque ipsis pacta de importandis rebus; [f] & tesseræ de non inferenda iniuria; [g] & scripta ⟨*fœdera*⟩ de bellica societate. [h] At neque magistratus omnibus communes propter hęc creati sunt; [i] sed alij apud vtrosque. [k] neque quales esse alteros oporteat, alteri curant; [l] nec quomodo eorum, qui illis pactis tenentur, nemo iniustus fuerit, [m] nec improbitatem vllam habebit; [n] sed solùm, vt ne alteris ab alteris quicquam iniuriæ inferatur: [o] de virtute autem, & vitio ciuili diligenter cogitant, quicunque rectæ legum constitutionis curam habent.

[a] Μήτε συμμαχίας ἕνεκεν, ὅπως ὑπὸ μηδενὸς ἀδικῶνται: [b] μήτε διὰ τὰς ἀλλαγὰς, καὶ τὴν χρῆσιν τὴν πρὸς ἀλλήλους. [c] καὶ γὰρ ἂν τυῤῥηνοὶ καὶ καρχηδόνιοι, [d] καὶ πάντες, οἷς ἐστι σύμβολα πρὸς ἀλλήλους, ὡς μιᾶς ἂν πολῖται πόλεως ἦσαν. [e] εἰσὶ γοῦν αὐτοῖς συνθῆκαι περὶ τῶν εἰσαγωγίμων [f], καὶ σύμβολα περὶ τοῦ μὴ ἀδικεῖν, [g] καὶ γραφαὶ περὶ συμμαχίας. [h] ἀλλ' οὔτ' ἀρχαὶ πᾶσιν ἐπὶ τούτοις κοιναὶ καθεστᾶσιν, [i] ἀλλ' ἕτεραι παρ' ἑκατέροις. [k] οὔτε τοῦ ποίους τινὰς εἶναι δεῖ, φροντίζουσιν ἅτεροι τοὺς ἑτέρους. [l] οὐδ' ὅπως μηδεὶς ἄδικος ἔσται τῶν ὑπὸ τὰς συνθήκας, [m] μηδὲ μοχθηρίαν ἕξει μηδεμίαν. [n] ἀλλὰ μόνον, ὅπως μηδὲν ἀδικήσουσιν ἀλλήλους. [o] περὶ δ' ἀρετῆς, καὶ κακίας πολιτικῆς διασκοποῦσιν, ὅσοι φροντίζουσιν εὐνομίας.

Var. Lect.

l. Var.Lect. Καὶ σύμβολα. *Ita legerunt Vetus interpres, & Aretinus, & Lambinus, & Victorius. In cod. Ald. & Isingr. deest coniunctio καὶ.*

m. Μοχθηρίας ἔξω. *In Aldin. scriptum est ἔξιν.*

EXPLANATIO.

c. etenim. ᶜ Si vel bellica societas, vel permutatio, vel ambæ essent finis ille ciuitatum præstantissimus, quem inuestigamus: ᶜ certè Thusci, & Carthaginienses vnius ciuitatis ciues; ᵈ vnius item multi alij populi diuersarum ciuitatum iudicandi forent. ʰ atqui hoc est absurdum. ergo, &c. ᵉ Connexum expositione confirmatur. ᵉ nam Thuscis, & Carthaginiensibus, similiter verò & multis alijs populis diuersarum ciuitatum sunt pacta conuenta de rebus importandis, & exportandis, deque earum permutatione, & commercio, ᶠ ne alteri ab alteris in ijs permutandis, emendis, vendendis, inuehendis, euehendis iniuriam accipiant: ᵍ sunt & de belli societate posita fœdera: quorum fœderum, & pactorum dantur etiam vtrinque publicæ tesseræ, vt alteri in alterorum vrbibus pro amicis, & fœderatis tractentur. Assumptum, ʰ præterquam quòd per se est euidentissimum (quis enim Thuscos, & Carthaginienses, vasto mari inter se disiunctos, vnius ciuitatis ciues esse affirmaret?) ʰ etiam probatur ex causis vnam ciuitatem efficientibus, idest ex ʰ ijsdem magistratibus, ᵏ & communibus legibus, vel potiùs capite legum institutione communi. ʰ Ex magistratibus sic: Vnaquæque ciuitas suos proprios magistratus habet, qui omnibus eius ciuibus communes sunt: Thuscis, & Carthaginiensibus non sunt vlli communes magistratus, nec de ijs quidem rebus, quarum inter se tesseras, & pactiones habent; sed alij Carthaginiensibus, alij Thuscis; & Thuscis pro singulis eorum ciuitatibus alij, & alij. ᵏ Ex institutione sic: ᵒ Probus legislator, & administrator reipublicæ vnusquisque, ac tandem cuncti, quibus cordi est, bonis legibus ciuitatẽ temperari, ac gubernari; maximè soliciti sunt, vt omnes similiter ciues ab ineunte ætate rectè instituantur, oderint vitia, ament virtutes; sine qua institutione frustra bonas leges spectaueris: ᵏ nec Thusci autem de Carthaginiensibus, nec hi de illis, vtrũ virtutibus imbuantur, an vitijs; sintne iusti, an iniusti, quicquam curant; ᵒ dummodo communia pacta de non inferenda inter se iniuria, quibus vtrique tenentur, accuratè obseruent.

[Left margin: c. etenim. — c. Hetrusci, & Carthaginiẽses — d. — h. At — e. f. g. — e. — d. — f. — g. — h. neque. — h. per totum. — h. i. — K. per totum. — h. i. — K. per totum. — o. — K. l. m. — o.]

[Right margin: Syllogismus hypotheticus probans theorema huius loci, ducendo ad absurdum. — Connexum confirmatur expositione. — Assumpti ostensio multiplex. — Causæ ciuitatem vnã efficientes, magistratus; & leges; vel, caput legum, institutio cõmunis.]

SCHOLIA.

a. b. Neque bellicæ societatis causa, &c. *Repetenda sunt, vt in textus superioris initio, ita hic è textu quinquagesimosexto verba illa* { societatem inierunt, in vnumque coierunt. }

Vt à nullo iniuriâ afficiantur. *Ne homines iniusti, ne feræ bestiæ quietos eos læderent. Verbum, ἀδικοῖντο, accipe fusius pro lædere innoxios.*

Bellicæ societatis causâ, &c. propter permutationes, &c. *Hæ sunt duæ rationes, ex quibus viuere simpliciter ciuitatum condendarum causa fuit, & de ijs ad textum 16. primi libri multa annotauimus.*

b. Propter permutationes, & vsum mutuum. *Propter permutationes, & commercia,*

[Right margin: Syntaxis. — Expositio verborum. — Societas bellica, & permutatio causæ seu fines condendarum ciuitatum; vt viui in ijs posset. — Permutationis, & vsus mutui vocabula quid hic.]

mercia, & contractus omnis generis: tandem propter mutuas vtilitates, quas ex societate vitæ, & coniunctis habitationibus homines capiunt ad facilè, copiosèq́; paranda ea, quę vnicuique ad victum, cultumq́; desunt, & sunt necessaria.

Hetruscorum, & Carthaginiẽsium inter ipsos situs, & facilitas negotiandi.

Hetrusci, & Carthaginienses. *Oras maris mediterranei aduersas incolentes, facili nauigatione cõmercia inter se habebant, et alteri apud alteros negotiabãtur.* c

Tesserarum varij modi; & quæ propriè hic.

Omnes, quibus sunt inter se tesseræ. *Signa, & notæ, grecè σύμβολα, vel pactionum pro mercatura exercenda, vel fœderum pro belli societate. vtraque publicè dabantur, constabantq́; vel ex ligno, vel ex alia materia certo modo conformata, & insignita literà, numero, imagine. quarum tesserarum meminit etiam suprà Philosophus in tex. 2. Fuerunt & aliæ tesserę his similes, vt hospitales, numaria, frumentarię. Fuerunt & tessera bellica: sed hæ certę voces, non ligna, aut metalla.* d

Duplex expositio huius loci.

Neque magistratus omnibus communes propter hæc creati sunt. *Huius loci duplex est interpretatio ob vocem illam, ἐπὶ τούτοις. quam alij, vt Lambinus, pro causali conditione accipiunt, ad hunc modum:* § Non quia sint illis populis tesseræ; & pacta, & fœdera inter se; ἐπὶ τούτοις, hoc est iccirco sunt ipsis omnibus communes constituti magistratus. § *Alij accipiunt eam propriè, vt definiat, & arctet nomen magistratuum, hoc modo:* § Non sunt creati omnibus illis populis communes aliqui magistratus ἐπὶ τούτοις propter hæc, quæ dicta sunt, vt de ijs scilicet iudicent. § *Ego ambas expositiones coniunxi: & in secunda argumentum à maiori expressi.* b

Synesis.

Nec quo modo eorum, &c. Nemo iniustus fuerit, nec improbitatem vllam habebit. *Nec curant alteri qua ratione fieri possit, vt alterorum nemo iniustitià, nemo vllo alio vitij genere inquinetur. Verba autem futuri temporis,* § fuerit, habebit, § *notant ciuium institutionem primam, quę mores formet, firmissimum legum fundamentum, & caput.* l.m.

Ponderantur verba [cogitant,] & [de uirtute.]

De virtute autem, & vitio ciuili diligenter cogitant, &c. *Vt ciues sui virtutibus excolantur, vitia auersentur. His autem indicare incipit theorema sibi propositum, & in sequenti textu concludendum, quod est minor demonstrationis vniuersæ horum octo textuum: hoc est virtutem esse finem, qui inuestigatur, ciuitatum, summum, & prestantissimum.* e

Argumentum Textus LIX.

[b] *Finem illum præstantissimum, quem sibi proponere tanquam formam in ciuitatem inducendam, curareque maximè is, qui ciuitatem constituit, debet, esse virtutem, concluditur duobus argumentis:* [c] *vno per locum à iudicio, in textu superiori expresso;* [d] *altero, qui in hoc explicatur, per locum à definitione.* b.c. a.b.c. d.e.

Tex. 59.

[a] Ex quo etiam manifestum est, [b] ei, quæ re vera, non sermonis gratiâ, ciuitas nominetur, [c] virtutis curam esse oportere. [d] hæc enim societas fit societas bellica, [e] ab alijs belli socijs procul sitis loco tantùm differens.

[a]Ἦ καὶ φανερὸν, [b]ὅτι δεῖ περὶ ἀρετῆς ἐπιμελὲς εἶναι, [c]τῇ γ' ὡς ἀληθῶς ὀνομαζομένῃ πόλει, μὴ λόγου χάριν. [d]γίνεται γὰρ ἡ κοινωνία συμμαχία, [e]τῶν ἄλλων τόπῳ διαφέρουσα μόνον τῶν ἄποθεν συμμάχων.

EXPLANATIO.

Primum argumentū.

a.b.c. [a]PRIMVM argumentum à iudicio. [a]Dictum est in fine textus superioris, † de virtute, vitioque ciuili diligenter cogitare, istud arcendo, illam accersendo, quicunque rectæ legum constitutionis curam habent, idest probos legumlatores, administratoresque, & amatores ciuitatum: [a]ergo hi omnes iudicant, virtutem, & vsum virtutis esse finem illum præstantissimum, &c. [b]ergo, &c. [d]Secundum argumentum à definitione. [d]Id, quo præsente verè est, & nominatur ciuitas; & quo absente non est, nec verè nominatur; est finis ille præstantissimus, quem sibi proponere, tanquam formam in ciuitatem inducendam, curareque maximè is, qui ciuitatem constituit, debet: [d]virtus est id, quo præsente, &c.: ergo, &c. † Maior est definitio, vel pars definitionis præstantissimi finis, qui tanquam forma inducenda, & causa formalis rei, cuius appellatur finis, cuiuis quiduis agenti est proponendus. [d]Minor probatur per locum à repugnantibus hoc pacto. [d]Nisi per institutionem rectam à moderatoribus ciuitatis inducantur in eam, maximaque cura adhibeatur, vt perpetuò adsint probi mores, ac tandem virtus, quæ sola animos simul habitantium conciliare, coniungereque inter se potest, mutuam beneuolentiam, amicitiamque ingenerando, vnde omnis ciuitatis connexio, ac perfectio pendet: [d]efficietur sanè pro vna ciuitate cœtus confusus, permixtusq; hominum mutuò se infestantium, atque interimentium: vel, vt quàm optimè secum agatur, efficietur pro vna ciuitate societas quædam bellica, pactis, & legibus quibusdam duntaxat firmata, de non inferendis inter vocatos ciues, & externorum communiter propulsandis iniurijs; [e]nec alia re vlla differens à propriè appellatis societatibus bellicis fœderatarum ciuitatum, nisi quòd illæ multarum hominum multitudinum locis disiunctarum societates sunt; hæc esset vnius multitudinis in eodem loco habitantium.

Argumentum secundum.

d. hæc societas fit belli societas.

Ciuitas sine virtute non est ciuitas; sed cœtus hominum confusus, & societas quędam bellica.

SCHOLIA.

Expositio uerborum.

b. Ei, quæ re vera, non sermonis gratiâ ciuitas nominetur. *Quæ non solum nomine, & contradicendi studio, vt Sophistæ solent, ciuitas vocetur; sed sit verè, proprieq; ciuitas. Ciuitatem autem accepit pro ciuitatis moderatore, & auctore .s. qui in hoc totus esse debet, si modo ueram, non fictam, & falsam constituit ciuitatem: vt ciues suos ducat ad uirtutes; abducat à uitijs.*

Ciuitatis moderatoris munus præcipuū.

d. Fit societas bellica. *In societate bellica fortasse comprehenditur communio permutationis. fœderatis enim ciuitatibus negotiari, & permutare inter se res omnes, sicut ciuibus unius ciuitatis, plerunque licet: non est tamen hoc necessarium.*

In societate bellica an comprehendatur permutatio.

Dubitationis

Argumentum Textus LX.

Dubitationis cuiusdam de legibus contra theorema in superiori textu conclusum emergentis oppressio.

Tex. 60. [a] Et lex pactum est; [b] atque, sicut Lycophron sophista dixit, sponsor inter ipsos rerum iustarum: [c] sed non est talis, vt ciues efficere bonos, ac iustos possit.

[a] Καὶ ὁ νόμος συνθήκη, [b] καὶ καθάπερ ἔφη Λυκόφρων ὁ σοφιστής, ἐγγυητὴς ἀλλήλοις τῶν δικαίων: [c] ἀλλ' οὐχ οἷος ποιεῖν ἀγαθοὺς καὶ δικαίους τοὺς πολίτας.

Var. Lect.: καὶ καθάπερ: *In Aldin. & Isingr. deest coniunctio* καὶ. *quam nec Vetus interpres quidem, nec Aretinus habuerunt. At Lambinus, & Genesius eam vertunt, cum quibus consentio hanc meliorem scripturam esse.* b.

EXPLANATIO.

Dubitatio.

Legum uis ad ciuitates conseruandas, vitia pellenda, virtutes inducendas.

[a] Dubitaverit fortasse quispiam aduersus id, quod in superiori textu de summo ciuitatum fine est constitutum, ad hunc modum. Vocantur leges, de rectis loquor, vincula, & firmamenta ciuitatum: legibus pellimur à vitijs, agimur ad virtutes: conditores omnes, & auctores, moderatoresque ciuitatum in sanciendis legibus, muniendisq́; vt in perpetuum, si fieri possit, obseruentur, vel solùm, vel maximùm studium ponunt. cur ergo non dicimus leges vel solas, vel vnà cum virtutibus esse ciuitatum, & auctorum earum finem: quas quidem leges efficere, conseruareque, quandiu ipsæ seruantur, ciuitates, & virtutes videmus; easdemque secum trahere ad interitum, quom abolentur? Verùm ad hoc respondetur:

Responsio ad dubitationem.

[a] Legem esse quidem pactum conuentum, [b] & sponsorem, quemadmodum Lycophron sophista dixit, rerum iustarum inter eos, qui ad talem legem, siue tacentes, siue loquentes, consenserunt, [c] & in vniuersum rectarum omnium actionum: [c] non tamen per se sine institutione, assuefactioneque ad probos mores efficere ciues viros bonos, ac iustos posse. quamobrem solas ipsas virtutes pro summo fine, & quasi forma, vel causa formali ciuitatis sibi statuere, eò ducere ciues suos per assuefactionem, & doctrinã, cuius pars quædam leges sunt, ciuitas ipsa, eiusque administratores, & studiosi omni ope, industriaque debent. † Voco autem quasi formam, & causam formalem in commentatione horum octo textuum, quemadmodum græci interpretes in logicis libris, præsertim in secundo Posteriorum analyticorum, id, cui res, cuius quasi forma, causaque formalis dicitur, vt existat, & permaneat, refert acceptum. de quo aliâs.

Formæ, & causæ formalis vocabulum qd in his textibus.

Lycophron

SCHOLIA.

b. Lycophron sophista. *Hunc esse Lycophronem sophistam puto, cuius meminit etiam Philosophus in exitu primi libri Sophisticorum elenchorum; & hunc eundem, quem scripsit, sub initium primi Naturalium, verbum* { est } *ab oratione abstulisse; & quem, in exitu octaui Primæ philosophiæ, retulisse vnitatis rerum causam ad copulam. Fuit alter Lycophron Chalcidensis, grammaticus, & scriptor tragœdiarum, quarum nomina ponuntur à Suida. Huius poetę fortaße fuerunt nomina illa duplicia, quę in exemplum primi generis frigorum afferuntur in tertio libro artis Rhetoricæ.* Lycophron sophista. Lycophron grãmaticus, & poeta.

Sponsorem inter ipsos rerum iustarum. *Dixit Lycophron sophista, legem in ciuitate esse sponsorem, ac fideiussorem rerum iustarum, idest iura seruatum iri inter eos, qui eadem lege tenerentur.* Expositio verborum.

Inter ipsos. *Inter ciues eiusdem ciuitatis, qui ijsdem legibus tenentur; quas approbarunt vel suffragio, commendationeue aperta, vel silentio consentientes.* Expositio verborum.

Argumentum Textus LXI.

a. [a] *Confirmantur ea, quæ in superioribus textibus, 57. 58. 59. sunt de-*
b.c. *monstrata:* [b] *Nec loci communionem scilicet vel solam,* [c] *vel adiunctà*
d. x. *ad eam connubiorum communione;* [d] *nec societatem bellicam, ut ne*
g. ad m. & inde. *à quoquam iniuria afficiamur;* [g] *nec permutationem rerum, & operarum, vsumq; mutuum hominum, seu separatim, seu coniunctim habitantium;*
m. per totam [m] *nec omnia ista simul sine virtute efficere ciuitatem vnam posse: quod est non esse hæc finem illum præstantissimum ciuitatis, qui est eiusdem tanquam forma, & causa formalis. Argumentatio communis ab expositione, vel per syllogismum expositorium.*

[a] Hoc autem modo rem se habere, est manifestum.[b] Si quis nanque etiam loca in vnum conducat, vt se tangant mœnibus Megarensium ciuitas, & ciuitas Corinthiorum: [c] tamen non erit vna ciuitas; [d] nec si cõnubia quidem inter se inirent; [e] quanquam est hæc è proprijs ciuitatum communionibus. [f] Similiter verò neque si aliqui seorsum quidem habitarent, non tamen tam longè, vt communicare inter se non possent; [g] sed si forent ipsis leges, ne inter se in commutationibus iniurias facerent; [h] verbigratia si alius quidem faber esset, alius autem agricola, alius autem sutor, alius autem aliud quippiam tale; [i] essentque numero decies mille, [k] non tamen vllius cuiusquam rei communionem haberent, præterquam istarum, permutationis scilicet, & bellicæ societatis: [l] ne sic quidem Tex. 61.

esset ciuitas.[m] Quam tandem ob causam?[n] non enim certè ob non propinquam communicationem. [o] nam si etiam vnum in locum conuenirent ita communicantes; [p] vnusquisque tamen sua domo vteretur tanquam ciuitate; [q] & se inuicem, quasi belli societas esset, auxilio iuuantes aduersus eos duntaxat, qui iniurias inferrent; [r] ne sic quidem ciuitas esse diligenter consyderantibus videretur; [s] siquidem similiter inter se versarentur congregati in vnum locum, & seorsum.

[a] Ὅτι δὲ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, φανερόν. [b] εἰ γάρ τις καὶ συνάγοι τοὺς τόπους εἰς ἕν, ὥστε ἅπτεσθαι τὴν μεγαρέων πόλιν, καὶ κορινθίων τοῖς τείχεσι: [c] ὅμως οὐ μία πόλις. [d] οὐδ' εἰ πρὸς ἀλλήλους ἐπιγαμίας ποιήσαιντο. [e] καίτοι τοῦτο τῶν ἰδίων ταῖς πόλεσι κοινωνημάτων ἐστίν. [f] ὁμοίως δ' οὐδ' εἴ τινες οἰκοῖεν χωρὶς μὲν, μὴ μέντοι τοσοῦτον ἄποθεν ὄν, ὥστε μὴ κοινωνεῖν. [g] ἀλλ' εἴησαν αὐτοῖς νόμοι τοῦ μὴ σφᾶς αὐτοὺς ἀδικεῖν περὶ τὰς μεταδόσεις [h]. οἷον, ὁ μὲν εἴη τέκτων, ὁ δὲ γεωργὸς, ὁ δὲ σκυτοτόμος, ὁ δ' ἄλλο τι τοιοῦτον. [i] καὶ τὸ πλῆθος εἶεν μύριοι, [k] μὴ μέντοι κοινωνοῖεν ἄλλου μηδενὸς, ἢ τῶν τοιούτων, οἷον ἀλλαγῆς, καὶ συμμαχίας: [l] οὐδ' οὕτω που πόλις. [m] διὰ τίνα δήποτ' αἰτίαν; [n] οὐ γὰρ δὴ διὰ τὸ μὴ σύνεγγυς τῆς κοινωνίας. [o] εἰ γὰρ καὶ συνέλθοιεν οὕτω κοινωνοῦντες. [p] ἕκαστος μέντοι χρῷτο τῇ ἰδίᾳ οἰκίᾳ, ὥσπερ πόλει. [q] καὶ σφίσιν αὐτοῖς, ὡς ἐπιμαχίας οὔσης, βοηθοῦντες ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας μόνον: [r] οὐδ' οὕτως ἂν εἶναι δόξειε πόλις τοῖς ἀκριβῶς θεωροῦσιν: [s] εἴπερ ὁμοίως ὁμιλοῖεν συνελθόντες, καὶ χωρίς.

Var. Lect. Τοσοῦτον ἄποθεν ὄν. *Verbum hoc ὄν, quod in Aldin. & Isingr. legitur, Vetus interp. Aret. Genes. Lamb. in versionibus suis non expresserunt.* f.

Ἀλλ' εἰ εἴησαν. *Ad oram Causob.* ἀλλ' εἰ εἴησαν. g.

Ὡς ἐπιμαχίας. *Ad eiusdem libri oram,* ὡς συμμαχίας. q.

EXPLANATIO.

Communio loci, ex qua simul uiuitur, per se sola non facit unā ciuitatem, [illegible] nō est hæc alle ciuitatum præstantissimus.

[b] Primvm de communione loci sic ostenditur. Si quis duo loca, eum, in quo Megarensium, & eum, in quo Corinthiorum vrbs est sita, in vnum contraheret vnà cum populis suis, ita vt mœnia illarum vrbium cohærerent inter se, & continuarentur; nec tribueret ipsis cōmunes magistratus, communem institutionem, & tandem virtutem communem; non efficeret profectò è duabus vnam ciuitatem; immò duæ nihilominus, sicut antè erant, permanerent: [d] nec si connubiorum ius quidem, quæ vna est è proprijs vnius ciuitatis communicationibus, populis illis vnum in locum ad habitandum conductis daret; quicquàm profecerit. Huius assumpti vtraque pars, & quæ est de sola loci communione, & quę est de ea iuncta cum communione connubiorum, proponitur tanquam per se nota. Continentur autem in hoc assumpto maior, & minor propositio syllogismi expositorij. Maior: Corinthios, & Megarenses (ex hypothesi) eodem in loco, & coniunctè habitare vel sine communione connubiorum, vel cum ea. Minor: Corinthios, & Megarenses sic coniunctos non esse vnam ciuitatem. Sequitur conclusio: ergo loci communio nec per se sola, nec adiunctâ ad eam communione connubiorum, sine magistratibus, institutione, virtute communi, efficere ciuitatem vnam potest. b. c. d. e.

Nec si connubiorum quidem ius, & cōmunio ei adiungatur.

Societas bellica, & permutatio non faciunt unam ciuitatē:

[f] Secundum de societate bellica, & tertium de permutatione, vsque mutuo f. & inde per totum.

mutuo hominum, conuenienti multitudine ad ciuitatem constituẽdam, separatim, simulúe habitantium, similiter ostenduntur per expositionem. [f] De separatim habitantibus igitur primò. [i] Proponuntur decem millia hominum, multitudo conueniens constituendæ ciuitati: [f] qui seorsum habitent; nec tamen locis ita distantibus, vt communicatio, & vsus mutuus excludatur. [k] permutent hi operas, & res inuicem pro cuiusque indigentia; [h] alio aliud opus tractante, aliam artem exercente è necessarijs, † ex quo etiam ad virtutes non essent idonei: [g] atque habeant, vt hic mutuus vsus perduret, certas leges de non inferenda inter se iniuria in permutando; [k] habeant & fœdera de belli societate: [k] nihil aliud ipsis sit commune, non magistratus, non institutio, non virtus: [l] certum est, ex ijs hominibus fieri, aut constare ciuitatem vnam non posse. ergo, &c. [m] Dices euenire hoc, vt fieri ex istis decem hominum millibus ciuitas nequeat, quoniam è longinquis locis sit ipsis permutationis, & bellicæ societatis cum legibus, fœderibusq; suis communio. [o] Addas ergo ad hęc etiam communionem, & vnitatem loci; vt simul in eodem loco habitent, permutatione, & societate bellica inter se coniuncti, quod reliquũ erat ostendere: † addas, si placet, & communionem connubiorum: [p] cæterùm non sine ipsis vlli magistratus communes, non institutio, non virtus, qua quidem virtute institutio, magistratusque diriguntur: sed vtatur vnusquisq; domo sua, tanquam ciuitate, leges dans filijs, & vxori, quemadmodum de Cyclopibus Homerus scripsit: [t] profectò necdum erit ciuitas: [u] nihilque, quod ad eam constituendam attinet, interfuerit, viuantne isti separati, an congregati; illis duntaxat, quæ expositę sunt, similibusque quibusdam alijs rebus inter se communicantes.

Margin notes: f. ad m. — K. permutationis. — ex m. n. — o. q. — † Ex superiori d. — ideoq; nec finis sunt ciuitatum præstantissimus, qui earum est tanquam forma. — Si homines ex quibus constare ciuitatẽ velis, habitent separatim. — Si habitent in eodẽ loco. — Si inter ipsos sit connubiorum communio.

SCHOLIA.

a. Hoc modo rem se habere. *Ea, quę suprà sunt constituta in tex. 57. 58. 59: nec bellicæ societatis gratià, nec commutationis (de his duobus solum loqui hic Philosophum D. Thomas, & alij putant) nec simul viuendi, (quod fortè communio, vnitasq; loci nunc appellatur) institutam esse ciuitatem. ex quibus intelligitur, bene viuendi gratià eam esse institutam.* — Expositio horum verborum duplex.

b. Megarensium ciuitas, & ciuitas Corinthiorum. *Agri finitimi; sed vrbes stadia circiter quingenta inter se distantes. Corinthus in Peloponneso ad Isthmum sita; Megara in Attica.* — Megara, & Corinthus vrbes.

Vt se tangant mœnibus. *Vel idem murus ambabus circundetur, vt ait D. Thomas.*

c. Tamen non erit vna ciuitas. *Ciuitas, & vna ciuitas non res diuersas significant; sed eandem, licet diuersa ratione; sicut vnus homo, & homo. de qua re vide tertium textum quarti libri Diuinæ Philosophiæ.* — Ciuitas, & vna ciuitas idem sunt.

e. Est hæc è proprijs ciuitatum communionibus. *Athenis, & Spartæ, & fortè etiam in alijs Gracię ciuitatibus connubia inter ciues, & externos vetita erant. si quis peregrinam vxorem duxisset: ex ipsis nati filij non pro iustis liberis, sed pro nothis habebantur, nec numerabantur inter ciues. Ius idem Romanis: vt non essent iustæ nuptiæ, nisi quę à ciuibus inter se contraherentur; aut cum ijs externis, quibus, vel quia ciuitate iam donati forent, vel rogatione aliqua, id beneficij fuisset impertitum: Connubiorum ergo communio vna erat è communionibus maximè* — Ius connubiorũ Athenis, Spartæ, Romæ.

ximè proprys vnius ciuitatis: quandò ciuitatis eiusdem duntaxat ciues, non diuersarum, iungi inter se matrimonio permittebantur.

Ciuitatis iustæ magnitudinis quot homines habere debeat.

Essentque numero decies mille. *Quot putantur esse satis ad ciuitatem iustæ magnitudinis constituendam.*

Dubitatio aduersus hæc verba.

Solutione.

Aduersus eos duntaxat, qui iniurias inferrent. *Cur solum aduersus istos? nonne potest bellica societas iniri ad imperium propagandum, ad gloriam consequendam? Certè potest. sed hic de societate bellica loquimur, quæ sit causa ciuitatis instituenda, & conseruanda. quantum verò prodest ad incolumem retinendam ciuitatem, vt habitatores coniunctis viribus eos, qui se iniuria lacesserent, repellant: tantum obest, si ipsi alios lacessant, à quibus nulla sint affecti iniuria. Victorius tamen aduerbio, duntaxat, excludi putat non eos, qui non inferrent iniurias, sed eos, qui opem ferrent ad animum ornandum, & contra vitia muniendum: quod quidem beneficium à veris ciuibus, optimisq́; institutis capiatur.*

Argumentum Textus LXII.

Colliguntur, & nouisq́ue argumentis corroborantur ea, quæ in superioribus quinque textibus de fine præstantissimo, qui idem est tanquam forma, & causa formalis ciuitatum, sunt disputata: [b] *Non loci communionem;* [c] *non tuitionem ab iniurijs vnà etiam habitantium, nedum externorum:* [d] *non rerum, & operarum mutuationem:* [l] *non communionem connubiorum;* [f] *non omnia hæc simul esse finem eiusmodi propter quē ciuitates constituuntur, & conseruantur:* [e] *sed esse hæc omnia veluti fundamenta quædam, & res necessarias, sine quibus nulla ciuitas existere, permanereùe queat:* [g] *finem autem illum esse bene viuere, hoc est* [u] *viuere ex virtute,* [t] *& fœliciter,* [u] *ac tandem virtutem, actionemq́ue ex virtute Loci argumentorum* [g] *à definitione,* [e] *à diuersis,* [k] *ab actibus,* [k] *à destinatis,* [o] *à causis,* [q] *à diuisione.*

b.y. c. d. l. f. e.c.h.i. g.q.per totum. u. t. u.x. g.f. ex e.r. K.& inde. K.& inde. o.p. q.r.

Tex. 52.

[a] Manifestum ergo est, [b] ciuitatem non esse loci communionem, [c] neque vt inter se non afficiant iniurijs, [d] neque permutationis gratiā. [e] Sed hæc quidem adsint, necesse est, siquidem futura est ciuitas: [f] non tamen etiam si hæc omnia adsint, iam ciuitas erit: [g] verùm ipsa bene viuendi societas, & domibus, & generibus vitæ perfectæ, sibiq́ue sufficientis gratiā. [h] hoc autem non erit, nisi vnum, & eundem incolant locum, [i] & connubijs vtantur. [k] proinde & funerum, nuptiarumq́ue pompæ institutæ in ciuitatibus fuerunt, [l] & sodalitates, [m] & sacra, [n] & iucundæ simul viuendi consuetudines. [o] hoc tale autem amicitiæ est opus. [p] electio enim simul viuendi est amicitia. [q] ergo finis quidem ciuitatis est bene viuere: [r] hæc autem sunt finis gratiā. [s] ciuitas verò est generum,

& vico-

& vicorum communio vitæ perfectæ, ac sibi sufficientis. [t] hoc autem est, vt dicimus, viuere fœliciter, [u] & honestè. [x] honestarum igitur actionum gratiâ, ponendum est, esse ciuilem societatem; [y] non autem simul viuendi.

[a] φανερὸν τοίνυν, ὅτι [b] ἡ πόλις οὐκ ἔστι κοινωνία τόπου, [c] καὶ τοῦ μὴ ἀδικεῖν σφᾶς αὐτοὺς, [d] καὶ τῆς μεταδόσεως χάριν. [e] ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν, εἴπερ ἔσται πόλις; [f] οὐ μὴν οὐδ' ὑπαρχόντων τούτων ἁπάντων, ἤδη πόλις: [g] ἀλλ' ἡ τοῦ εὖ ζῆν κοινωνία καὶ ταῖς οἰκίαις, καὶ τοῖς γένεσι ζωῆς τελείας χάριν, καὶ αὐτάρκους. [h] οὐκ ἔσται μέντοι τοῦτο, μὴ τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα κατοικούντων τόπον, [i] καὶ χρωμένων ἐπιγαμίαις. [k] διὸ κηδεῖαί τ' ἐγένοντο κατὰ τὰς πόλεις, [l] καὶ φατρίαι, [m] καὶ θυσίαι, [n] καὶ διαγωγαὶ τοῦ συζῆν. [o] τὸ δὲ τοιοῦτον φιλίας ἔργον. [p] ἡ γὰρ τοῦ συζῆν προαίρεσις φιλία. [q] τέλος μὲν οὖν πόλεως τὸ εὖ ζῆν: [r] ταῦτα δὲ τοῦ τέλους χάριν. [s] πόλις δὲ ἡ γενῶν, καὶ κωμῶν κοινωνία ζωῆς τελείας, καὶ αὐτάρκους. [t] τοῦτο δ' ἐστίν, ὡς φαμὲν, τὸ ζῆν εὐδαιμόνως. [u] καὶ καλῶς. [x] τῶν καλῶν ἄρα πράξεων χάριν θετέον εἶναι τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν, [y] ἀλλ' οὐ τοῦ συζῆν.

EXPLANATIO.

a.b.c.d. [a] INFERTVR, tanquam conclusio in textu superiori demonstrata; Communionem loci; Tuitionem à mutuis simul habitantium iniurijs, subaudi { *tanto magis ab iniurijs externorum* }; Commutationem pro indigentia innicem rerum, & operarum, [i] adde, de qua infrà, Communionem connubiorum, nec per se singula, nec plura, aut omnia simul; esse [b] finem ciuitatis præstantissimum, qui eiusdem est quasi forma, & causa formalis, quemadmodum suprà ad tex. 60. hæc nomina declarauimus. Confirmari autem conclusio hæc rursus per ea, quæ in hoc textu dicentur, posset tribus argumentis; duobus à diuersis; tertio à definitione. A diuersis sic: nam [e] si ista quatuor, Communio loci, Tuitio ab iniurijs, &c. pro fundamentis quibusdam, & rebus necessarijs ciuitatis sunt reputanda, quod proximè ostendetur; sequitur planè non esse ea ciusmodi finem. idem sequitur, [q] si beneuiuere, seu virtus est talis finis: vt probabitur de integro in fine textus: quum probatum etiam sit suprà in textu 59. A definitione verò sic: quoniam † finis, qui etiam quasi forma, & causa formalis eius rei est, cuius dicitur finis; definiatur esse id, quod si adsit, res illa verè est, & nominatur; si non adsit, non est, nec verè nominatur; vt suprà quoque ad textum 59. annotauimus: [f] non sit autem ciuitas statim, atque quatuor ista, Communio loci, Tuitio ab iniurijs, &c. affuerint.

e. i.

e. b ciuitas nō est societas.

e. e.

e. q. & inde.

†

t.

Prima pars theorematis: Cōmunio loci, Tuitio ab iniurijs, Permutatio rerum, & operarum, & Connubiorum communio nec singula, nec plura, aut omnia simul sunt finis ille præstantissimus ciuitatum, quem inuestigamus.

e. e. Subiungitur, Quatuor ista, quæ eiusmodi finis ciuitatis non sint, [e] esse tamen eius veluti fundamenta quædam, ac res necessarias, sine quibus constare ciuitas nequeat. Hoc probatur bifariam nominatim de loci, & connubiorum communione: † de his enim fortasse quis dubitaret. et de loco quidem hoc modo: si multi homines, quot constituere ciuitatem vnam possunt, diuersa distantiaque inter se loca incolentes, sicut Arcades olim; congregarentur in vnum statis temporibus ad consultandum, & decernendum de rebus communibus; essetne illa hominum multitudo ciuitas nominanda. de connubijs autem sic: vtrum ciuitatis amitteret nomen, cuiuscunque vrbis habitatores filias suas aliarum ciuitatum viris locarent in matrimonium, ipsi exteras vxores ducerent, quemadmodum se-

Secunda pars theorematis: Sunt ea ciuitatis veluti fundamenta, & res necessariæ, sine quibus illa non consistit. Pars ista theorematis probatur nominatim de loci, & connubiorum communione, & quare.

dum semel, domesticis carentes, Romani fecerunt. † Sine tuitione verò ab iniurijs, & sine mutuatione rerum, & operarum non esse ciuitatem nemo negaret: consentientibus omnibus, ambas illas ciuitatum condendarum causas primas fuisse, vt in exponendo textu 16. primi libri declaraui. [g] Primum igitur argumentum de communitate loci, & connubiorum sumitur à definitione ciuitatis tradita in eodem textu primi libri. [g] Ciuitas, dicebatur ibi à Philosopho, est societas è multis vicis perfecta vsque adeo, vt omnis sufficientiæ summam habeat, constituta viuendi, & permanens beneuiuendi gratiâ. E multis vicis, per hanc definitionem, societas ciuitas est: planum est ergo eam esse societatem domorum, & generum: siquidem è domibus multis vicus iungebatur; eratq; propagatio, seu soboles, ac veluti colonia ipsius domus, tex. 11. & 12. eiusdem primi libri.[h] Quòd si domorum, & generum, [g] vt bene viuant, est societas ciuitas: [k] iam liquet res necessarias ciuitati, & instar fundamentorum eius esse, vt in vno eodemque loco habitent, connubiaq; inter se iungant homines, ex quibus ipsa constat. [i] quæ enim domorum, & generum esse societas posset: nisi affinitatibus, & matrimonijs mutuis deuincerentur? [h] aut quo pacto, vt bene viuerent, hoc est vt rectè educarentur, instituerenturque ad virtutes, actionesque virtutum, & tandem ad fœlicitatem, in quibus positum est bene viuere; consequerentur homines illi ex talibus societatibus, coniunctionibusque domorum, & generum, seu familiarum, & gentium: si loca singuli diuersa, remoti à se procul, incolerent? [k] Secundum argumentum propriè de communione loci ducitur ab actibus ciuitatis ad hunc modum. In ciuitatibus penè cunctis cernuntur, tanquam res necessariæ ad eas conseruandas, ciuesque alios alijs notos, & beneuolos reddendos (id quod multas vtilitates continet, vt aliâs declarabitur) [k] funerum, nuptiarumque pompæ, [l] sodalitates, [m] sacra, [n] iucundæ ciuium inter se consuetudines, & conuictus, ac cætera talia, quæ conuentu, congregationeq; multorum celebrantur: [k] hæc verò omnia à communione vitæ, quæ simul, idcircoque necessariè in eodem loco traducitur, proficiscuntur; [p] quippe vna viuendi, idcircoque necessariè in eodem loco viuendi propositum, & electio amicitia est; [o] atque hæc omnia, funerum, nuptiarumque pompæ, sodalitates, & cæt. sunt amicitiæ vel perfectæ vel inchoatæ tam inter bonos, quam inter malos munera, & opera; quorum vtrunq; in exitu noni libri ad Nicomachum est demonstratum: [h] ergo loci communio est res necessaria, & tanquam fundamentum, firmamentumque ciuitatis, sine quo constare ipsa non potest. Hoc secundum argumentum, & verba huius partis textus planissimè ita explicarem. Acutiùs autem consyderanti duo alia argumenta ex ijsdem occurrunt: vnum à causis de loci item communione propriè: alterum à destinatis de communione loci, & connubiorum simul. [k] Istud à destinatis est tale: [h] Hæc, quæ, tanquam res necessariæ, in ciuitatibus cernuntur, nuptiarum scilicet, funerumque pompæ, sodalitates, & cætera, ideo instituta sunt, vt ciues in eundem locum sæpe conueniant, & congregentur ad mutuos vsus faciliùs sibi praestandos, ad familiaritates, & amicitias iungendas, ad notitiam omnium inter se creandam, vnde & magistratus, & reliqua ciuitatis munia conuenienter tribuantur, & matrimonia conficiantur, de qua re Plato in medio sexto de Legibus: si ergo illa, nuptiarum, funerumque pompæ, sodalitates, & cætera, quæ ad loci, connubiorumque

Primum argumentum probans secundà hac partem theorematis nominatim de loci, connubiorumque communione.

Secundum argumentum probans eandem secundam partem theorematis propriè de communione loci.

Duo alia argumenta eandem partem theorematis de loci, connubiorumque communione confirmantia. Primum horum duorum argumentorum de loci connubiorumque communione communiter.

g.

Ex g. & tex. 16. libri primi.

h. hoc asit non est.

g. bene viuendi.

k. i.

i. g. domibus, & generibus.

h. g. bene viuendi.

K. proinde, & inde.

K.

L.

m.

n.

K. proinde.

p.

o.

h. e.

Ex K. l. m. n.

Ex K. quapropter. n. beneuiuendi.

rumque communionem diriguntur, sunt necessaria ciuitatibus: ᵉ tanto magis hęc, ad quę illa diriguntur, erunt necessaria. ᵒ Alterum argumentum à causis esset huiusmodi. † Simul viuere non possunt, qui non in vno eodemque loco viuunt: ᵒ sed viuere simul est proprium, præstantissimumque amicitiæ opus, ex fine noni libri ad Nicomachum; ᵖ siquidem velle simul viuere amicitia est: † amicitia autem, vt alibi demonstratum fuit, est causa ciuitatū efficiens, & conseruans; sine qua, ob istam causam, constare vlla ciuitas nequit: ᵉ ergo nec sine communione quidem loci poterit. ᑫ Postremò probatur, bene viuere, hoc est fœliciter, honesteque viuere, & agere, ac tandem virtutem, & actiones ex virtute, seu actiones honestas esse finem illum ciuitatis præstantissimum, qui idem est eiusdem tanquam forma, & causa formalis. Probatio duplex. ᑫ Prior à diuisione. ʳ Nihil eorum, quæ dicta sunt, non loci communio, non tuitio ab iniurijs, & cæt. nec omnia simul sunt talis finis; sed cuncta ad ipsum diriguntur, vt est declaratum: ᑫ ergo beneuiuere solùm, & tandem virtus, actionesque ex virtute erunt eiusmodi finis. ᑫ Probatio posterior à definitione ciuitatis, & nominum quorundam expositione. † Definita est ciuitas in primo libro, vt antè diximus, quòd esset societas è multis vicis, familias, gentesque continentibus, atque ex ijs natis, adeo perfecta, vt omnis sufficientiæ summam haberet. Hanc tantam perfectionem in humana societate, vt sufficientiam (græcè αὐτάρκειαν) omnem vitæ contineat, nulla re præterea indigentis, nullamque desyderantis; ˢ seu vitam perfectam, καὶ αὐτάρκη, & sufficientem, quæ sibi, omnibus bonis cumulata, sit satis; ad formam ciuitatis ibi reuocauimus, quia sit pars formæ, & causa formalis, cum qua tollitur, & cum qua ponitur ciuitas vera, & perfecta. ˢ eadem vita perfecta, καὶ αὐτάρκης est finis ciuitatum summus, ac præstantissimus, quem in præsentia indagamus; cuius scilicet causâ ciuitas omnis, quæ verè, proprieque dicitur ciuitas, conditur, & conseruatur. † siquidem talis finis, & pars formæ, siue causa formalis, cum qua ponitur, & cum qua tollitur res, cuius est finis, idem sunt, vt suprà annotauimus. atque vnaquaq; demum in re finis summus vel est forma, vel aliquid formæ: sed finis vocatur, vt ad rem, tempusque futurum; forma vt ad præsens refertur. ᵗ Quum igitur vita perfecta, καὶ αὐτάρκης, idest quæ sibi est satis, omnibus bonis affatim instructa, & nullius rei indiga, sit finis ille præstantissimus ciuitatis, quem inuestigamus: ᵗ vita autem perfecta, καὶ αὐτάρκης, vt hoc vocabulum expositum fuit, idem prorsus significet, ᵗ ex consensu omnium, quod fœliciter viuere; ᵗ & fœliciter viuere idem prorsus, quod probè, seu honestè, ac tandem ex virtute viuere, quod est bene viuere, efficitur enim bene vnumquodq; suâ propriâ virtute, quæ omnia in primo, & decimo libro ad Nicomachum sunt declarata: ᑫ sequitur bene viuere, idest viuere, agereque ex virtute, ac tandem actiones ex virtute, quæ probę, honestæque actiones sunt, esse finem illum præstantissimum ciuitatis, & ciuilis societatis, quem inuestigamus.

Marginal notes (left): ex o. p. — † — ex o. — ex p. — † — ex o. — q. per totum. — q. r. — t. y. — q. — q. & s. per totū. — † Ex tex. 16. pri. lib. — s. g. — Ex g. vita perfecta, & sufficientia gratia. s. vita perfecta, & sufficientis. — † — In hoc, & in 59. com. — Ex s. g. vt supra. — t. — t. ut diximus. — t. & honestè. — Lib. pri. cap. 7. lib. 10. cap. 6. — q. e g. bene uiuendi.

Marginal notes (right): Secundum argumentum de communione loci proprie.

Tertia pars theorematis: Bene uiuere, hoc est uiuere fœliciter, tādem uirtus, actioq; ex uirtute, est finis ille ciuitatis pstantissimus, quem inuestigamus.

Probatio una huius tertiæ partis theorematis.

Probatio altera.

Loci com-

SCHOLIA.

Simul uiuere, & in eodem loco viuere.

Loci communionem. *Accipit Philosophus in hoc textu, loci communionem, & simul viuere,* ἐν παραλλήλῳ. *Simul viuere certè nequeunt, qui disiunctis loco viuunt. at in eodem loco viuentes non omnes fortasse simul viuunt: si angustiùs sumas vocabulum simul viuendi.* b.

Tuitio ab iniurijs, & societas bellica.

Neque vt inter se non afficiant iniurijs. *Vocabatur hoc suprà Societas bellica. & exponendus est locus per argumentationem à minori, vt in explanatione annotaui.* c.

Ad quas causas reduci possint quatuor res propositæ.

Sed hæc quidem adsint, &c. *Ad finem quendam ciuitatis, qui in alium dirigatur, & sit potiùs instrumentum, quàm finis, reducuntur permutatio, & tuitio ab iniurijs; locus ad materiam; connubia ad causam conseruantem, quæ est pars causæ efficientis.* d.

Loci communio, societas bellica &c. non sunt pars illa præstantissimi finis ciuitatis.

Non tamen etiam, &c. iam ciuitas erit. *Ergo nec cum virtute quidem sunt hęc finis, qui est tanquam forma, et causa formalis ciuitatis. nam si essent pars quantumuis exigua eiusmodi finis; secum partes alias; & quęcunque ad ciuitatem faciunt, traherent. quamobrem statim, atque existerent, vnà existeret ciuitas: vt de virtute, actioneq; virtutis euenit.* f.

Expositio verborum.

Verùm ipsa beneuiuendi, &c. *Subaud.* { est ciuitas. } *Societas ipsa, quę est inter familias, & gentes, beneuiuendi, hoc est vitæ perfectæ; & sibi sufficientis gratià, est ciuitas.* g.

Domus, & Genera.

Domibus, & generibus. *Quid sit propriè domus tam prima, quam secunda, dictum est sub initium libri primi. Ex vna domo in multas propagata stirpe genus exoritur; familia, & gens apud Latinos: quanquam ijsdem familiæ vocabulum* Tex. 10. & 11. *etiam vnam tantum domum solet significare. sed hæc Grammatici viderint. Genus autem, hoc est familia, & gens, quæ ab vna primùm domo in multas, tanquam in colonias exijt, iam vicus est: vt ex eodem loco primi libri est manifestum.* Tex. 12.

Expositio verborum.

Hoc autem non erit. *Hoc, quod proximè est dictum, vt sit societas domorum, & generum, vitam perfectam, sibiq; sufficientem ipsis tribuens.* h.

Locus communis, & proprius.

Nisi vnum, & eundem incolant locum. *Communem locum certis terminis circunscriptum. nam omnino vnum, & eundem eodem tempore vnus tantùm implet.*

Expositio verborum.

Hoc tale autem. τὸ δὲ τοιοῦτον. *Cuncta ea, quę dicta sunt: funerum, nuptiarumq; pompę, sodalitates, sacra, iucundę ciuium inter se consuetudines; & cętera, quæ sunt eiusdem modi, vt ludi omnes publici, supplicationes, triumphi, denique omnia congregandis ciuibus instituta, quorum alia apud alios populos genera, & modi.* a.

Expositio verborum.

Hæc autem sunt finis gratiâ. *Quanquam ea, quæ proximè ad probandum theorema inducta fuerunt, nuptiarum, funerumq; pompæ, & reliqua referuntur ipsa quoque ad finem ciuitatis: non tamen de ijs loquitur hic Philosophus; sed de superioribus, loci communione, inquam, tuitione ab iniurijs, permutatione, & connubiorum communione, quæ theorematis subiectum constituebant. Parem autem vim hęc verba habent,* { hæc autem sunt finis gratiâ }, *superioribus illis:* { sed hæc quidem adsint, necesse est, siquidem futura est ciuitas. } b.

Generum, & vicorum. *Familiarum, & gentium, quæ vicos faciunt.* c.

Vita perfecta sibique sufficiens, & fœliciter viuere idem.

Vt dicimus. *Argumentum ex communi consensu. siquidem & vulgus, & eruditi hoc consentiunt, bene viuere, ac tandem vitam perfectam, omnibusq; bonis cumulatam, ita vt ei nihil desit, idem esse, quod viuere fœliciter: quemadmodum* d.

ex

ex multis locis primi, & decimi libri ad Nicomachum planè liquet.

Lib. pr. c. 7. lib. 10. cap. 6. u. Et honestè καλῶς. *Idem esse viuere fœliciter, & honestè; vt sit fœlicitas vita, & actio ex virtute; demonstratum est in primo, & decimo libro ad Nicom.* Viuere fœliciter, & honeste uiuere idem.

y. Non autem simul viuendi. *Ex quatuor refutatis hoc solum repetit: nam hoc est fundamentum reliquorum. coniunctè enim in vno loco habitent necesse est; qui commodè, facileq́; tueri se ab iniurijs; mutuari inuicem res, & operas ad viuendum necessarias; connubijsq́; & affinitatibus iungi volunt.* Loci communio est aliorum trium propositorum fundamentu.

Argumentum Textus LXIII.

Indicatà rursus ex suo quodam principio propositione maiori demonstrationis in his octo textibus à 55. ad 64. institutæ; conficitur conclusio de vero æqualitatis inæqualitatisq́; personarum fundamento, pro cuius mensura, & modo, in singulis ciuibus hærente, distribui ijs debent administrationes, & commoda publica: Esse eiusmodi fundamentum virtutem, & maximè ciuilem; non libertatem, non genus, non diuitias, non quidquam aliorum, quæ ab alijs ponuntur, poniue possunt. Loci à coniugatis, & à definitione.

[a] Quapropter quicunque in talem societatem plurimum conferunt; [b] his plus ciuitatis impertitur, [c] quàm ijs, qui libertate quidem, & [d] genere æquales, [e] maioresúe sunt, [f] ciuili autem virtute sunt inæquales, [g] vel quàm ijs, qui diuitijs superant, [h] virtute verò superantur. Tex. 63.

[a] Διόπερ ὅσοι συμβάλλονται πλεῖστον εἰς τὴν τοιαύτην κοινωνίαν, [b] τούτοις τῆς πόλεως μέτεστι πλεῖον, [c] ἢ τοῖς κατὰ μὲν ἐλευθερίαν, [d] καὶ γένος ἴσοις, [e] ἢ μείζοσι, [f] κατὰ δὲ τὴν πολιτικὴν ἀρετὴν ἀνίσοις, [g] ἢ τοῖς κατὰ πλοῦτον ὑπερέχουσι, [h] κατ' ἀρετὴν δ' ὑπερεχομένοις.

EXPLANATIO.

ex a. quapropter. [a] Probatvm est hactenus nihil aliud, quam virtutem, actionemq́; ex virtute esse finem ciuitatis prçstantissimum, qui est eiusdem tanquam forma, & causa formalis. Syllogismus principalis demonstrationis in his octo textubus institutæ.

Ex f. lib. [f] Ergo virtus est verum æqualitatis, inæqualitatisque personarum fundamentum, pro cuius mensura, & modo, &c. Siquidem quæ res est talis finis; illa res est tale fundamentum. Pro hac maiori proponitur maior cuiusdam prosyllogismi eam confirmantis, quæ est Duo prosyllogismi probantes maiorem propositionē syllogismi principalis.

a. huiusmodi: [a] quicunque plurimum conferunt in ciuilem societatem, vt ipsa existat, & maneat; [b] ijs sanè plurimum, & plus, quam reliquis om-

b. & inde. nibus, honorum, commodorumque ciuitatis impertiendum est. Huic

† maiori, per se satis notæ, addatur minor item nota per se: † sed plurimum conferunt, imò penè vniuersum ij, qui finem præstantissimum, & quasi formam, ac causam formalem ciuitatis, efficientem ipsam, conser-

† uantemque conferunt. Sequitur conclusio: † ergo ijs, qui finem præstan-

 tissimum,

tissimum, &c. conferunt, plurimum, & plus, quàm reliquis omnibus, honorum, commodorumque ciuitatis est impertiendum. † ergo, per locos † à coniugatis, & à definitione, quæ res est finis ciuitatis præstantissimus, & tanquam forma, causaque formalis ipsius; illa res est verum æqualitatis, inæqualitatisque personarum fundamentum, pro cuius modo distribui debent administrationes, & commoda publica. quæ erat maior primi syllogismi demostrationis nostræ. Alio modo, & ad verba huius textus forsitan magis accõmodatè sic formare demostrationem posses. Eis, qui finem præstantissimum, &c. conferunt; plurimum, & plus, quàm reliquis omnibus, honorum, commodorumque ciuitatis impertiendum est: [f] sed virtus, actioque ex virtute, per ea, quæ suprà sunt constituta, est talis finis: [f] ergo eis, qui virtutem, actionemque ex virtute conferunt (atque sunt hi quidem ij, qui virtute, ciuili præsertim, sunt prædit) plurimum honorum, commodorumque ciuilium impertiendum est; & plus, quàm [c] æqualibus eis libertate, [d] aut nobilitate diuitijsq; vel æqualibus, vel superioribus, [h] si virtute duntaxat ab eis superentur. [f] ergo (per locos iterum à coniugatis, & à definitione) virtus ipsa, & maximè ciuilis est verum æqualitatis inæqualitatisque personarum fundamentum, pro cuius modo distribui debent administrationes, & commoda publica. quam diximus esse principalem conclusionem demostrationis in hisce octo textibus institutæ. Sunt enim coniugata conferens virtutem, & virtus. tum, impertiendum alicui esse plurimum honorum, commodorumq; ciuilium, est eum dignissimum esse, cui cõferantur, hoc est habere ipsum plurimum illius rei, pro cuius modo, & mensura sunt cõferenda, quę quidè res à nobis vocatur verum æqualitatis inęqualitatisque personarũ fundamẽtum.

Alius modus formandi demonstrationem, institutum in hoc, & in superioribus septé text.

Ex f. Ex f.

c. d.e.g. h. ex f.h.

SCHOLIA.

Expositio verborum.

Plus ciuitatis. *Plus honorum, & commodorum ciuitatis: & plus quidem, quàm* b. *reliquis, qui commemorantur; plurimum autem simpliciter, sicut ipsi plurimum in eiusdem societatem conferunt.*

Impertitur. *Proeo, quod est,* § impertiri decet, & par, dignumque esset sic facere. § *nam contrarium sæpe cernitur in ciuitatibus.* c.

Libertate quidem, & genere æquales, maioresúe. *Libertate æquales: genere hoc est nobilitate maiores, vel etiam æquales.* c.d.e.

Qui libertate sunt æquales. Qui diuitijs superant. *Primum contra democratię: secundum contra oligarchię fautores.* c.d.g.

Ciuili autem virtute. *Annotaui ad textum 16. primi libri, finem ciuitatis,* f. *& virtutem, quæ ad eum ducit, esse non solum actualem, verumetiam spectatiuam virtutem, & fœlicitatem. Atque de fine quidem confirmat sententiam illam nostram Philosophus planissimè in posteriori parte decimi libri ad Nicomachum, & sub exitum septimi huius operis. De virtute verò ad eum finem ducente, qua præditi esse ciuitatum institutores, moderatoresq; debent; si quis putet illam esse virtutem actualem duntaxat, & nullo modo spectatiuam; legat ea, quæ à Platone de Principe optimæ reipublicæ in quinto, sexto, septimo dialogo de Republica, hoc est à numero 127. ad 157. Partitionum nostrarum disputantur. Cur ergo hìc ciuilis, hoc est actualis tantùm virtutis à Philosopho nostro fit mentio? nempe quoniam hęc magis est necessaria, magisq; opportuna ad ciuitates instituendas, & gubernandas,*

Ciuitatis finis, & virtus, quæ ad eum ducit, sunt non solum actualis, sed etiã spectatiua fęlicitas, & virtus. & utro magis.

Cur ergo hìc ciuilis, hoc est actualis tantum uirtutis fit mentio.

quę eius

quæ eius propria opera sunt. Spectatiua verò, quanquam hæc maximoperè adiuuat, vt doctissimè, elegantissimeq́ declarat ibidem Plato, præcipuè in numeris 129. & 137. tamen officium habet multo excellentius, in altissimas res propriè intenta. Sed de his aliàs.

Argumentum Textus LXIV.

Conclusio totius capitis. Liquere iam per ea, quæ hactenus in hoc decimo capite tradita sunt, nec quod[a] pauperes, nec quod[a] diuites, de reipublicæ administratione inter se, & cum probis viris contendentes, pro iusto afferunt,[b] esse iustum verum, & solidum, sed partem quandam iusti, ac tandem iniustum: † totum autem, & verum iustum esse, quod afferunt probi viri.

[a] Omnes igitur eos, qui de rebuspublicis contendunt,[b] partem quandam iusti dicere; [c] ex ijs, quæ exposita sunt, est manifestum. Tex. 64.

[a] Ὅτι μὲν οὖν πάντες, οἱ περὶ τῶν πολιτειῶν ἀμφισβητοῦντες,[b] μέρος τι τοῦ δικαίου λέγουσι,[c] φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων.

EXPLANATIO.

Partem quandam iusti dicunt, non totum iustum; ideoque pro iusto iniustum proponunt tam oligarchiæ, quàm democratiæ auctores: quoniam, vt in textu 54. & 55. declaratum fuit, duarum quasi partium iusti distributiui de altera, quæ ad rerum distribuendarum æqualitatem, inæqualitatemque pertinet, rectè iudicant: in altera, quæ pertinet ad æqualitatem, & inæqualitatem personarum, hallucinantur; pro eius fundamento illi diuitias, hi libertatem statuentes. At probi, prudentesque viri, qui personas, ad participanda æqualiter, & inæqualiter munera, & commoda ciuitatis, virtute metiuntur, soli integrum, & verum iustum inducunt: quemadmodum à 55. vsque ad hunc textum est demonstratum.

Iustum distributiuum mutilum, ac tandem iniustum pro vero integroq; iusto proponunt tam oligarchiæ, quàm democratiæ fautores quomodo.

Probi viri, fautores rectarum rerumpublicarum totum id, & verū proponunt.

* [Series añ tex. 47.]

Meditatio tertia.

Capita quinque; XI. XII. XIII. XIV. XV.

Meditatio tertia. De summo Imperio, seu summa Potestate, aut Dominatu ciuitatis (de quo democratiæ, oligarchiæque fautores inter se, & aduersus veritatem contendebant, quiq́ est reipublicæ præcipua differentia,

ferentia, atque perfectio, qua essentia eius tum continetur, tum definitur) iure optimo uendicando, ac tradendo. Capita quinq; ab xj. ad xvij. Textus triginta septem, à 65. ad 102.

- *Propositio disputationis habenda.* } *Cap. XI. tex. 65.*
- *Quædam quasi velitatio: Quodnam è propositis sex generibus personarum, ac rerum, & septimo quodam, quod leges faciunt, summam in ciuitate potestatem habere, vtile, iustumque natura videatur, aut non videatur, aut magis, minusque videatur. Capita tria, xij. xiij. xiiij.*
  - *Afferuntur argumentationes, quibus aduersus sex proposita genera probari videatur, quodcunque eorum summam in ciuitate potestatem obtineat, iniustam rē esse, & perniciosam ciuitati.* } *Cap. XII. tex. 66.*
  - *Comparantur inter se, è sex hominum ciuilibus dominatibus paulo antè expositis, dominatus populi vniuersi, & dominatus optimorum paucorum; dilatis in alia loca reliquorum comparationibus.* } *Ca. XIII. tex. 74.*
  - *Comparatur vniuersè legum rectarum dominatus cum hominū ciuilibus dominatibus.* } *Ca. XIV. tex. 85.*
- *Explicatio, constitutioque causarum, seu bonorum, aut dignitatum, ex quibus petuntur, & tribuuntur, & ex quibus iure peti, tribuique possunt, ac debent dominatus, siue summæ potestates ciuitatum.* } *Cap. XV. tex. 87.*

CAPVT VNDECIMVM. TEXTVS LXV.

Argumentum Textus LXV.

Proponitur disputationis habendæ caput, cum ratione, à fine ducta, cur habenda.

Tex. 65.

[a] Habet autem hæc res dubitationem, [b] quid oporteat summam ciuitatis potestatem obtinere; [c] aut enim multitudinem, [d] aut diuites, [e] aut probos {*viros*,} [f] aut vnum optimum omnium, [g] aut tyrannum. [h] sed hæc omnia difficultatem habere videntur.

[a] Ἔχει δ' ἀπορίαν, [b] τί δεῖ τὸ κύριον εἶναι τῆς πόλεως· [c] ἢ γάρ τοι τὸ πλῆθος, [d] ἢ τοὺς πλουσίους, [e] ἢ τοὺς ἐπιεικεῖς, [f] ἢ τὸν βέλτιστον ἕνα πάντων, [g] ἢ τύραννον. [h] ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἔχειν φαίνεται δυσκολίαν.

EXPLANATIO.

Quid deinceps quærendum. Cur quærendum.

[b] QVAERENDVM dehinc, quidnam habere in ciuitate summam potestatem, [b] expediat, ac iustum sit naturâ. Ratio ex fine, [a] quippe hæc res, in qua scientiæ de ciuitate administranda, republicaque regenda, tandem scientiæ ciuilis summa vertitur, plana non est, sed vndique circunsessa difficultatibus. [c] siue enim multitudini inopum, [d] siue paucis diuitibus, quorum [e] illi democratiam, [d] hi oligarchiam tuentur, [f] siue probis viris vel paucis, statum optimatum, vel multis, propriè vocatam rem- publicam

b. b. oporteat. a. hi. c. d. e. d. e.

f publicam confecturis, [f]siue vni inter omnes præstantissimo virtute, qui
g rex, [g]siue vni deterrimo, qui tyrannus foret, dominationem, & arbitrium ciuitatis deberi dicemus; scrupuli, & instantiæ contra id, quod positum fuerit, exorientur, vt sequentes textus docebunt.

SCHOLIA.

b. Quid oporteat summam ciuitatis potestatem, &c. *Dicemusne comparari hic propriè respublicas? An verò principia earum formalia, & summa. sunt enim ij, qui summam in ciuitatibus potestatem consequuntur, verè talia principia: quibus variatis, variantur; positis, ponuntur; ablatis, auferuntur rerumpublicarum genera, & modi.*

Quę nam hic comparentur, respublicę ne, an principia earum formalia? Principia formalia rerumpublicarũ quæ.

Oporteat. *Quod in hoc textu* { oportere } *Philosophus dicit, repetiturusq́ est in 71. id in 66. 67. 68. 69. & 70. dicet iustum esse; & in eodem 70. & in 72. & 73. esse bonũ, ac melius. Exposuimus ergo id nos per iustum naturã, quod cũ probis moribus, & cum recta ratione ad extremum congruit. hoc autem simul est & honestum, & verè vtile: nec ab ijs vnquam separatur.*

Verbum oportere.

e.f. Aut probos viros, aut vnum optimum. *Duo virtutum sunt modi: vnus mediarum, & communium: alter perfectarum, vniuersarum, & omnibus numeris, vt Stoici dicunt, absolutarum. Perfecta virtutes in singulos homines per se non cadunt: sed, dispersis, disseminatisq́ per singulos, alibi maioribus, alibi minoribus sui partibus, cadunt in totum genus humanum, si non eodem tempore, saltem multis, ac diuersis: nec quisquam est; vt infrà in tex. 75. dicturus est Philosophus, nisi in feram degenerauerit, in quo non aliqua earum partium, particularumue insit. ex quibus deinde particulis omnes statim, ac mentis compotes euaserunt, boni viri appellationem assequuntur, eamq́ retinere maximè curant. quicunque autem maiores partes, studio ad naturã adiuncto, fuerunt adepti, ij quidem κατ' ὑπεροχὴν probi, seu præstantes virtute, & meliores alij alijs, & optimi inter quosdam, vel inter multos nominantur. sunt namque istę maiores partes virtutum perfectarum in singulis nobis, in quos adhæserunt, ea communes, mediaq́ virtutes, quas ad primum modum pertinere diximus; & propter quas prudentes, fortes, temperati; prudentiores, fortiores, temperatiores; prudentissimi, fortissimi, temperantissimi, alijsq́ nominibus virtutum simpliciter, aut comparatè alij, & alij homines nuncupantur. siquidem continent hæ mediæ virtutes varios gradus, contrà, ac perfectę faciant, quæ in vno, summoq́ sunt positæ. Cæterùm quanquam perfectæ virtutes in singulos homines per se nõ cadunt: fieri tamen fortaßè aliquando potest Dei optimi maximi benignitate, generi humano, quantum, & quom opus est, consulentis, vt vnus, & alter eas obtineat. At illi iam propemodum homines non erunt, sed hominibus superiores; Heroes scilicet, & proximi Deo, quasi medium genus inter Deum, & homines. quorum virtus, quum sit omni ex parte perfecta, heroica, & diuina, non humana appellabitur: ac rectè quidem. etenim vnus solus, qui tantam perfectionem habeat, quantam omnes simul homines habere tempore vniuerso possunt; atque eo etiam maiorem, quòd coactam totam habeat, non dissipatam, & distributam in partes: næ ille meritissimò hominibus maior, & Heros, & tanquam Deus inter homines fuerit existimandus: virtusq́ eius, non humana, idest non hominum, quorum nullus, quandiu est homo, totam eam capit, licet à toto hominum genere per partes recipiatur, sed diuina, & heroica. De hac igitur perfecta virtute, & de optimo, præstantissimoq́ ex ea viro, seu Heroe, qui solus est simpliciter*

Virtus, & probitas duorum modorũ: vna media, siue cõmunis, quæ humana: altera perfecta, quæ heroica. & de vtraq; earũ multa.

Boni viri appellationem vnde omnes assequamur, eamq; maxime studeamus retinere.

Probi viri κατ' ὑπεροχὴν, seu virtute præstantes qui.

Heroes.

Nomina uirtutis, & probitatis quõ in hoc quomõ in sequentibus capitibus accipiẽda.

pliciter optimus, soluś esse rex verus, & verus princeps tam in regia, quam in optimatum republica potest; loquetur Philosophus in vltima parte capitis decimiquinti: in cæteris partibus eius capitis, & in capite decimotertio loquetur de altero virtutum modo, quo mediæ virtutes comprehenduntur, & de probo, optimoq́ viro comparatè, hoc est vt refertur vterque ad homines suæ ciuitatis. in hoc verò, & in sequētibus textibus vsurpat nomen uirtutis, & nomina probi, optimiq́ indistinctè, & confusè, ut modum utrunque possunt significare. Addent hæc magnam lucem sequenti orationi: & ipsa ex eàdem multò clariora euadent.

* [Series ab tex. 65.]

Argumentationes contra sex proposita genera.

CAPVT DVODECIMVM.

Afferuntur argumentationes, quibus, aduersus proposita in textu superiori rerum personarumq́ genera, probari videatur, non multos inopes, non paucos diuites, nobilesue, non probos viros paucos, aut multos, non optimum vnum, non vnum deterrimum habere summam in ciuitate potestatem, vtile, aut iustum esse. Textus 66. & septem sequen.

- *Nec pauperes, qui multi sunt, nec vnum tyrannum habere summam in ciuitate potestatem, esse vtile aut iustum. Argumentationes tres.*
  - *Prima argumentatio propriè de multorum pauperum dominatu, iniustum concludens.* — Tex. 66.
  - *Secunda argumentatio item propriè de multorum pauperum dominatu, perniciosum, atque iniustum concludens.* — Tex. 67.
  - *Tertia argumentatio communiter de pauperum multorum, et de tyranni dominatu, iniustum concludens.* — Tex. 68.
- *Diuites paucos summam in ciuitate potestatem habere, nō esse iustum.* — Tex. 69.
- *Conclusio eorum, quæ in quatuor superioribus textibus sunt constituta.* — Tex. 70.
- *Probos viros summam habere in ciuitate potestatem, nec iustum videri, neque vtile.* — Tex. 71.
- *Vnum solum virtute præstantissimum virum summam in ciuitate potestatem habere, nec iustum videri, neque vtile.* — Tex. 72.
- *Obiectio aduersus allatas in septem superioribus textibus argumentationes: eiusque confutatio.* — Tex. 73.

Argumentum commune trium textuum sequentium 66. 67: 68.

Nec pauperes, qui multi sunt, nec vnum tyrannum, idest deterrimum hominem habere summam in ciuitate potestatem, esse vtile, aut iustum, tribus argumentis ostenditur.

Prima

Argumentum Textus LXVI.

a.b. [a] *Prima argumentatio propriè de multorum pauperum in ciuitate dominatu; iniustum concludens per locum ab actibus.* [c] *Et eiecta responsio de iusto legitimo, per locum à comparatis.*

[a] Quid enim, si pauperes, quia plures sint, bona distribuant: [b] hoc non est iniustum? [c] censuit enim scilicet id, quod summam potestatem habet, iustè. [d] iniustitiam igitur extremam quid conuenit appellare? Tex. 66.

[a] τί γὰρ, ἂν οἱ πένητες, διὰ τὸ πλείους εἶν, διανέμωνται τὰ τῶν πλουσίων: [b] τοῦτ' οὐκ ἄδικόν ἐστιν; [c] ἔδοξε γὰρ νὴ δία τῷ κυρίῳ δικαίως. [d] τὴν οὖν ἀδικίαν τί χρὴ λέγειν τὴν ἐσχάτην.

EXPLANATIO.

Ex b. [b] INIVSTA futura est ciuitatis administratio, si in ea summam potestatem pauperes, qui multi sunt, obtinuerint. [a] Probatur ex actu pauperibus ciuitatum dominis vsitato, de quo Plato in viij. de Republica, & Philosophus noster in v. & vj. huius operis. solent enim pauperes ij, qui ciuitatum arbitrium [a] ex vi suæ multitudinis obtinuerint, [a] diuitum fortunis inhiare, easque inter se partiri, sæpe iudicijs, publicationibusque bonorum; aliquando erogationibus; tabulis nouis nonnunquam; nonnunquam agrorum diuisionibus: [b] quæ omnia sunt prorsus iniusta. [c] An fortasse cum Thrasymacho respondebis, iniusta non esse, quia lege constent, decretaque sint, & placita maximæ potestatis? [d] Verùm compara iniuriam, & iniustitiam hanc, opus iniustum videlicet munitum lege, iussuque domini ciuitatis, ac tandem legem iniustam custoditam ab eodem cum alijs iniurijs, & iniustitijs: profectò hanc summam esse, & maximam omnium affirmabis. † Iniustitia arma tenens, dicebat Philosophus in tex. 28. primi libri, deterrima est. † Et Cicero sub exitum secundi Officiorum, hac peste, si bona diuitum à pauperibus rapiantur, nullam maiorem ciuitati accidere posse: quippe quòd, spe custodiæ rerum suarum, vrbium præsidia ab hominibus quæsita fuerint.

Margin notes: Conclusio. — Ratio. — a. 8. de Rep. num. 267. 5. huius operis c. 5. 8. & 6. ca. 5. a. qua plures sint. a. bona diuitū distribuant. — Pauperum multorum in ciuitatibus dominantium contra diuites iniuria facta. — b. c. Thrasymachus apud Platonem in pri. de Rep. num. 8. & seq. d. — Responsio ex iusto legitimo ad rationem.

SCHOLIA.

a. Si pauperes bona diuitum distribuant. *Repetitur hoc idem in tex. subsequenti. & citatur infrà hic locus in libro sexto.*

d. Iniustitiam igitur extremam, &c. *Iniustissimum, & perfectè iniustum hominem; extremamque iniustitiam de tali homine Plato dixit in 9. libro de Republ. iustum simulare, ac uideri eum, qui non sit eiusmodi. Sic noster, de re, opere, lege iniusta loquens, extremam illa esse iniustitiam ait, idest summam, plenissimamque, si lateant sub Principis auctoritate: cuius reuerentia, & potentia id, quod iniustum est, iustum esse, ac, si Deo placet, ipsummet ius fateri cogamur.* Iniustus maximè homo, & extrema iniustitia quid Platoni, quid Philosopho nostro.

Secunda

Argumentum Textus LXVII.

Secunda argumentatio item propriè de pauperum multorum in ciuitate dominatu: [a] perniciosum, [c] atque iniustum concludens loco gemino; vno ab actibus; altero à repugnantibus.[e] Et per eundem locum à repugnantibus eàdem argumentatione responsio falsa ad argumentationem primam, quam superior textus exposuit, & euertit, rursus refutata. a.b. c.d. c.& ex a.b.c.d.

Tex 57. [a] Rursusque, omnibus sumptis, si plures bona pauciorum distribuant: [b] manifestum est eos perdere ciuitatem. [c] Atqui virtus certè id, quod ipsam habet, non perdit: [d] neque iustum perdendæ ciuitatis vim obtinet. [e] Quare planum est etiam hanc legem iustam esse non posse.

[a] Πάλιν τε, πάντων ληφθέντων, οἱ πλείους τὰ τῶν ἐλαττόνων ἂν διανέμωνται. [b] φανερὸς ὅτι φθείρουσι τὴν πόλιν. [c] ἀλλὰ μὴν οὐχ ἥγ' ἀρετὴ φθείρει τὸ ἔχον αὐτήν· [d] οὐδὲ τὸ δίκαιον πόλεως φθαρτικόν. [e] ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ τὸν νόμον τοῦτον οὐχ οἷόν τ' εἶναι δίκαιον.

EXPLANATIO.

Argumentatio per locum ab actibus probans perniciosum, iniustumq; esse pauperum multorum in ciuitate dominatum.

Pauperes multi in ciuitatibus dominantes perdunt eas dupliciter.

Argumentatio per locũ à repugnantibus iniustum concludens esse pauperum multorum dominatum in ciuitate.

Eadem argumentatione responsio in superiori textu ad primã argumentationem data rursum euertitur.

† Civitas est societas, & coniunctio omnium inter se ciuium: quod multis in locis est declaratum. † Et omnes ciues, quasi in duas partes, in pauperes multos, & in paucos locupletes diuiduntur.[a] Multi verò pauperes, si in ciuitate summam potestatem obtinuerint; spoliare solent, vt dictum est in textu superiori, paucos diuites fortunis suis; easque inter se distribuere. [b] Duplici igitur nomine perdunt ciuitatem: primùm quòd societatem, & coniunctionem ciuium, quæ ciuitas est, dirimunt, pro ijs certamina, & dissidia inducentes: iterum quòd alteram ciuitatis partem, qua diuites continentur, extinguunt. Ergo, per locum ab actibus, pauperum multorum dominatus in ciuitate [b] cùm perniciosus est, quia perdit ciuitatem: [e] tum verò etiam est iniustus. Prima consequentia, quòd sit perniciosus, exposito duntaxat perniciosi vocabulo, est euidentissima. Secunda, quòd sit iniustus, comprobatur dupliciter per locum à repugnantibus: [c] vno modo proposito genere iustitiæ, quod virtus est: virtus enim nunquam perdit subiectum suum, in quo ipsa reperitur: & est ciuitas subiectum eiusmodi dominatus; essetque iustitiæ, quæ in eo reperiretur, si ipse esset iustus. [d] Altero modo comprobatur ex ipsius iusti, seu iuris essentia: cui, ciuitatem conseruanti, minimè conuenit, vt eam destruat. Hac eadem argumentatione responsio illa inanis ad argumentationem primam, quæ in superiori textu explicata fuit, rursus confutatur. etenim [e] si lex ea, in qua nitente distributionem fortunarum ciuium locupletum inter pauperes iustam esse dicebatur,[a] per talem distributionem perdit ciuitatem, vt ex modò expositis liquet, [c] quæ ciuitas est proprium subiectum ipsius; [e] profectò iusta esse non potest: [d] quia iustum ciuitatem non perdit; [c] nec virtus ylla subiectum suum.

† † & ex a. a. b. Ex a.b. Ex c.d. c. d. Ex e.c. Ex a.b. Ex c. c. d. e.

SCHOLIA.

a. Omnibus sumptis. *Si omnes ciues sumantur: &, quasi in partes duas, in paucos diuites, & multos pauperes diuidamur.* Expositio verborum.

Si plures bona paucorum distribuant. *Vt dictum est in superiori textu.*

b. Manifestum est eos perdere ciuitatem. *Vnaq; rempublicam, & imperium suum. Quamobrem in democratijs abstinendum his rebus est, & locupletibus parcendum, ut docebimur in quinto libro.* Cap. 8. 9.

c. Virtus certè id, quod ipsam habet, non perdit. *Nec forma ulla. sed multo minus uirtus: cuius propria sunt opera conseruare, ornare, adiuuare, perficere.* Nec uirtus, nec forma ulla perdit suum subiectum.

e. Hanc legem iustam esse non posse. *Hanc legem omnes, D. Thomam sequuti, exponunt legem, qua pauperibus multis dominatus ciuitatis mandatur. Ego, expositione ista nequaquam reiecta, puto tamen significari magis legem alteram, de qua in textu superiori dicebatur, censuisse sic summam potestatem; ideoq; distributionem fortunarum locupletum, tali fultam decreto, iustam existimari fortasse ab aliquo posse.* Expositio verborũ duplex.

Argumentum Textus LXVIII.

c. & ex b. b. & ex a. a. *Tertia argumentatio communiter de [c] pauperum multorum, & [b] de tyranni dominatibus, iniustum concludens. [a] Et responsio falsa ad argumentationem primam, quæ in textu 66. exposita, & euersa fuit, tertiò refutata.*

[a] Præterea etiam quæcunque tyrannus egerit, omnia necesse est iusta esse. [b] nã vim affert, quum sit potentior: [c] quemadmodum & multitudo diuitibus. Tex. 68.

[a] Ἔτι καὶ τὰς πράξεις, ὅσας ὁ τύραννος ἔπραξεν, ἀναγκαῖον εἶναι πάσας δικαίας. [b] βιάζεται γάρ, ὢν κρείττων: [c] ὥσπερ καὶ τὸ πλῆθος τοὺς πλουσίους.

EXPLANATIO.

Ex b. Ex b. uim affert ex b. quum sit potentior. De Tyranni dominatu per locum à causis. [b] Tyranni dominatus violentus est: [b] dominatur enim tyrannus nolentibus vi [b] potentiæ suæ, qua eos oppressos tenet: ergo est iniustus. Probatur consequentia loco ab effectis, & destinatis: [a] nam eâdem vi, qua ijs dominatur, & vt dominetur, facit, quæcunque facit, ab omnibus iudicata iniusta; bonos quouis genere virtutum viros, & excellsos, & nobiles exterminans, atque interficiens, vniuersamque spolians, & vexans ciuitatem. Ex a. Tyranni dominatus est iniustus.

Ex b. De Pauperum multorum dominatu per locum à simili. [b] Dominatus tyranni, vim ijs, quibus potentior est, afferentis; hac ipsa de causa, quia vim affert ijs, quibus potentior est, est iniustus: [c] ergo similiter dominatum multorum pauperum, quà isti diuitibus, potentiâ multitudinis suæ a. Pauperum multorum dominatus est iniustus.

 cos supe-

eos superantes, vim afferunt, & modò interficiunt, modò in exilium pellunt, vt solēt tyranni, semperq; aliquid fortunarum suarum illis eripiunt, quod inter se partiantur; necesse est iniustum esse.

Responsio falsa ad primam argumentationē in tex. 66 expositam sus exponitur.

Responsio falsa ad primam argumentationem, in textu *66.* exposita, & in eodem rursusque in *67.* euersa, hæc fuit: Non esse ablationem fortunarum paucorum diuitum, earumque distributionem in multos pauperes iniustam; propterea quòd ex lege, & decreto maioris potestatis fierent: legem enim, & decretum eiusmodi, hoc ipso, quòd eiusmodi sit, iustum esse. Contra per locum à partibus.[a] Multæ leges, decretaque tyrannorum, maximam potestatem in suis ciuitatibus habentium, perspicuè, atque ex omnium consensu sunt iniusta. Et per locum à simili, ducendo ad absurdum. [a] Si ereptio, distributioq; inter se fortunarum paucorum diuitum, à multis pauperibus in ciuitate dominantibus vi, & potentia suæ multitudinis factæ, iustæ essent; propterea quòd à maiori potestate essent decretæ: [a] sequeretur pari ratione cuncta ea, quę simili vi, potētiaq; magnitudinis suæ iubent, aguntq; tyranni, ex plenitudine, vt inquiunt, suæ potestatis, in Deos, in homines impia, nefaria, quum sint actiones, decretaque maioris potestatis, iusta esse: quod quidem pro maximo absurdo relinquitur.

Refutatur hic tertiò.

Ex a. necesse est iusta esse.

S C H O L I A.

Cur potiùs ex tyrāni iniusto dominatu iniustus pauperum dominatus conficitur, quam è contrario.

Quemadmodum, & multitudo. *Cur potiùs, ex tyranni dominatu pauperum dominatum, quàm ex hoc illum iniustum esse, monstratur? an fortè non æquales utranque in partem uires daret similitudo? Certè non daret. magis enim perspicua est, & notior apud omnes tyrannidis iniustitia, atque uiolentia, ex qua iniustitia concluditur, quàm democratiæ.*

Argumentum Textus LXIX.

Diuites paucos summam in ciuitate potestatem habere, non esse iustum. Locus ab actibus: & argumentatio par ei, quæ in textu 66 contra pauperum multorum dominatum exposita fuit.

Tex. 69.

[a] Sed anne, pauciores, & diuites imperium tenere, iustum est? [b] Si igitur & illi eadem faciant; & diripiant, auferantque facultates multitudinis; [c] hoc est iustum? [d] ergo & alterum.

[a] Ἀλλ' ἆρα τοὺς ἐλάττους δίκαιον ἄρχειν καὶ τοὺς πλουσίους; [b] ἂν οὖν κἀκεῖνοι ταυτὰ ποιῶσι, καὶ διαρπάζωσι, καὶ τὰ κτήματα ἀφαιρῶνται τοῦ πλήθους, [c] τοῦτ' ἐστὶ δίκαιον; [d] καὶ θάτερον ἄρα.

Var. Lect. ταυτὰ ποιῶσι. In Aldin. & Isingr. ταῦτα.

Sicut

EXPLANATIO.

Ex b. & III.

[b] Sicvt pauperes multi, qui summam in ciuitate potestatem adepti fuerint, solent bona diuitum diripere: [b] sic diuites pauci, in quorum manu sit respublica (atque eo quidem magis, quod superbum, contumeliosumque esse, ex secundo artis Rhetoricæ, sunt mores diuitias comitantes) expilare [b] populum solent; pauperes scilicet, & alios imperij expertes; vt testantur Plato in octauo de Republica, & Philosophus noster in quarto, & quinto horum librorum. [c] At hoc est iniustum: diripi bona pauperum, & populi à dominis ciuitatis. [a] Ergo dominatus diuitum paucorum iniustus est. [c] Quòd si contenderis, diripi bona populi à diuitibus dominantibus iustum esse: [d] vrgebimus; ergo alterum illud, refutatum paulo antè in tex. 66. idest diripi diuitum bona à pauperibus dominantibus, esse necessariè iustum: quum nulla appareat causa differentiæ: imò verò multo magis iniustum videatur à diuitibus pauperes, quàm diuites spoliari à pauperibus. † Ad rationem huius textus, iniustum de paucorum diuitum statu concludentem, addenda est altera ex tex. 67. qua perniciosum concludatur. sequitur enim hanc illa vtrobique eodem modo. quę causa fuit Philosopho, vt eam taceret, nobis relinquens inferendam. nam pariter diripiendo bona, sicut multi pauperes diuitum, sic pauci diuites pauperum, destruunt ciuitatem.

ij. Rhetoricę capit. 16. b. multitudinis. viij. de Rep. nu. 263. & 164. Politicorũ 4. c. 9. & 5. cap. 6.

Ratio huius textus, probans paucorum diuitum in ciuitate dominatum iniustũ esse. Diuitum paucorum in ciuitatibus dominantium aduersus reliquũ populum iniusta facta.

Confirmatio maioris propositionis, si quis negare eam auderet.

Ratio subaudiẽda ex tex. 67 probans etiam idẽ dominatum paucorũ diuitum esse perniciosum.

SCHOLIA.

[b] Si igitur, & illi, &c. *Ab actu diripendi bona ciuium ducitur par, & propè eadem ratio in vtrunque dominatum; in multorum pauperum inquã, quæ in tex. 66. explicata est; & in diuitum paucorum, quæ hic explicatur. Quemadmodum autem ista æque in vtrunque accommodatur: ita & aliæ duę, quæ in tex. 67. & 68 fuerunt exposita, accommodabuntur. nam similiter diuites, & pauperes dominantes, diripiendo bona alterius partis ciuitatis à republica semota, perdunt ciuitatem. & similiter vterque horum statuum violentiã est tyrannidi similis. Satis tamen fuit Philosopho primam proposuisse: quæ cætera indicarentur.*

Et illi. *Coniunctio ista* { & } *vel* { etiam } *monstrat similia superioribus, & penè eadem afferri.*

Eadem. *Quę tyranni, & pauperes dominantes faciebant, bona subditorum diripiendo. Alij pro* { eadem } *habent* { hæc } *ταῦτα pro τὰ αὐτά. Sed idem est sensus.*

Eadem faciant, & diripiant, auferantque facultates. *Secundum est expositio primi, & primum secundi.*

Auferant facultates. *Vnius generis facinorum, leniorìs, quod substantijs ciuium, à tyrannis, à pauperibus, à diuitibus dominantibus affertur, Philosophus meminit: relinquens alia per locum à minori consyderanda, quæ in vxores, in filios, in alios coniunctos, in corpora, in existimationem eorum inferuntur. nam si illa iniusta sunt: quanto magis ista?*

Multitudinis. *Non solum pauperum, sicut pauperes solum diuitum diripiebant; sed omnium omnino, qui reipublicæ non sunt participes; inter quos etiam sunt locupletes multi: siquidem in oligarchia pauci sunt; locupletissimi nimirum, qui ciuitatis arbitrium habent.*

Tres rationes, in tribus superioribus textibus contra democratiam expositæ, valent parũ mutatæ aduersus oligarchiam.

Verborum expositio.

Iniuriarum, quas tyranni, pauperes, diuites in ciuitatibus dominantes reliquis ciuibus inferunt, vnius tantum generis facta in his textibus mẽtio à Philosopho est. Verborum expositio.

Si igitur, & illi eadem faciant, &c. *Contraria facienda, & pauperum curam suscipiendam esse ab ipsis imperantibus in statu paucorum, si diuturnum eum velint; docebit infrà Philosophus in libro quinto.* Cap. 8. & 9.

Argumentum Textus LXX.

Conclusio eorum, quæ in quatuor superioribus textibus sunt constituta.

Tex. 70. Hæc quidem igitur omnia improba esse, & non iusta manifestum est.

Ταῦτα μὲν τοίνυν ὅτι πάντα φαῦλα, καὶ οὐ δίκαια, φανερόν.

EXPLANATIO.

Syntaxis, & expositio uerborum.

† Haec in ciuitate imperia, si pauci diuites, si tyrannus, si multi pauperes dominentur; & rursus † hæc, quæ ipsi faciunt, diripiendo bona diuites multorum, qui non sunt participes imperij, pauperes diuitum, tyrannus omnium, perdendoque his, & alijs eiusmodi actionibus ciuitates suas; esse † improba, sibique, ac suis ciuitatibus perniciosa; & improba quidem in eo genere improbitatis, quo iniusta continentur; perspicuum est † ex ijs, quæ hactenus in hoc capite sunt disputata. sunt autem improbæ, iniustæque res certa sedes, vnde propria, ac firmissima argumenta in non rectas, atque pro rectis rebuspublicis erumpunt: propterea quòd omnis quidem respublica iusto maximè nitatur, aut niti saltem uideri uelit.

† Hæc. † Hæc. † Improba esse, & non iusta. † Igitur.

Improbæ, & iniustæ res certa sedes argumentorum in sum rectas, & pro rectis rebus publicis quare.

Argumentum Textus LXXI.

Probos viros summam habere in ciuitate potestatem nec iustum videri, neque vtile. primum ostenditur per locum ab oppositis: secundum per locum à causis.

Tex. 71. [a] At probos imperium habere oportet, [b] & omnium rerum arbitrium penes eos esse. [c] Ergo alios omnes necesse est esse inhonoratos: [d] quum magistratibus, & imperijs ciuilibus non honorentur. [e] honores enim esse dicimus magistratus, & imperia: [f] habentibus autem imperia, & magistratus ijsdem semper; [g] honorum expertes alios esse necesse est.

[a] Ἀλλὰ τοὺς ἐπιεικεῖς ἄρχειν δεῖ, [b] καὶ κυρίους εἶναι πάντων. [c] οὐκοῦν ἀνάγκη τοὺς ἄλλους ἀτίμους εἶναι πάντας: [d] μὴ τιμωμένους ταῖς πολιτικαῖς ἀρχαῖς. [e] τιμὰς γὰρ λέγομεν εἶναι τὰς ἀρχάς: [f] ἀρχόντων δ᾽ αἰεὶ τῶν αὐτῶν, [g] ἀναγκαῖον εἶναι τοὺς ἄλλους ἀτίμους.

Si probi

EXPLANATIO.

[a]Si probi viri vel pauci, & virtute admodum præstantes, vt in statu optimatum, vel plures, qui non tantum profecerint in virtute, vt in ea, quæ propriè respublica appellatur, [b]summam rerum,[a] & imperium ciuitatis [c]perpetuum in manu habeant: [e]sequitur necessariò (per locum ab oppositis) cunctos alios ciues, qui ex eorum numero non sunt, inhonoratos, & dedecoris, ignominiæque macula quadam aspersos in sua ciuitate viuere, quandiu viuunt: quod videtur iniustum, quum nihil mali perpetrauerint. Probatur consequentia (per locum à definitione). nam [e]honores ciuitatis sunt magistratus, & imperia; [g]isti autem ab imperijs, & magistratibus, [f]quos sibi solis (per hypothesin) probi semper distribuunt, arcentur,[d] tanquam indigni; inustâ hoc modo ipsis notâ non leui ignominiæ, & dedecoris. † Hinc seditiones mouebunt magna cum ciuitatis pernicie. duæ enim è quatuor causis finalibus seditionum sunt honor, & ignominia, huius pellendæ, & illius consequendi gratiâ, vt in quinto libro declarabitur

Iniustum videtur, probos tantùm viros summam in ciuitate potestatem habere.

Damnosum videtur illud idem.

Cap. 2.

SCHOLIA.

Ergo alias oẽs, &c. *Responderemus pro republica propriè appellata, primùm, patere omnibus in ea, nemine prorsus excluso, ad honores per virtutẽ aditũ: quæ virtus in manu cuiusq; liberi naturâ hominis esse videatur. Deinde adderemus rempublicam istam in ciuitate corrupta locum non habere; sed solum in bene morata, bene autem instituti, & educati homines; licet virtute, & prudentia, quæ verè, propriéq; dicantur, interdum careant; habent tamen semina virtutis, & prudentia; easq; colunt, & admirantur. quamobrem, sua sibi conscij imbecillitatis, nullo modo ignominiosum, imò valde honorificum, & maximè vtile tum sibi, tum ciuitati vniuersæ putant, si præstantioribus pareant; ignominiosum autem, si imperare ipsi vellent præstantioribus. Sed de his loco magis idoneo. Hoc secundo modo respondebimus etiam pro statu optimatum: si verus, & simplex sit optimatum status, in quo perfecta virtute præstantissimi viri, & Heroes summam ciuitatis potestatem habeant. At si nothus, diminutusq; esset, vbi probi quidem, sed ex communi, non ex perfecta virtute ciuitatis domini forent: nihil ad nos, si hac argumentatione labefactatur.*

Responsio ad argumentationem huius loci pro vocata propriè republica duplex.

Responsio pro statu optimatum.

Argumentum Textus LXXII.

Unum solum, virtute præstantissimum hominem, summam in ciuitate potestatem habere, nec iustum videri, neque vtile; multoque minus etiam iustum, & vtile, quàm si probi viri plures, paucioresue haberent.

Eadem

Text.72. Sed vnum, qui maxime probus sit, imperium habere, est melius. At hoc etiam paucicorum imperium est: honoris enim expertes sunt plures.

Ἀλλ' ἵνα τὸν σπουδαιότατον ἄρχειν βέλτιον. ἀλλ' ἔτι τοῦτο ὀλιγαρχικώτερον: οἱ γὰρ ἄτιμοι πλείους.

EXPLANATIO.

Eadem argumentatio, quæ in superiori textu, & per eadem loca: nisi quòd hîc, ex maiori numero ciuium inhonoratorum, concluditur per locum à coniugatis, magis iniustum, magisque perniciosum hunc statum, quod regnum vocant, fore, quàm illos, optimatum, & propriè appellatæ reipublicæ.

SCHOLIA.

Rñsio ad rationem huius loci contra regnũ. Verùm hoc etiam, &c. *Huic quoque rationi contra regiam rempublicam hoc modo responderemus. Si quis vir talis aliquando existat, vt cæteris omnibus, non solum ciuibus suis, sed hominibus longè antecellat virtute, tanquam inter homines Deus, vniuersam, omnibusq; numeris absolutam eam tenens, eiusmodi vir solus esse rex verus potest: ei vltro, in ciuitate bene morata præstaturos cunctos obedientiam, vt dicturus est Philosophus infrà in tex. 101; cresceretq; in obediendo honorem sibi, non diminui existimaturos. in corrupta autem ciuitate regnum constitui non potest; quemadmodum nec optimatum, nec propriè vocatam rempublicam posse, annotauimus ad textum superiorem. Præterea non sunt sub rege ciues honorum expertes: sed ipsis pro dignitate cunctos alios honores rex, summum duntaxat sibi retinens, impertitur. Adde, quod à Platone in primo de Republica scribitur, inter probos, prudentesq; viros de principatu non gerendo certari: nullaq; alia mercede cogi posse, vt accipiant, nisi tertia illa, contra maximam pœnarum, ne deterioribus videlicet committatur, quibus ipsi cum alijs postea subijciantur.* num.16.

Ὀλιγαρχικώτερον. Paucicorum imperium est. *Paucicorum imperium. sic placuit vertere hoc loco ὀλιγαρχικώτερον. Et certè est paucorum imperium, si vnus solus virtute præstantissimus dominetur, quàm si viri probi pauci, aut multi: plures enim vt subiungitur à Philosopho si vnus solus rerum potiatur, summi honoris sunt expertes. Alij vertunt,* { Ad paucorum potentiam magis accedit, magis pertinet }. *Aretinus expressit nomine* { grauius. } *Fortasse aliam scripturam habuit. Cum quo consentire D. Thomas videtur. ita exponens hunc locum.* { Iterum videbitur politia peior esse, quam status paucorum. }

Argumentum Textus LXXIII.

Obiectio aduersus allatas in septem superioribus textibus argumentationes: eiusque confutatio. Locus obiectionis à partibus, lege, & homine, in quas domnatus diuiditur. Locus confutationis ex fine legum.

Obiectio

[a] Verùm dixerit fortasse quispiam, summam potestatem omnino habere hominem, [b] non autem legem, malum esse; [c] qui habeat scilicet accidentes affectus in anima.[d] Si igitur lex quidem sit, [e] sed oligarchiæ, idest paucorum potentiæ, vel democratiæ, idest status populi propria: [f] quid ad ea, de quibus dubitatum est, intererit? [g] euenient enim similiter, quæ dicta sunt priùs. *Tex. 73.*

[a] Ἀλλ' ἴσως φαίη τις ἂν τὸ κύριον ὅλως ἄνθρωπον εἶναι, [b] ἀλλὰ μὴ νόμον, φαῦλον: [c] ἔχοντά γε συμβαίνοντα πάθη περὶ τὴν ψυχήν. [d] ἂν οὖν ᾖ νόμος μὲν, [e] ὀλιγαρχικὸς δὲ, ἢ δημοκρατικὸς: [f] τί διοίσει περὶ τῶν ἠπορημένων; [g] συμβήσεται γὰρ ὁμοίως τὰ λεχθέντα πρότερον.

Var. Lect. Συμβαίνοντα πάθη. *Sic Aldin. Isingr. & alij habent* τὰ συμβαίνοντα πάθη.

EXPLANATIO.

[a.] Obiectio est talis. [a] Si quis dixerit in in vnaquaque sex propositarum reipublicæ formarum non hominem, [c] qui exortentibus in dies affectibus animum obsessum habeat, à quibus plerunque ducatur; [b] sed legem, affectuum expertem, dominari debere; [a] inanes euadent argumentationes contra eas respublicas inductæ: siquidem † nec bona cuiusquam ampliùs diripientur: † nec uis vlla afferetur imbecillioribus: † nec alij honorabuntur, alij inhonorati, & ignominia notati manebunt, nisi ex iustitia, & lege. Huic obiectioni sic occurritur. [d] Leges conduntur ab hominibus, singulæ statui eius reipublicæ, pro qua, & in qua, & à cuius dominis conduntur, quantum ipsi intelligere possunt, accommodatæ, † vt talem rempublicam, & in partibus eius constituendis, & in tota administrandi imperij ratione omnino tradenda, fulciant, conseruentque, non infirment, & destruant, hic enim omnino legum ciuitatis esse finis debet. [f] nihil ergo interest ad infringendas propositas argumentationes, vtrùm homo, an lex dominetur: quia eodem ambo tendunt; &, quod vult homo pro suæ reipublicæ incolumitate, idem lex, ab eo, & pro illa ipsa incolumitate sancita, iubet. Exempligratia [e] in pauperum multorum statu sibi, reipublicæque suæ conducere putant, vt exagitentur continenter, exuanturque fortunis suis diuites, ne insurgere, molirique aliquid contra ipsos possint. itaque decreta, & leges assiduè pangunt huc pertinentes. [e] & in statu paucorum diuitum contraria his faciunt, comminiscunturque aduersus multitudinem, vt in libro quinto docebimur. *[Obiectio.] [c.] [b.] [a. verùm.] [† Ex tex. 66. 67. 68. 69.] [† Ex tex. 68.] [† Ex tex. 71. 72.] [d. e.] [Refutatio obiectionis] [† Ex lib. 4. c. 1.] [f. g.] [e democratia.] [e. oligarchia.]*

SCHOLIA.

[a. & inde.] Dixerit fortasse quispiam, &c. *Citat hunc locum, & eo vtitur Philosophus infrà in tex. 85.* *[Locus coniunctus.]*

[a. b. c.] Summam potestatem omnino habere hominem, non autem legem, malum. *Est quæstio peruulgata, vtrùm hominem, an legem in ciuitate imperare sit melius, hoc est vter principatus vtilior sit ciuitati, solutusne, an astrictus legibus.* *[Quæstio, vtrum hominem an legem imperare sit melius; vbi proponatur, vbi definiatur, vbi disceptetur.]*

Indicatur

Indicatur nunc hæc quæstio, & proponitur vniuersè, vtrum hominem, an legem imperare præstet in ciuitate. Definietur autem infrà duobus in locis: primùm generaliter, & indistinctè in cap. 14. cum quolibet libero ciuitatis, & à legibus soluto imperio comparato imperio ex rectis legibus; eoq; anteposito. Deinde definietur in prima parte capitis deciminoni propriè, & distinctè; comparatis inter se optimarum legum, & optimi viri, idest veri regis perfecta virtute præditi, liberaq; potestate ciuitatem administrantis principatibus; quorum hic præferetur. Tertiò disceptando in cap. 20. à tex. 120. ad 126. producentur argumenta quædam communia pro imperio ex optimis legibus contra regium, & quemlibet alium liberum ciuitatis dominatum.

Qui habeat scilicet accidentes affectus, &c. *Simile infrà in tex. 113. et 122.* c.

Loci coniuncti. Sed oligarchiæ, vel democratiæ propria. *Huc facit, quod scribitur à Philosopho infrà sub initium lib. quarti: Leges rebuspublicis accommodatas ferendas esse, & ab omnibus ferri; non respublicas legibus accommodandas.* e.

Quid ad ea, de quibus dubitatum est, &c. *Infrà in tex. 86. ostendetur: quamuis aduersarios obiectio hæc refellat; non tamen impedire, quin legum dominatus dominatibus hominum sit præferendus.* f.

* [Series añ tex. 65.]

Duo è sex hominum ciuilibus dominatibus inter se comparati.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Comparantur inter se è sex hominum ciuilibus dominatibus paulo antè expositis dominatus populi vniuersi, & dominatus optimorum paucorum: dilatis in loca magis idonea reliquorum comparationibus, de quibus existant controuersiæ. In hac aūt comparatione duo ad summū quæruntur: vnum, vter alteri præstet horum duorum dominatuum: alterum, an ita populi vniuersi homines sint reipublicæ suæ æqualiter participes, sicut optimi pauci sunt suæ. Partes huius capitis duæ pro his duabus quæstionibus. Textus vndecim à 74. ad 85.

A

Prior: quæstio

A
- *Prior quæstio: Vtros melius sit in ciuitate summam potestatem habere, Populumne vniuersum, an de eo Optimos paucos.* — *Pars Prima.*
  - *Proponit quæstionis alteram partem, multos fautores habentem: reiectis alijs comparationibus, & quæstionibus coniunctis ad loca magis idonea.* — Tex.74.
  - *Argumentatur de parte proposita quæstionis.*
    - *Enuntiatum quoddam, ex quo pars proposita quæstionis statim conficiatur, explicat, & rationibus quatuor confirmat.* — Tex.75.
    - *Scrupulum, qui de assumptione secunda earum rationum inijcitur, eximit; declarando qua nam re differant probi à non probis; & quantum quilibet illorum vnicuique istorum præstet.* — Tex.76.
  - *Decidit quæstionem, vel potius principium eius decidendæ tradit; diuisis populis in habentes multitudinem, quæ paucis probis opponitur, belluinam, & in habentes eam audientem rationis.* — Tex.77.
- *Posterior quæstio. Vbicunque populus vniuersus dominabitur, hoc est in propriè vocata republica quarum rerum, & quatenus summam potestatem vulgus habere debebit.* — *Pars Secunda.*
  - *Proponitur pars prima quæstionis: notato principio vtriusque quæstionum istarum, & huius, & superioris dissoluendæ.* — Tex.78.
  - *Soluitur pars prima quæstionis in superiori textu proposita.* — Tex 79.
  - *Confirmatur solutio primæ partis quæstionis auctoritate legumlatorum, ex qua alterius partis solutio elici possit: atque ambarum partium solutiones vnà duobus argumentis corroborantur.* — Tex.80.
  - *Dubitatur aduersus solutionem in duobus superioribus textibus traditam, seu aduersus institutum, & præceptum, cuius proximè est facta mentio, dupliciter.*
    - *Dubitatio prima ex definitione quadam rectè iudicantium, & deligentium.* — Tex.81.
    - *Solutio primæ dubitationis in superiori textu expositæ duplex: vna κατ' ἀντιπαράστασιν: altera κατ' ἔνστασιν.* — Tex 82.
    - *Dubitatio secunda ex summa amplitudine horum duorum reipublicæ munerum deligendi magistratus, & reposcendi ab ijs rationes rerum gestarum.* — Tex.83.
    - *Solutio secundæ dubitationis in superiori textu explicatæ: ex eo quòd non soli plebi, sed populo vniuerso, hoc est multitudini ciues omnes præstantes non præstantesque continenti summa potestas creandi magistratus, reposcendique ab ijs rerum gestarum rationes tribuatur.* — Tex.84.

PARS PRIMA CAPITIS DECIMITERTII.

Prior quæstio: Vtros melius sit in ciuitate summam potestatem obtinere; populumne vniuersum; an eius optimos, licet paucos, ciues. Textus quatuor, à 74. ad 78.

Argumentum Textus LXXIV.

a *[a] Reiectis cæteris comparationibus, de quibus ambigi potest, cum*
b.c. *quæstionibus coniunctis, ad loca magis idonea: [b] proponitur eius, quæ con-*
ex d. *tinuò tractanda est (quippe [c] solutu non admodum difficilis, nec longio-*
b.c. ex d. *rem disputationem, vt solui possit, ante se requirens) [d] pars altera, [d] plu-*
ex d.e.f. *res habens fautores, [e] quorum rationes statim afferentur.*

[a] De alijs igitur sit aliquis alius sermo. [b] Multitudinem aũt summam potestatem tenere debere potiùs, [c] quàm optimos quidem, sed paucos, [d] videretur vtique solui, [e] & quandam habere dubitationem, [f] fortasse verò etiam veritatem. Tex.74.

[a] Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων, ἔστω τις ἕτερος λόγος. [b] ὅτι δὲ δεῖ κύριον εἶναι μᾶλλον τὸ πλῆθος, [c] ἢ τοὺς ἀρίστους μὲν, ὀλίγους δέ. [d] δόξειεν ἂν λύεσθαι, [e] καί τιν' ἔχειν ἀπορίαν, [f] τάχα δὲ κἂν ἀληθειαν.

EXPLANATIO.

[a] CAETERAE quidem comparationes septem ciuilium dominatuum a.
hactenus expositorum, sex scilicet hominum, & septimi legis † partim †
non vocantur in controuersiam; partim, quæ vocentur,[a] consyderabun- a.
tur locis magis opportunis: † sunt enim refertæ difficultatibus, quæ amo- †
ueri non possunt, nisi priùs longiori sermone alia quædam quasi funda-
menta rebus dicendis substernantur. At [b] de populo vniuerso, & [c] opti- b. c.
mis paucis vno, vel pluribus, quæ nascitur controuersia, vtros magis ex-
pediat summam in ciuitate potestatem habere; [d] haud difficile fortasse d.
sedabitur: [d] allata diuisione, [e] rationes, quibus nonnulli dominatum vni- ex d.a.f. e.d.
uersi populi simpliciter optimorum paucorum dominatui præferendum
esse opinantur, [e] dubias redditura, [f] & veritatem patefactura. † Priùs au- e. f.
tem rationes istas audiamus. † ex tex. seq. a. enim.

SCHOLIA.

Comparationes ciuilium dominatuum, quæ meliores, qui deteriores, quot, quæ, quibus in locis tractentur, & definiantur.

De alijs igitur sit aliquis, &c. E sex hominum generibus (pauperibus multis libertate nitentibus, paucis diuitibus, deterrimo vno, multitudine item, seu populo bene morato, optimis paucis, vno optimo) quorum generum vnumquodque summam ciuitatis potestatem obtinere potest, è sexq́ idcirco ciuilibus illorum dominatibus, quas respublicas, tres rectas, tres non rectas uocamus, comparatis inter se nascuntur quindecim primæ generalesq́ comparationum istorum ipsorum inter se dominatuum differentiæ. additurq́ his sextadecima, prima similiter, & generalis, quam legum dominatus cum vniuerso hominum ciuili dominatu, sex superiores continente, collatus facit. Præter has autem sexdecim primas, generalesq́ comparationes sunt & multæ aliæ speciales, secundariaq́, partim propter modos rerumpublicarum secundos; qui vniuscuiusque sex primarum formarum, suprà in capite septimo expositarum, multi, varijq́ sunt; partim propter duplex genus virtutis, vel communis, & mediæ scilicet, vel vniuersæ, & perfectæ; ex quorum vtrolibet & vnus, & pauci optimi, probiq́ aliquando dicuntur; multitudo tamen ex neutro, nisi

Comparationes omnium ciuilium dominatuum inter se ad tria genera redactæ.

fortasse alia quadam ratione ex priore. Omnium porrò harum comparationum inter ciuitatum dominatus, quis melior, quis deterior, quædam controuersiam non habent; sed statim, ac proponuntur, clarum est, vtri alteris sint præferendi: quædam habent: & habentium, quarundam controuersia dirimi prorsus non possunt, nisi longiori disputatione nonnulla priùs, quasi fundamenta, & semina decisionum afferendarum, fuerint constituta: quarundam hoc loco fortasse haud magno negotio dirimetur. Primi generis sunt cunctæ eæ comparationes, quibus recti dominatus, idest

Comparationes dominatuum ciuilium inter ipsos, de quibus non sunt controuersiæ.

populi bene morati, optimorumq́ tum paucorum, tum vnius vel ex communi, vel ex perfecta virtute, & legum optimarum, cum non rectis, multorum pauperum, paucorum diuitum, vnius deterrimi, conferuntur. Secundi generis sunt ea, quibus

Comparationes dominatuum ciuilium inter se, de quibus sunt controuersiæ, alijs locis, post multa priùs disputata, dirimendæ.

conferuntur inter se dominatus non recti; eæ, quibus inter se modi omnes dominatuum secundarij, ea quibus cum populi bene morati, cumq́ optimarum legum dominatibus

minatibus dominatus optimorum virorū ex virtute perfecta tam paucorum, quàm vnius; & ea demum, quæ inter se horum optimorum ex perfecta virtute vnius, paucorumq́ dominatus comparantur. de his enim omnibus oriuntur controuersiæ. Quarum quidem illas, quæ de dominatibus non rectis inter se comparatis oriuntur, non tolles: nisi vel loco ab oppositis per contentiones rectorum inter se antè definiendas; vt statuatur deterrimus non rectorum ille, qui ab optimo rectorum digressio, & prolapsio est; sit minus malus, qui à minus bono: vel loco ab effectis, vt tanto sit alius alio deterior, quanto maiora, pluraq́ mala inde proficiscuntur. sic enim Philoso- Cap. 2. *phus vtens priori horum principiorum sub initio libri quarti pronuntiabit tyrannidem deterrimam; popularem statum minus malum esse: & posteriori vtens tam* Cap. 12. *sub exitum quartæ disputationis eiusdem libri quarti, quàm sub quinti initium ostendet paucorum dominationem dominatione populi esse deteriorem. Nec dirimi quidem controuersiæ de secundis modis dominatuum inter se collatis nascentes queunt: non distinctis, & expositis his ipsis modis. quorum vtrunque hac de causa si-* Cap. 1. & seqq. vsq; ad 14. *mul præstabitur à Philosopho in secunda, tertia, quarta disputatione libri quarti. simul enim distinguet, & explicabit eos modos: simul, qui ipsorum quibus anteponendi sint, declarabit. Tandem vt sedentur, quæ de optimorum ex virtute perfecta vnius, paucorumq́ dominatibus comparatis & inter ipsos, & cum populi bene morati, & cum optimarum legum dominatibus controuersiæ existunt: necesse est antè multa iacere quasi fundamenta: veluti pro cuius, vel pro quorum bonorum æstimatione, & præstantia deferendi sint ciuitatum honores, ac dominatus; de qua re tractabitur in cap. 15: cuiusmodi sit illa, quam perfectam, vniuersamq́ uirtutem vocamus, & viris optimis, de quorum nunc principatibus loquimur, propriè attribuimus; eam verò aperiet aliquatenus Philosophus in postrema parte eiusdem capitis 15, potissimum in tex. 95. & 101: & quæ demum rationes in vtrasq; partes harum controuersiarum (multa enim sunt, magnasq́ attingunt difficultates) afferantur communiter, aut afferri possint; in qua disceptatione duo capita, decimū nonum, & vigesimū consumentur. his ergo omnibus explicatis, ac præmissis deinde in vigesimo primo capite, sub libri exitū, veritas monstrabitur. Restant cōparationes ad tertiū genus attinētes, quarū controuersiæ dirimi vel oīno, vel aliquo pacto, nec multa quidē oratione, posthac possunt. istæ, si vniuersè, confuseq́ proponantur, tres videntur; quæ populi vniuersi dominatus cum optimorū virorum ex medijs uirtutibus dominatu; & quibus dominatus optimarum legum cum vtroq; illorum confertur: si autem partitè, ac distinctè; octo euadent; quatuor, quibus populus cùm bene, tum malè moratus, & cum vno, & cum paucis ex medijs virtutibus optimis uiris comparatur; aliæ quatuor, quibus cum his singulis, populo uel bene, vel malè morato, & optimis ex medijs virtutibus viris tum paucis, tum vno conferuntur optimæ leges. Cæterum tametsi tot, talesq́ sunt, si aptè distribuantur, vestigenturq́ eiusmodi comparationes, ex ijs, quæ posthàc vsque ad tex. 87. dicentur, lucem aliquam accipturę: tamen, quia vulgus, quom de his dubitat, dubitat confusè, & indiscretè, componens populum simpliciter cum viris probis, & cum probis legibus hos, et illum; hunc communem modum sequutus Philosophus, obscuritatemq́ præterea more suo affectans, quæret, disputabitq́ vniuersè primo loco, ab hoc textu vsque ad 85, vtrum multitudinem, an optimos, seu probos viros habere summam in ciuitate potestatem, sit melius: deinde per hanc disputationem, & ex ijs, quæ dicta sunt in textu antecedenti 73, concludet in 85, etiam vniuersè dominatum rectis legibus obstrictum præstare cuilibet dominatui soluto legibus. Quanquam certè in dissoluenda priori quæstione in tex. 77. distinguet populum bene moratum à malè morato, & belluino: atq; in disputanda in 75, 76, 80. & sequentibus; differentiam indicabit virtutis communis, & uir-*

Comparationes dominatuum ciuilium inter se, de quibus sūt controuersiæ in hoc, & in sequenti capite dirimendæ.

Controuersias comparationum ciuilium dominatuum in præsentia dirimendas quo proponat tractetq; Philosophus: & quibus de causis.

 nis, & uir-

nis, & virtutis universa, atque perfecta: tum in eodem 73, &, ubi posteriorem terminat controversiam, in 81. significare quodammodo nobis duos optimorum ex medijs virtutibus virorum dominatus videbitur, unius videlicet, & paucorum talium. Itaque omnes octo comparationes, quas proximè proposuimus, in huius, sequentisq; capitis verbis inclusa latent. Nec tamen velim tres illas de numero ipsarum, quibus malè moratus populus cum optimis legibus, cum uno, cum paucis ex media virtute optimis viris confertur, venire in disputationem arbitreris, quasi de ijs excitari dubitatio, & lis aliqua possit. est enim per se euidens, populi malè morati dominatum unoquoque eorum trium longe deteriorem esse: & ad primum genus comparationum, quæ carent controversia, ista tres omnino reducuntur: sed veniunt in disputationem, ut per ipsas cætera, de quibus controversia existunt, definiantur. quod ex tex. 77. perspicuum euadet.

Occurritur dubitationi, quomodo populi malè morati cum legibus optimis, cũ optimis ex media virtute viris, uno, paucisq; cõparationes, quæ ad genus comparationum controuersia carentiũ pertinebant, veniant nunc in disputationẽ.

Expositio verborum.

De alijs sit aliquis alius sermo. *De cæteris omnibus comparationibus dominatuum ciuilium inter se, præterquam de tribus legum optimarum cum populo benè morato, cum uno, cum paucis ex media virtute optimis viris: vel de quatuor, si addas, eo quidem modo, cuius te proximè commonefecimus, populum malè moratũ. de his enim tribus, quatuorúe ad summum agetur; & controversia de ipsis nascentes dirimentur statim post diremptas illas, quæ de uno, de paucis optimis viris ex media virtute cum populo comparatis existunt, ut paulo antè dicebamus.*

Multitudinis vocabulum.

b. Multitudinem autem. *Multitudinis vocabulum usurpat Philosophus in his capitibus non uno significatu. aliquando enim utitur eo pro qualibet multitudine, ut infrà in tex. 77, & 92: aliquando, quemadmodum sæpenumero scriptores alij solent, pro vulgo, & plebe, ut suprà in tex. 65, 68, 69, & infrà in 78, 81, 82, 93; aliquando pro populo universo, ciues omnes continente, ut in hoc, et in tex. inferiori 84. Nec mirum est, aut damnandum, alia, & alia eiusdem vocabuli significatione, vel multorum eadem promiscuè uti eum, qui disputat, quod nunc Philosophus facit. diuersa nanque disputatoris, & finitoris, seu iudicis consilia sunt: ille, ad probabilitatem, & inchoatam, siue adumbratam cognitionem, universè plerunque, & confusè: hic semper, ad veritatem, & cognitionem perfectam ingenerandam, propriè, distinctéq; loquitur. Cur verò hic potiùs multitudinem Philosophus dixerit, quàm populum; fortè hæc causa fuit: quòd reddere oratione similem controversiam hanc inter populum paucosq; optimos illi volebat; quæ suprà in decimo capite litigabant inter se pauci diuites, & pauperes multi. Vel fortè quoniam in populo, quemadmodum vulgo hoc vocabulo utuntur, præter eos, qui reipublicæ, aut sunt, aut possunt esse participes, etiam mulieres, & pueri, & serui, & quotquot tandem sunt in ciuitate, continentur: nunc autem de illis solum ei sermo instituitur, in quos reipublica cadit administratio. Vel, à more suo non abscedens, ut tenebras offunderet. Nos igitur, quo clarior sit res, pro nomine multitudinis nomen populi, & populi universi substituemus: intelligentes per populum multitudinem hominum liberorum eius generis, qui alicubi solent ciuitates, & munera publica administrare. meminimus tamen & Mamaluchorum seruorum, qui Aegyptum diu tenuerunt; & Amazonum mulierum, quæ apud amnem Thermodoonta inter Caucasum montem Phasimq; amnem imperasse dicuntur; & regnorum multorum, quæ iure hæreditario ad fœminas delabuntur. verùm de his opportunior dabitur differendi locus.*

Vocabulo uno in varijs significationibus uti, & multis in eadẽ, quando liceat, quãdo minimè.

Disputatoris, & definitoris officia & fines diuersi.

Cur multitudinem potius dicat Philosophus, quàm populũ.

Nomen populi pro nomine multitudinis substituet sæpe auctor, & cur.

Serui, & mulieres in republica possint esse participes.

b.c. Multitudinem autem potiùs, quam optimos, &c. *Simpliciter, & universè, ut à Philosopho enunciantur, intelligenda sunt hæc vocabula,* § multitudo § *&* § optimi pauci, § *de multitudine, hoc est de populo universo, & de optimis populi. Sunt autem optimi, in quocunque populo reperiuntur, idest communibus virtutibus unumquenq; alterum hominum eiusdem populi singillatim superantes, omnino pauci*

Quatuor dominatus ciuiles, seu quatuor formæ rerumpublicarum in vocabulis multitudinis, & optimorum paucorum significatæ quarum ortus omnis cõ[...]ficantur.

omnino pauci

nino pauci: & aliquando unus solus statum regium, aliquando plures non, principatum optimatium facturi; probos sanè ambos, & laudabiles, licet non usquequaque perfectos; qui quidem perfecti perfectā similiter uirtutē, & optimū simpliciter hominē, nō certorum quorundā optimū, requirunt, ut post declarabitur. Populus quoq; diuidetur paulopòst in tex. 77, in habentem multitudinem belluinam, & in habentem eam rationis audientem, ac ciuilem, in hoc constituitur respublica propriè appellata: in illo status popularis. Quamobrem non tres, sed quatuor è sex ciuilibus hominum dominatibus, siue formis rerumpublicarum significari hic possunt; regnum; potestas optimatum; respublica propriè appellata; status popularis: quarum quatuor formarum bina binis sub multitudinis, & paucorum optimorum nominibus conferentur, quaerendo utrum multitudinis, idest populi uniuersi, an optimorum paucorum de eo principatus sit melior. Decidetur autem quęstio ex diuisione multitudinis, & populi uel ad statum popularem, uel ad rempublicam accommodati, hoc modo: Si in multitudinis principatu exurgat status popularis, ob plebem belluinam, & uirtutis, rationisq; carentem, esse eum tam regio, quàm optimatum principatu multo deteriorem: at si respublica, quae propriè sic appellatur, ob ciuilem, & rationis, uirtutisq; participem plebem, existeret; dubitari in utranque partem; ac tandem uideri in praesentia, ex rationibus, quae locis suis adducentur, talem reipublicae, populiq; principatum optimorum paucorum principatu, idest tam regio, quàm optimatum probis illis quidem, sed non usquequaque perfectis, sicut proximè admonuimus, meliorem esse. Verum de his postea.

Optimi viri dupliciter, & de quibus in praesentia sit sermo.

Populi diuisio in belluinum, & rationis audientem.

Decisio quaestionis huius loci.

Multitudinem summam potestatem, &c. *Athenis populus dominabatur. multos igitur fautores, patronosq; ibi hanc opinionem de principatus popularis praestantia uerisimile est habuisse: qui etiam rationibus in sequenti textu explicandis ad eam stabiliendam uterentur. nam, quas Otanes apud Persas attulerat, nimium uulgares sunt.*

Sententiae huius, & rationum pro ea auctores.

Herodotus in Thalia.

d.e.f. Videretur vtiq; solui, &c. *Rationes continuò afferendae, quibus nonnulli ostendi putant, dominatum populi dominatus optimorum paucorum esse simpliciter anteponendum; uidentur solui posse per diuisionem quandam populi, quae in textu 77 explicabitur; & ita solui, ut dubiae, inutilesq; reddantur ad id concludendum, cuius causà inducuntur. quinimo in eadem illa diuisione, si acutè introspexerimus, totam perspiciemus ueritatem; nec solum fortasse quantum ad cōparationem nunc institutam attinet, sed etiam quantum ad reliquas, quibus populi, plebisq; dominatus in contentionem ueniunt.*

Expositio verborum.

f. Fortasse. *Modestia. & cautio Philosophiae.*

Argumentum commune duorum textuum sequentium, 75, & 76.

Argumentatur pro parte propositae quaestionis, praestare scilicet populi uniuersi dominatum dominatui optimorum paucorum.

Argumentum Textus LXXV.

a.b. *Enuntiatum quoddam (quod si uerum sit, sequitur, per locum à genere, populi uniuersi dominatum dominatu optimorum paucorum: si falsum; contrà, hunc illi esse praeferendum) explicat: & quatuor rationibus;*

bus; [c] *duabus à duplici similitudine;* [d] *vna à causa;* [l] *nouissima ab annexis, confirmat.* c.&c.ad h. d. l.m.n.o.

Tex.73. [a] Multos enim, quorum vnusquisque est non probus vir, tamen contingit congregatos esse illis meliores, [b] non ut singulos, sed vt vniuersos: [c] quemadmodum cœnas collatitias ijs, quæ ex impensa vnius fiunt: [d] nam, quum sint multi, habere vnumquenque particulam virtutis, atque prudentiæ: [e] & fieri congregatos tanquam vnum hominem numero, [f] multos pedes, [g] & multas manus, [h] & multos sensus habentem, [i] ita etiam circa mores, [k] & cogitationem. [l] quapropter, & meliùs iudicant multi tum musicæ, [m] tum poetarum opera: [n] alij enim aliam aliquam particulam, [o] cuncti autem cunctas.

[a] Τοὺς γὰρ πολλούς, ὧν ἕκαστός ἐστιν οὐ σπουδαῖος ἀνήρ, ὅμως ἐνδέχεται συνελθόντας εἶν βελτίους ἐκείνων, [b] οὐχ ὡς ἕκαστον, ἀλλ' ὡς σύμπαντας: [c] οἷον τὰ συμφορητὰ δεῖπνα, τῶν ἐκ μιᾶς δαπάνης χορηγηθέντων: [d] πολλῶν γὰρ ὄντων, ἕκαστον μόριον ἔχειν ἀρετῆς, καὶ φρονήσεως: [e] καὶ γίνεσθαι συνελθόντας, ὥσπερ ἕνα ἄνθρωπον τὸ πλῆθος, [f] πολύποδα, [g] καὶ πολύχειρα. [h] καὶ πολλὰς ἔχοντα αἰσθήσεις; [i] οὕτω καὶ περὶ τὰ ἤθη, [k] καὶ τὴν διάνοιαν. [l] διὸ καὶ κρίνουσιν ἄμεινον οἱ πολλοὶ καὶ τὰ τῆς μουσικῆς ἔργα, [m] καὶ τὰ τῶν ποιητῶν: [n] ἄλλοι γὰρ ἄλλο τι μόριον. [o] πάντα δὲ πάντες.

Var. Lect. *Καὶ πολλὰς ἔχοντα. Sic legerunt omnes interpretes. In exemplaribus Aldin. & Isingr. deest coniunctio καί.* h.

EXPLANATIO.

Enuntiatum pro dissoluenda quæstione. [a] ENVNTIATVM est tale: Congregatos in vnum cuiusuis multitudinis probos, & non probos, omnes simul esse præstantiores ipsis probis seorsum positis. [a] Ex hoc enuntiato perspicuè conficitur, per locum à genere, populi vniuersi dominatum dominatui tum proborum paucorum, tum vnius optimi esse anteponendum: quandoquidem per hoc enuntiatum dominatus populi vniuersi est dominatus meliorum, & præstantiorum. Confirmatur enuntiatum istud quatuor rationibus. [c] Quarum prima ducitur ex cœnarum similitudine. sicut enim cœnæ collatitiæ, quæ multorum contributione de sportulis, aut de symbolis instruuntur, copiosiores, lautioresque sunt priuatis, quæ sumptu vnius parantur; sic cœtus, è probis, & non probis factus, præstantior esse debet, quàm factus ex solis probis. [d] Secunda ratio ducitur à causa probitatis maioris. nam homo vnusquisque, quà homo est, habet, non virtutem quidem, prudentiamq; perfectam, sed certè particulam aliquam, & initium, semenque earum. hominum igitur, qui probi non sunt, particulæ propriæ prudentiæ, & virtutis adiunctæ ad prudentiam, & virtutem hominum proborum (quorum nemo quanuis probus, & optimus, nisi supra naturam humanam ad heroicam, de qua nunc non loquimur, ascenderit; habet totam, integramque pru-

Margin notes: a.b. — Quo pacto ex eo quæstio dissoluatur. a.enim. — Rationes illud confirmantes. Prima. Cœnæ collatitiæ. c. — Secunda. d. — Homo quilibet habet particulam, & initium quoddam prudentiæ, & virtutis. d.e.

que prudentiam, & virtutem) prudentiorem, melioremq; cœtum facient. Crescit enim bonum, quantumuis magnum, aliùs cuiusuis boni accessione, vt in Topicis est declaratum. [e] Tertia ratio ex ficta cuiusdam monstri imagine. Si existere [e] vnus aliquis homo posset, [f] multos pedes, [g] multas manus, [h] multos sensus, [i] multos item probos mores, quæ virtutes sunt, [k] multas rationis, mentisque partes, & dotes obtinens: næ ille longè præstantior, valentiorque esset, quàm quiuis nostrûm, ad plura opera, & maiora, & magis egregia peragenda. [e] similem tali homini intelligito multitudinem istam, & populum vniuersum, probos, non probosq; continentem, [i] multas morum virtutes, [k] multas partes prudentiæ, [f] multa instrumenta (qui sunt illi probi, & non probi, quasi sensus, & manus, & pedes multi) earum exercendarum habere; multo plura certè, quàm uel vnus optimus, vel pauci probi habeant. nonne igitur præstantior, & melior ad regendam ciuitatem eiusmodi multitudo: quàm vel pauci probi, vel vnus optimus? [l] Quarta ratio per locũ vel ab annexis, vel ab actibus. [l] Multi, hoc est populus vniuersus, quælibetúe multitudo multo meliùs, quàm talis multitudinis aut vnus, aut pauci, quantumuis ingeniosi, & earum artium periti: vel multi, hoc est vulgus, & plebs, artium earum nescia, multomeliùs, quàm ipsi artifices, iudicant de musicis, poeticis, alijsque similibus operibus. [n] Causa huius rei est, [n] quòd è populo, seu è vulgo alij alias particulas talium operum comprehendunt: [o] cunctæ nec ab vno, nec à paucis percipi possunt; a tota vniuersi populi, vulgiúe multitudine, alijs alias intelligentibus, percipiuntur. † Cur hoc? nempe quia tam multis, dicerent sententiæ istius fautores, cognoscendis saltem eodem tempore mens hominis vnius non sufficit; imò nec paucorum, sed multis est opus. eadem verò mens radicitus, quæ est principium cognoscendi, est etiam agendi, & ciuitates administrandi. Ad has quatuor rationes hîc expositas adde alias duas, quæ infrà in tex. 114. afferentur; vnam à testimonio; alteram à causis iudicium rationis turbantibus.

Tertia.

Hominis monstrosi imago quædam.

Quarta.

Multitudo, & populus meliùs de quarundam artium operibus iudicant, quàm pauci, & quàm ipsi artifices.

Cur.

Duæ rationes ad quatuor huius tex. addendæ ex tex. 114.

SCHOLIA.

Multos enim, &c. *Pleraque eorum, quæ hìc dicuntur, repetentur infrà in tex. 114. sed differenti consilio: vt ex ijs, quæ à nobis & ad textum superiorem annotata sunt, & ad illum 114. annotabuntur, constabit.*

Locus similis.

Multos enim, &c. τοὺς γὰρ πολλοὺς. *Vocem* τοὺς πολλοὺς { Multos } *interpretatus, vt reliqui ante me fecerunt, dixi hoc esse enuntiatum, ex quo per locum à genere colligatur theorema institutum. At si hæc vox, vt solet plerunque, non multos simpliciter, sed vulgus, & plebem ciuitatis significaret: iam proponeretur, vniuersum populum, probos simul, & non probos continentem, solis per se probis meliorem esse. quod quidem instituto theoremati est penè par. Vellet autem, qualecunq; sit tandem hoc enuntiatum, angustius, patentiusùe, niti maximo illo axiomate, omne totum est maius sua parte: nec tamen nititur, nisi quadantenus.*

Duplex expositio huius loci ob duplicem nominis τοὺς πολλοὺς significationẽ.

Quorum vnusquisque est non probus, &c. *Diuidit cœtum, & multitudinem hominum aut quemlibet, aut ciuium, ac ciuitatis, idest populum vniuersum, in* σπουδαίους καὶ μὴ σπουδαίους, ἀλλὰ πολλοὺς, *hoc est in probos, & non probos, seu multos: vel in præstantes, & non præstantes, nomina aptiora ad eius consilium*

Diuisio hominum in σπουδαίους, καὶ μὴ σπουδαίους, ἀλλὰ πολλούς.

lium. Qui sint autem propriè isti μὴ σπουδαῖοι, οἱ πολλοί, *idest non probi, & non præstantes, multitùe, ac vulgares homines paulo infra in tex.78. dicetur.*

Syntaxis.

Congregatos. *Subaud. & inter se ipsos, & cum ijs, qui probi sunt. nam si soli non probi congregarentur: haudquaquam essent probis præstantiores.*

Enunciatum huius loci n. necessarium.

Contingit. *Si fieri potest, vt sint meliores: ergo & potest non fieri. Indicare igitur Philosophus videtur hoc verbo, enuntiatum istud simpliciter non esse necessarium; sed euadere necessarium ex certa materia, hoc est propter populum bene moratum, de quo propriè ipse est loquuturus. Repetendum est autem hoc verbum* { contingit, & contingit esse } *ad pleraque sequentium membrorum, vt oratio constet: nempe ad* { cœnas collatitias } *ad* { habere vnumquenque } *ad* { fieri congregatos }.

Loci similes.

Esse illis meliores. *Vel certè non deteriores. quod additur paulopost in tex.82 Simile autem ei, quod hic dicitur, scriptum est in tex.80.*

Cœnæ collatitiæ, & earum modi.

Quemadmodum cœnas collatitias. τὰ συμφορητὰ δεῖπνα, *prandia, seu cœnæ collatitiæ, quæ ex multorum contributione, collationeq́; instruuntur. Fuerunt istæ etiam apud Antiquos duplicis modi. alias è sportula cœnas vocabant; vnde adagium, De sportula cœnare: quom quis, cœnà sibi paratà, & in sporta reconditâ, ad alium proficisceretur, vt cœnaret cum eo. alias nominarunt è symbolis, quom potare simul volentium certam quisque pecuniam, aut rem in sumptum, & apparatum conuiuij conferret; ex quo illud Charreæ apud Terentium:* { Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræo, In hunc diem vt de symbolis essemus. } *Vide quæ de re hac scribat Athenæus sub exitum octaui libri suarum cœnarum. His verò collatitijs cœnis opponit Philosophus nunc priuatas, quas quotidie vnusquisque sibi, & familiæ suę suo proprio sumptu parat. Idem repetet infrà in tex. 114.* { Epulatio collatitia præstantior est una, & simplici. }

Lambini, & Victorij error.

Ex impensa vnius fiunt. *Sic uerto illud* μιᾶς δαπάνης χορηγηθέντων. *Lambinus, & Victorius participium* χορηγηθέντων *retulerunt ad* τὰ συμφορητὰ δεῖπνα, *ad cœnas collatitias. Sed male cohæret participium secundi casus cum nomine primi.*

Comparatur populi dominatus cum dominatu tam vnius, quàm paucorum proborũ. Sumptio secunda rationis.

Vnius. *Hoc est argumento, non solum cum proborum paucorum, sed etiam cum vnius optimi dominatu dominatum uniuersi populi comparari.*

Habere vnumquenque, &c. *Vnusquisq; homo, homo inquam, non monstrum hominis, ac penè bellua, habet aliquam virtutis, prudentiæq́; particulam, semper quidem à natura, sed etiam ab educatione, si inter homines non summè vitiosos sit educatus: aut magis propriè, semen à natura habet; particulam ab educatione. Sumitur nunc hæc assumptio tanquam perspicuæ ueritatis. ex qua firmissima enuntiati nostri comprobatio, quæ à causa ducitur: quum aliæ ab externis locis petantur. confirmabit tamen eam Philosophus in textu sequenti, scrupuli cuiusdam euulsione.*

Prudentia, virtus moralis, & sensus, membraque corporis sunt necessaria administrandis ciuitatibus.

Tertiũ harum rerum præstat multo ò principatus principatui vnius, & paucorum.

Multos pedes, & multas manus, &c. *Tria sunt rebuspublicis regendis, administrandisq́; ciuitatibus necessaria: prudentia ad deliberandum, & decernendum: virtus moralis ad id, quod decretum est, dum efficitur, dirigendum: corpus, & ea, quæ corporis sunt, membra, sensusq́;, ad efficiendum. hęc omnia à Philosopho hic designantur, vt in explanatione indicaui. Porrho autem quod ad nouissimum istorum attinet, idest ad sensus, membraq́; corporis, omnino videtur potior esse principatus multorum, q̃ paucorum, & unius principatus. multi namq; multis rebus sufficiunt: pauci minimè. ex quo reges, & tyranni, ut in tex. 129 dicturus est Philosophus, fortasse etiam pauci, & optimates, coguntur oculos plures, & aures, & manus, & pedes sibi comparare uel ridiculè, quom collegas imperij amicos, & similes sibi faciunt, uel magno periculo, detrimentoq́; reipublicæ, si faciant eos, qui non sint amici.* f.g.h.i.K.

Multos

g.h. Multos pedes, & multas manus, & multos sensus habentem. *Vt de Briareo in fabulis traditur.* Briareus.

l.m. Meliùs iudicant multi tum musicæ, &c. *Similiter & pictorum, & omnium artium imitantium. Notum illud Apellis ex Plinij libro 35. qui perfecta opera sua proponebat in pergula transeuntibus: atque, post ipsam tabulam latens, uitia, quæ notarentur, auscultabat, vulgum diligentiorem iudicem, quàm se præferens. Vera autem causa huius rei, cur de artium imitatricium operibus meliùs vulgus iudicet, quàm proprij artifices, fortasse hæc est: quòd rerum uerarum, quas illi imitantur, homines è vulgo alij alias optimè norunt, & sunt artifices earum. Proinde quom ab istis disceditur, & ad solidas artes ascenditur, exempligratia vt de morbo, uel de eius cura aliquid iudicetur; non est vulgus bonus iudex, immò solus medicus. ipseq; idem Apelles sutori circa crus cauillanti denuntiauit, ne supra crepidam iudicaret. Aut non propter res, quarum imitatio est, nec solùm de operibus artium imitatricium meliùs iudicant multi, quàm quilibet pauci: sed propter pulchritudinem, & de operibus omnium artium, quæ pulchra, turpiaque opera facere dicuntur, inter quas sunt imitatrices, in primisq; pictura, & poetica, & musica. pulchritudinis nanque omnes homines sensum quendam occultum à natura habent: de qua re alibi. Ita quidem si multorum nomen vulgus, & plebem nobis significet. At si populum significet, & multitudinem uniuersam, in qua pauci, qui non tam bene iudicant, comprehendantur: nulla alia quærenda causa est, præter id, quod actu isto melioris iudicationis multorum confirmatur. Porrho infrà in tex. 75 scribet Philosophus, non meliùs iudicare de artium operibus idiotas, quàm scientes. quod uideri ei, quod hic dicitur, contrarium possit: non esse tamen contrarium ibi declarabo.*

De artium quarûdam operibus melius iudicat vulgus, quàm proprij artifices, & cur.

Argumentum Textus LXXVI.

a.d. [a] *Quantum præstet quilibet proborum virorum vnicuique è vulgo, quod non probos continet; & qua tandem re probi à non probis distinguantur;* b.c.d. & inde g totum. [b] *duplici similitudine declarat:* ex a. sed. [a] *eximendo scrupulum, qui de assumptione secundæ rationis in superiori textu expositæ inijcitur.*

[a] Sed hoc præstant, differuntque probi viri ab vnoquoque de multis; [b] quemadmodum pulchros à non pulchris aiunt, [c] & picta ex arte à veris: [d] ex eo quòd dispersa seorsum in vnum conducta fuerint. [e] nam separatorum sanè [f] pulchriorem esse eius quod pictum est, huius quidem oculum, [g] alius verò cuiuspiam aliam partem. Tex. 76.

[a] Ἀλλὰ τούτῳ διαφέρουσιν οἱ σπουδαῖοι τῶν ἀνδρῶν ἑκάστου τῶν πολλῶν, [b] ὥσπερ καὶ τῶν μὴ καλῶν τοὺς καλούς φασι, [c] καὶ τὰ γεγραμμένα διὰ τέχνης τῶν ἀληθινῶν: [d] τῷ συνῆχθαι τὰ διεσπαρμένα χωρὶς εἰς ἕν. [e] ἐπεὶ κεχωρισμένων γε [f] κάλλιον ἔχειν τοῦ γεγραμμένου τουδὶ μὲν τὸν ὀφθαλμόν, [g] ἑτέρου δέ τινος ἕτερον μόριον.

EXPLANATIO.

Dubitatio, quo sunt aliqui non probi, & probis oppositi, si vnumquisque virtutis, prudentiaéq; aliquam partem habet.

† Erat assumptio: Hominem unumquenque habere virtutis, & prudentiæ particulam aliquam. Accidit dubitatio: quomodo igitur non sunt probi, at probis opponuntur, qui vocati sunt non probi, si virtutis, & prudentiæ participes sunt? quòd enim sint minùs fortasse, quàm illi, participes: hoc facere non probos, & disiungere eos à probis omnino non debet: quandoquidem & eorum, qui probi dicuntur, alij alijs sunt præstantiores: nemoque est tandem inter homines, qui cunctas virtutis, prudentiæque partes perfectè impleat. V t hunc scrupulum eximat Philosophus: declarat duplici similitudine, quantopere probi non probis virtute, prudentiaque antecellant. Quippe [d] probum vnumquenque multis partibus virtutis, & prudentię in vnum congestis prẹditum esse: vt, quanquam alij alijs interdum præstent; haud magnum tamen inter eos discrimen fit. [d] at singulos non probos habere singulas virtutis, prudentiæque vel paucas admodum particulas, alios alias, solas, & à reliquis illarum partibus prorsus separatas. [a] Quamobrem maximam inter eos, quos probos, græcè σπουδαίους vocant, & eos, quos non probos, sed è vulgo homines, intercedere virtutis, prudentiæque differentiam. ex qua quidem ingenti differentia prudentiæ, & virtutis, quibus probitas hæc continetur, fint, nominenturque alteri probi, alteri non probi: atque alteri alteris à nobis in disputando opponantur. [b] Duarum porrho similitudinum, quibus hæc declarantur à Philosopho, altera sumitur à naturali verorum, altera ab artificiosa pictorum hominum pulchritudine. [a] Ita nanq;, sicut de probis, & non probis diximus; pulchros homines tam veros, quam pictos appellari, differreq; ab ijs, quos vocant non pulchros; & ijs antecellere ex eo, quòd [d] in vnumquenque ipsorum verorum quidem natura, picturæ expressorum autem pictor, quasi conduxerint, & collegerint plurimas corporis pulchras partes. [d] quæ in hominibus non pulchris dispersæ, & singulis singulæ, vel paucæ admodum tributæ [c] ab eadem natura cernuntur. nemo enim fortasse ad extremum tam infœlix fuerit, qui non aliquam in toto corpore particulam pulchram, & affabre compositam habeat.

Solutio.

Probi, & non probi, quinam sint vtrique, quantumq; his illi antecellant, & ab ijs differant.

Similitudines duæ solutionem continentes.

Pulchrorum, & non pulchrorum differentia, qua inter se distinguuntur, & his illi pręstant.

Ex tex. super. non d.

Ex d. a.

Ex d. dispersa seorsu, & c. l. g.

a.

b. & inde.

Ex a. b. c.

d.

d. dispersa seorsum, & c. l. g. c. a. uero.

SCHOLIA.

Hoc præstant, differuntque. *Duobus verbis latinis expressi græcum διαφέρουσι. quandoquidem hoc potest vtrunque illorum significare: & vtraque significatio huic loco conuenit, imò est necessaria. proinde etiam interpretum quidam* { differunt } *quidam* { præstant } *vertère.* a.

Probi viri ab vnoquoque de multos. *Quos supra σπουδαίους, καὶ μὴ σπουδαίους, probos, & non probos nominauit, hic nominat σπουδαίους, καὶ πολλούς, probos, & multos, idest præstantes viros, & vulgares. certum est enim τῶν πολλῶν nomine hic vulgus significari.*

Pulchros à non pulchris aiunt. *Repete differre, & pręstare ijs.* b.

Et picta ex arte à veris. *Primo simili addit secundum. quoniam difficilè tam pulchrum hominem inuenias, ut in eo non sint multæ partes non pulchræ. pictor autem lon-* c.

Verbum διαφέρουσι.

οἱ πολλοὶ, qui in textu superiori, μὴ σπουδαῖοι.

Syntaxis.

Cur primæ similitudini addita secunda.

sem longè pulchriorem, si uelit, faciet, quàm natura.

Picta ex arte à veris. *Picta à ueris propriè differunt, ijsq; praestant: quòd hęc à natura, & uera illa ab arte, & simulata. Cęterum non est hęc differentia, de qua hic loquitur Philosophus: sed illa, quam statim subiungit: quòd dispersę in ueris hominibus, coactę, & collectę in tabula, in qua pulchrum hominem egregiùs pictor penicillo voluit exprimere, sint pulchri corporis partes.* Pict.ª ex arte homo, & uerus quid differant.

Picta ex arte. *Addit* { ex arte } *nam pinguntur aliquando ab insciis, sine arte, & preter artem, rerum imagines: à quibus id, quod quęrimus, abest; nec peti exempla ab iis debent.* Picta ex arte, & preter artem.

d. Ex eo, quòd dispersa seorsum in vnum conducta fuerint. *Optimè hoc Zeuxis Heracleotes in Helena Crotoniatis, seu Agrigentinis pingenda obseruauit. Historiam narrant Cicero in proœmio secundi libri de Inuentione, & Plinius in nono capite trigesimi quinti Naturalis historiæ. Plinius Agrigentinis, Cicero Crotoniatis factam tabulam ait. Ad quam tabulam, & historiam fortasse alludit Philosophus hoc loco.* Zeuxis in pingenda Helena hunc modum obseruauit.

e.f.g. Nam separatorum sanè. *Philosophus sic.* ἐπεὶ κεχωρισμένων γε κάλλιον ἔχειν τοῦ γεγραμμένου, τουδὶ μὲν τὸν ὀφθαλμὸν, ἑτέρου δέ τινος ἕτερον μόριον. *Puto ego esse hanc expositionem quandam eius, quod proximè dictum fuerat: Dispersas, & seorsum positas in multis hominibus pulchri corporis partes quasi cogi in vnum à natura pulchrum hominem formante; sed multo magis ab egregio pictore, qui talem coloribus, & penicillo velit exprimere. Intelligi enim hoc etiam exemplo, quòd si eo exemplo gratia imaginem Helenę à Zeuxide pictę, quam fieri non uideras, contemplateris; singulas eius partes separatim, atque vnà quinque illas virgines, de quibus expressę à Zeuxide fuerunt, considerans: planè cognosceres, oculos, puta, illius imaginis esse primę virginis oculos, quę ipsos, quàm reliquę, pulchriores habet: manus esse manus secundę, cui sint manus pulchriores: pedes tertię; & de cęteris eodem modo. Sic igitur hęc uerba construe:* { nam separatorum idest verorum hominum, ex quibus expressus est pulcher homo in tabula pictus; huius quidem esse oculum pulchriorem, qui pulchrior est, quàm in vllo reliquorum; alius verò cuiuspiam aliam partem τοῦ γεγραμμένου, picti hominis, hoc est aliam partem earum, quę omnes pulchrę in picto homine cernuntur. } Syntaxis.

Solùm habere dubitationem potest, quòd uerbum ἔχειν ἀντὶ τοῦ εἶναι, *accipiatur; At si uox* τοῦ γεγραμμένου, *quod maximè mihi fit uerisimile, corrupta est: factaq; facillimo scriptoris à, ν, in, υ, lapsu ex τὸν, uel ex τὸ γεγραμμένον: plana sunt omnia. diceret enim Philosophus:* { τὸ γεγραμμένον, pictum hominem, habere huius quidem separatorum, & verorum hominum oculum pulchriorem, idest qui pulchrior in hoc sit, quàm in cęteris; alius manum; & alius aliam similiter partem } Emendatur scriptura.

Sunt quidam, qui comparari his verbis putant pulchras verorum hominum partes cum partibus pictæ imaginis: hisq; illas in pulchritudine anteferri. quod ridiculum est; pulchriorem non posse oculum exprimi penicillo, quàm in uiuo corpore, de quo exprimitur, reperiatur; & consilio Philosopho omnino contrarium. Expositio aliorum.

Argumentum Textus LXXVII.

Decidit quaestionem vel potius principium eius decidendae tradit, divisis populis in [a] habentes vulgus, seu plebem, quae paucis probis opponitur, belluinam, idest pene expertem rationis, & in [a] habentes eam rationis audientem: quarum quidem hanc, [b] disseminatis in ipsam virtutis, prudentiaeque particulis, summae potestatis in ciuitate participem esse sit melius: illam, [d] non prudentiae, non virtutis quidquam assequutam, melius sit non esse participem, sed rerum potiri paucos optimos. a.e.f. a.b.c.g. Ex b.

Tex. 77. [a] Verum igitur in omni populo, & in omni multitudine contingat esse hanc differentiam [b] multorum à [c] paucis probis, obscurum est. [d] fortasse verò, per Iouem, clarum est, in nonnullis hoc esse impossibile. [e] eadem nanque ratio etiam in belluis conueniret. [f] etenim quid differunt nonnulli, propemodum dixerim, à belluis? [g] sed in aliqua multitudine nihil vetat id, quod dictum est, verum esse.

[a] Εἰ μὲν οὖν περὶ πάντα δῆμον, καὶ περὶ πᾶν πλῆθος ἐνδέχεται ταύτην εἶναι τὴν διαφορὰν [b] τῶν πολλῶν [c] πρὸς τοὺς ὀλίγους σπουδαίους, ἄδηλον. [d] ἴσως δὲ, νὴ Δία, δῆλον, ὅτι περὶ ἐνίων ἀδύνατον. [e] ὁ γὰρ αὐτὸς κἂν ἐπὶ τῶν θηρίων ἁρμόσειε λόγος. [f] καίτοι τί διαφέρουσιν ἔνιοι τῶν θηρίων, ὡς ἔπος εἰπεῖν; [g] ἀλλὰ περί τι πλῆθος οὐδὲν εἶναι κωλύει τὸ λεχθὲν ἀληθές.

EXPLANATIO.

Vulgi homines in quibusdam populis habent singuli virtutis, prudentiaeque particulas, in quibusdam nō habent.

§. 1. [a] In quibusdam [a] populis, [b] plebs, vulgusuè, quo eos, qui vocantur non probi, ac multi, contineri diximus, ita differt à [c] paucis probis, quemadmodum in textu superiori dictum est, probos à non probis differre, vt scilicet paucorum proborum vnusquisque prudentiae, & virtutis partes plurimas, quasi in unum conductas, habeat; multorum, & nō proborum singuli habeant, non multas quidem, sed singulas, vel admodum paucas, & potiùs, quàm partes, particulas. [d] Sunt alij populi, in quibus differentia haec omnino non cernitur: sed eorum multi, seu vulgus, & non probi prudentiae, virtutisque vniuersae sunt prorsus expertes. [g] Prima sumptio de populis, in quibus sit eiusmodi differentia, est per se euidens: &, quanquam euidens non esset, tamen non egeret probatione, propterea quòd aduersarij, quorum in textu 75 allatae rationes sunt, petunt hoc sibi concedi de omnibns populis, non solùm de quibusdam. [d] Alteram sumptionem de populis, in quibus ea differentia non existat, proponit quidem Philosophus, vt per se notam: [e] nihilominus confirmat etiam eam à pari, hunc in modum. [f] In quibusdam populis multi, & vulgus sunt belluis similes vsque adeò, vt propemodum nihil differre ab ijs videantur: [e] sed in belluis nulla est virtutis, nulla prudentiae vel exigua particula; quoniam rationis, quae fundamentum, radixque est prudentiae, & virtutis, non

a.b.c.g. a. b. malorum. c. d.e. eadem nāque. g. d. e. eadem. n. &c. f. Ex e.

Confirmatio sumptionis. Populorum alij habēt plebem rationis audientem, & bene moratam, alij belluinam, & male moratam.

sunt com-

Ex e. eadem, n. ratio conueniret.

sunt compotes: ergo, &c. [c] Maior est nota ipsis terminis. [d] Minor, vsu rerum, & historijs: multos Strabo, multos Plinius, & alij commemorant populos ferinos, & rationis vsu penè priuatos. vt taceam superiori seculo repertos ad quatuor cardines nostri orbis habitantes, quos Indos communi vocabulo appellant, belluisque tam similes, quàm ouum ouo. Hęc diuisio populorum est fundamentum, & initium soluendæ quæstionis propositæ, de præferendo vel populi vniuersi, vel paucorum proborum, altero alteri, dominatu. Siquidem apparet ex ea, enunciatum illud textus 75 (quod, si verum fuisset, sequebatur, vt populi vniuersi; si falsum, vt proborum paucorum principatus esset præstabilior) partim verum esse, partim falsum; verum de populo, cuius vulgus sit audiens rationis, & modestum; falsum de altero, cuius sit belluinum, ac male moratum. ergo in hoc populo præstat paucos probos; in illo vniuersum populum dominari. Prior principatus, qualiscunque in tali populo poterit constitui, optimatum, aut regis quidam erit: posterior respublica propriè sic nuncupata.

† Ex initio tex. sequentis.

Decisio quæstionis in textu 74. propositæ, verum præstet vniuersum populum, an paucos optimos in ciuitate imperare.

SCHOLIA.

a. Vtrum igitur in omni populo, &c. *Nam differentiam populorum indicabit etiam, eaque vtetur Philosophus infrà in tex. 114.* — Locus similis.

In omni populo, & in omni multitudine. *Fortè quęstionem dilatat; quęrendo non solum de populo ciuitatis, verumetiam de quauis hominum multitudine, vtrum à paucis probis, qui in ea reperiri possent, differant reliqui modo enarrato.* — Cur populo adiuncta multitudo.

a.b. In omni multitudine contingat esse hanc differentiam multorum à paucis probis. *Explicat magis diuisionem, quam in textu 75 indicauerat, cuiusuis multitudinis, sed pręcipuè ciuitatis, quam populũ appellamus, in duas partes; unam* τοὺς σπουδαίους, *probos, & prastantes uiros; alteram* μὴ σπουδαίους, ἤ πολλούς, *non probos, & non prestantes; sed multos, & vulgares, plebisque homines continentem.* — Populi, & cuiusuis multitudinis diuisio, quasi in duas partes, in probos, & non probos.

Multitudine multorum. *Hic locus apertè ostendit aliud esse multitudinem,* τὸ πλῆθος; *aliud multos,* τοὺς πολλούς, *Philosopho. Multi sunt quos non probos, & non prestantes suprà in tex. 75 nominauit; dicetque in 78 sequente nullam dignationem habere. multitudo est, quę & hos continet, & reliquos.* — τὸ πλῆθος, καὶ οἱ πολλοί diuersa significant.

d.c. In nonnullis hoc esse impossibile. *& paulo post.* Quid differunt nonnulli, &c. *Putauerit fortasse aliquis, in vtraque harum uocum,* { nonnullis } *&* { nonnulli } *subaudiri oportere, non* { populis } *&* { populi } *vt nos cum cęteris omnibus interpretibus, & explanatoribus subaudimus, sed* { hominibus } *&* { homines } *quasi hic Philosophus, comparans singulos homines cum multitudine, & uulgo cuiusuis populi dicat: Non liquere certè, utrũ in omni populo differãt à paucis, qui probi uocantur, cateri, quos appellant multos, & non probos, modo priùs exposito, quòd pauci probi plurimas, reliqui singulas, uel paucas admodum uirtutis, prudentięque partes habeant; an sit aliquis populus, cuius plerique, qui paucis probis opponuntur, sint prudentię, uirtutisque omnino expertes: quanquam igitur hoc non liqueat de populo, & multitudine hominum aliqua in unum congregata; liquere tamen, & esse omnibus euidens de quibusdam certis hominibus, eos tam prudentia, uirtuteque omni uacuos esse, ut à belluis penè nihil distent. Cęterum si ita* — Expositio huius loci minimè admittenda, quam aliquis afferre posset.

locum

locum hunc exponamus: deficiet nos modus soluendę quæstionis, quam in manibus habemus, & quarundam aliarum, de quibus deinde sermo erat: Philosophusque satis ridicule in principio sequentis textus concludet, solui eas per hæc posse. Adhoc ista uerba { in nonnullis hoc esse impossibile } *è superioribus illis pendent* { contingat esse hanc differentiam } *& pronomen* { hoc } *additum à nobis in uersione, ut clarior euaderet oratio, refertur ad* { hanc differẽtiam } *quod si tolleres; hæc esset syntaxis* { in nonnullis est impossibile, vt sit hæc differentia } *quo pacto autem in uno aliquo homine potest; aut non potest esse differentia illa multorum à paucis? Postremò in exitu textus illud* { sed in aliqua multitudine nihil vetat, &c. } *opponitur his duobus membris* { clarum est in nonnullis hoc esse impossibile } *&* { quid differunt nonnulli, &c. } *ergo supplendum utrunque horum est uocabulo populi; & multitudinis, non hominis unius.*

Quæ sit hæc ratio, quæ in belluis conueniret.

Eadem nanque ratio etiam in belluis conueniret. *Vt à probis uiris different ex eo, quod non uirtutem, & prudentiam perfectam, quemadmodum illorum unusquisque, sed partes earum singula singulas obtinuissent: Qui uerò hoc sequeretur? nempe quoniam populorum quorundam multitudines, & plebem belluis sunt maximè similes.*

* [Serierat uel. 74]

Posterior quæstio

PARS SECVNDA CAPITIS DECIMITERTII.

Posterior quæstio. Ubicunq; populus uniuersus dominabitur, hoc est ubicunque instituenda erit uocata respublica, quarum rerum, & quatenus summam potestatem uulgus, idest multitudo ciuium eorum, qui, sola libertate alijs pares, nec diuitiarum, nec uirtutis dignationem ullam obtinent, habere debebit. Textus septem, à 78. ad 85.

Argumentum Textus LXXVIII.

[c] *Proponitur pars prima quæstionis:* [b] *notato principio utriusque quæstionum istarum, & huius, & superioris,* [b] *cum qua superiori hæc implicita est, dissoluendæ.* c d. b.a. b. quæ illi cohæret.

Tex. 78.

[a] Quapropter & dubitationem antè expositam solueret sanè per hæc quispiam, [b] & eam, quæ illi cohæret, [c] quarum rerum penes liberos, multitudinemque ciuium ([d] tales autem sunt, qui neque diuites sunt, neque dignitatem virtutis habent vllam) esse summam potestatem oporteat.

[a] Διὸ καὶ τὴν πρότερον εἰρημένην ἀπορίαν λύσειεν ἄν τις διὰ τούτων, [b] καὶ τὴν ἐχομένην αὐτῆς, [c] τίνων δεῖ κυρίους εἶναι τοὺς ἐλευθέρους, καὶ τὸ πλῆθος τῶν πολιτῶν. [d] τοιοῦτοι δ' εἰσὶν, ὅσοι μήτε πλούσιοι μήτε ἀξίωμα ἔχουσιν ἀρετῆς μηδέν.

EXPLANATIO.

c.d. Pars prima huius quæstionis:[c] Quarum rerum arbitrium habere vulgus, hoc est multitudo ciuium, qui, sola libertate alijs pares, nec diuitiarum, nec virtutis dignationem vllam obtinent, debebit, vbicunque populus vniuersus dominabitur, idest in propriè vocata republica. † Altera pars, Quatenus progredi arbitrium illud conueniat, in sequentibus definietur.[a] Principium[b] vtriusque partis dissoluendæ[a] est id, quod proximè,[a] pro dissoluenda priori quæstione in superiori parte huius capitis explicata,[b] & coniuncta cum ista, est traditum:[a] diuisio nimirum talis multitudinis ciuium in belluinam, & in rationis audientem.

a. solueret sanè per hęc quispiā b. & eam &c c. a per hæc. a. dubitationē antè expositā. b. q̄ illi cohęret a. per hæc.

SCHOLIA.

a. Dubitationem antè expositam. *Priorem quęstionem tractatam in prima huius capitis parte, qua quærebatur: Vtros melius sit in ciuitate summam potestatem habere, populumne vniuersum, an de eo optimos paucos. Quomodo autem per diuisionem populorum, & plebum, in textu superiori propositam, solueretur illa quæstio, ibi declarauit.* Expositio verborum.

b. Et eam, quæ illi cohæret. *Cohæret sanè, & implicita est cum quæstione priori hęc posterior. postquam enim conclusum est, melius esse alicubi vt penes populum vniuersum sit arbitrium ciuitatis, nimirum ubi forma uocatę respublicę institui potest: statim inuestigandum uidetur, quarum rerum, & quatenus summa potestas sit plebi communicanda ijs in ciuitatibus, in quibus populus vniuersus est dominaturus.* Cohæret q̄ēo hęc quæstio posteriorcum priori.

c. Penes liberos. *Liberos nunc appellat eos ciues, qui nullam aliam causam afferre possunt, cur ad honores, rempublicamq; administrandam admitti debeant, nisi solam libertatem: quum alij uirtutem, alij diuitias, alij nobilitatē pro se inducant.* Liberorum vocabulum.

Multitudinemque ciuium. *Multitudo ciuium, τὸ πλῆθος τῶν πολιτῶν, aliud significat hic Philosopho, quàm suprà in tex. 75. & 77 τὸ πλῆθος simpliciter significaret. In illis locis notabat totam multitudinem, & populum uniuersum: hic notat partem eius multitudinis, ac populi; nimirum vulgus, & plebem totam, ut præstantioribus opponitur ciuibus.* Multitudinis vocabulum.

Tales autem sunt, &c. *Hæc vulgi, & plebis quędam quasi definitio videtur: Vulgus est multitudo ciuium, qui, libertate alijs pares, nec diuitiarum, nec uirtutis dignationem ullam habent. Sunt autem isti, quos suprà τοὺς πολλοὺς, καὶ πολλοὺς sæpe nominauit.* Vulgi definitio.

d. Neque diuites sunt. *Diuitum nomine etiam nobiles comprehendi arbitror, ut supra in tex. 50. & alijs in locis.* Diuitum nomine etiā nobiles.

Argumentum Textus LXXIX.

l. m. a. ad l. [l] *Soluitur pars prima quæstionis, in superiori textu proposita:[a] quæ solutio concluditur per rationem ductam à repugnantibus. Altera pars,* [m] *indicata hic verbo μετέχειν, dissoluetur perfectè in tex. sequenti inter* m. sint isti participes.

eandem

eandem istius primæ solutionem confirmandam. § *Sed nos ambarum simul partium dissolutionem vniuersam paucis comprehendemus.* §

Tex. 79. [a] Participes enim esse eos maximorum imperiorum, seu magistratuum, tutum non est. [b] nam & propter iniustitiam, [c] & propter imprudentiam [d] aliâs iniurias inferrent, [e] aliâs errarent ipsi. [f] Non tribuere autem, [g] nec esse participes, est terroris plenum. [h] quum enim honoris expertes multi, [i] & pauperes sint: [k] necesse est hostium plenam hanc ciuitatem esse. [l] Restat igitur, vt cõsultandi, [m] & iudicandi sint isti participes.

[a] Τὸ μὲν γὰρ μετέχειν αὐτοὺς τῶν ἀρχῶν τῶν μεγίστων, οὐκ ἀσφαλές. [b] διά τε γὰρ ἀδικίαν, [c] καὶ δι᾽ ἀφροσύνην, [d] τὰ μὲν ἀδικεῖν ἄν, [e] τὰ δ᾽ ἁμαρτάνειν αὐτούς. [f] τὸ δὲ μὴ μεταδιδόναι, [g] μηδὲ μετέχειν, φοβερόν. [h] ὅταν γὰρ ἄτιμοι πολλοί, [i] καὶ πένητες ὑπάρχωσι, [k] πολεμίων ἀναγκαῖον εἶναι πλήρη τὴν πόλιν ταύτην. [l] λείπεται δὲ τοῦ βουλεύεσθαι, [m] καὶ κρίνειν μετέχειν αὐτούς.

EXPLANATIO.

Prior pars quæstionis proponitur, & soluitur: Quarum rerum potestatem summam habere vulgus in uocata propriè republica debeat.

PRIMA pars quæstionis: [l] Quænam sunt res in ciuitate, quarum, vel in quibus potestate maximam, qua scilicet maior, superiorúe nulla sit, & à qua non sit prouocatio, cuiusq; decreta infringi nullo pacto queant, nec rationes eorum, quæ ab ipsa profecta fuerint, vnquam reposci; vulgus, quod nec diuitiarum, nec virtutis dignitate vlla præditum est, habere debet, vbicunque populus vniuersus teneat principatum, idest in propriè vocata republica? Sunt profectò res istæ consilia, & iudicia. † At quatenus (quæ est secunda quæstionis pars) est in istis rebus, seu partibus, muneribusque reipublicæ, quæ consilia, & iudicia appellantur, talis potestas, qua maior, superiorúe nulla sit, &c. vulgo concedenda? † num vt eorum omnium, quæ in deliberationem veniunt, & quorum iudicia fiunt in ciuitatibus, sint tales homines iudices, & consiliarij; an vt certorum quorundam? & numquid vt ipsi soli; vel vt simul cum reliquis ciuibus? † Certè non vt soli, sed vt cum alijs ciuibus virtute præstãtibus, quos probos vocamus, congregati consultent, & iudicent: [a] ex quo participes, non arbitri, & domini vtriusque sint muneris, deliberandi, & iudicandi. † Nec vt in omnibus quidem consilijs, iudicijsque intersint; verùm vt in ijs solis, quæ de creandis magistratibus, & de rationibus ab ijs, qui magistratus gesserint, repetendis fient. [a] Argumentum à repugnantibus, quo solutio primæ partis quæstionis conficitur, est tale. [a] Si maximorũ magistratuũ, ac tandẽ summi imperij particeps vulgus ciuiũ effeceris; [f] vel si rursus expers: [a] inde periculum erit iniuriarum tam inter ipsos, quàm in reliquos ciues, & errorum in administranda republica [b] partim ab iniustitia, [c] partim ab imprudentia hominum eiusmodi, qui non solidam prudentiam, non virtutem, sed exiguas tantùm earum particulas,

Posterior pars quæstionis proponitur, & soluitur hic ab auctore, in sequenti textu à Philosopho soluẽda: Quatenus earum rerũ potestatem debeat habere.

Confirmatur solutio prioris partis quæstionis.

Si maximorum magistratuum, principatusque ciuitatis sit particeps vulgus, quæ; &c. si sit expers, mala eueniant in ciuitatibus.

Ex l.m.

l.m.

Ex a. participes m. participes.

a. ad l.

a.

f.

a. d. e.

b.

c.

Itaq; illi in

culas,

culas, ac tanquam semina habent, vt ex superioribus est manifestum:
f.g. inde. [f] hinc timor grauis instabit seditionum, & interitus reipublicæ, propte-
h.i. reaquòd [h] vbi multi, & inopes excluduntur magistratibus, summo præ-
k. sertim, [k] plenam esse hostium ciuitatem necesse est, contentionesque, &
Ex i. conspirationes ad mutandum eius statum exoriri. [i] pauperes enim quum
sint, cernentes se honoribus vnà, atque emolumentis, quæ multa, varia-
que sæpe magistratus suppeditant, priuari, oderunt rempublicam: &,
Ex K. [k] quum sint multi, facile aduersus eam conspirantes, vim habent dimi-
candi, tandemque euertendi eam. maximè autem quiescit populus, si
sũmi imperij, & principatus ciuitatis sit aliquo modo particeps, vt dictũ
l. est in tex. 149, 178, & 181 secundi libri.[l] Ergo restat, vt quodãmodo cõ-
mittatur, quodammodo non committatur vulgi hominibus summum
l.m. imperium.[l] Hoc autem eueniet, si consiliorum, & iudiciorum publico-
Ex l. rum fiant participes.[l] ita nanque consultando, iudicandoque cum pro-
bis, ac prudentibus viris coniuncti, & de certis quibusdam duntaxat re-
Ex b.c.d.e. bus, quæ in proximo textu explicabuntur:[b] nec vitio, nec inscitia laben-
tur, prudentia, virtuteque illorum sustentati:[a] &, quum sint participes
Ex h.i.k. nihilominus summi imperij, quod in consilijs, iudicijsque positum est; ta-
lem statum ciuitatis, tanquam sibi conducentem, amabunt, eumque ab
infestare volentibus tuebuntur, nedum ipsi turbent. quod clarum est ex
tex. 149. libri secundi.

Principatus ciuitatis quodãmodo cõmittendus, quodammodo minimè cum uulgo, & qui illud fiat.

SCHOLIA.

a. Maximorum imperiorum, seu magistratuum. *Τῶν ἀρχῶν τῶν μεγίστων. Puto τὸ κύριον, hoc est id, quod supremam in ciuitate potestatem habet, cuius in manu est respublica, ac summa rerum, inprimis notari; tamen & cum eo alios etiam insignes magistratus. nec dissentire à nobis D. Thomas videtur.*

Ἀρχαὶ μέγισται quid hæc.

b.c.d.e. Et propter iniustitiam, & propter, &c. *Iniuria ad iniustitiam, error ad imprudentiam propriè refertur. tamen & propter imprudentiam aliquando iniuriæ inferri dicuntur, licet vocabulo minùs proprio; manantq. iniusta iudicia à iudicibus imperitis: & propter iniustitiam hallucinamur non solùm in alienis, communibusq., sed etiam in proprijs nostris rebus.*

Iniuria, error, iniustitia, imprudentia, quo inter se referantur.

b.c. Iniustitiam, & imprudentiam. *Suprà in tex. 75 virtutem, & prudentiam nominabat: quibus nunc opponere videtur iniustitiam, & imprudentiam. iustitia enim generalis omnes virtutes complectitur.*

Iniustitia virtuti opponitur quomodo.

d.e. Iniurias inferrent: errarent ipsi. Ἀδικεῖν ἄν, ἁμαρτάνειν αὐτούς. *Differre hæc duo verba Grammatici inquiunt, quòd ἀδικεῖν sit destinata malitia, & consultò; ἁμαρτάνειν sit lapsu, casu, fortuna, & errore quodam humano delinquere.*

Ἀδικεῖν, & ἁμαρτάνειν quid inter se differant.

f.g. Non tribuere autem, nec esse participes. *Quanquam non tribuerentur maxima imperia vulgaribus ciuibus: dummodo ijs lege non excluderentur, sed ad ipsa possent aliquo tempore, & aliqua ratione peruenire; minus prompti essent ad seditiones concitandas.*

Cur additum [participes esse.]

l.m. Consultandi, & iudicandi. *Tres sunt partes, ut sæpe in his libris dicetur, seu tria munera, quibus respublica omnis, totaq. ratio eius administrandæ continetur: gestio magistratus; deliberatio; iudicatio: ut tamen magistratus vocabulum, angustiùs captum ab alijs duobus distinguitur. hæc autem duo, deliberare, & iudicare, magistratui gerendo longe antecellunt: quandoquidem ab altero creantur,*

Magistratus, Cõsilia, Iudicia.

ab altera corriguntur ipsi magistratus: Et in his igitur duobus summa imperij, atque principatus, atque regendarum ciuitatum omnino consistit: qua de re etiam à horum duorum participatione definitus est ciuis in secundo capite huius tertij libri, vt ad eum locum annotauimus. Partes capitis

Μετέχειν, i. participem esse, socium designat, nō dominum.

Sint isti participes: *Verbum μετέχειν, hoc est* { participem esse }, *declarat non esse dominum statuendum vulgus consiliorum, & iudiciorum ciuitatis, sed in partem eorum recipiendum: quæ uero sit ista pars, idest quatenus summa potestas horum duorum munerum sit vulgo tribuenda tam respectu rerum de quibus consulitur, & iudicatur; quàm respectu hominum deliberantium, & iudicantium, textus sequens aperiet.*

Argumentum Textus LXXX.

ª Confirmatur solutio, in superiori textu tradita, prioris partis quæstionis legumlatorum quorundam, inter quos & Solon fuit, auctoritate: ᵇ in eaque confirmanda alterius partis solutio indicatur: ᶜ tum ambarum partium solutiones duobus argumentis corroborantur, ᵉ vno ab adiacentibus; ᶠ altero ab actibus.

Textus.

ª Quocirca & Solon, ᵇ & quidam ex alijs legumlatoribus tum ad magistratuum comitia, ᶜ tum ad repetendas à magistratibus rationes eos adhibent: ᵈ imperare autem, & gerere magistratum per se solos non sinunt. ᵉ Omnes enim congregati sufficientem sensum habent: ᶠ & permixti cum melioribus prosunt ciuitatibus; ᵍ quemadmodum alimentum non purum cum puro facit vniuersum pauco vtilius: ʰ seorsum autem vnusquisq; imperfectus est ad iudicandum.

ª Διόπερ καὶ Σόλων, ᵇ καὶ τῶν ἄλλων τινὲς νομοθετῶν τάττουσιν ἐπί τε τὰς ἀρχαιρεσίας, ᶜ καὶ τὰς εὐθύνας τῶν ἀρχόντων: ᵈ ἄρχειν δὲ κατὰ μόνας οὐκ ἐῶσι. ᵉ πάντες μὲν γὰρ ἔχουσι, συνελθόντες, ἱκανὴν αἴσθησιν: ᶠ καὶ μιγνύμενοι τοῖς βελτίοσι, τὰς πόλεις ὠφελοῦσι· ᵍ καθάπερ ἡ μὴ καθαρὰ τροφὴ μετὰ τῆς καθαρᾶς τὴν πᾶσαν ποιεῖ χρησιμωτέραν τῆς ὀλίγης: ʰ χωρὶς δ᾽ ἕκαστος ἀτελὴς περὶ τὸ κρίνειν ἐστίν.

EXPLANATIO.

Series.

Conclusum est in textu superiori, res, & munera publica vulgi hominibus impertienda, vbi populus vniuersus dominatur, esse consilia, & iudicia ciuitatis: in quibus duobus summa imperij, caputque administrandæ reipublicæ consistit. Est autem hoc conclusum ratione ducta à repugnantibus. nam, nisi ita statuatur, sequi vtrinque, seu negentur, seu tribuantur vulgo maximi magistratus; detrimenta, & perniciem reipublicæ. ª Confirmant conclusionem, & solutionem istam prioris partis quæstionis nostræ, auctoritate sua, Solon, & quidam alij legumlatores: qui

Solon, & quidam alij legum latores confir-

ob eandem

a. quocirca. [a] ob eandem rationem, ne incommoda sequerentur, [b] tum ad consilia in
b. c. creandis magistratibus, [c] tum ad iudicia de reposcendis rationibus [b] ple-
b. adhibent. b.c. bis homines adhiberi iusserunt: adhiberi, inquam, non præfici; [b] vt, con-
d. iuncti cum melioribus, hisce de rebus consultarent; & iudicarent: [d] per
se soli nec de his quidquam statuerent; nec vllum gererent definitum
magistratum, vt scriptum est etiam de Solone in tex. 204, & 208. libri se-
† cundi. † Ex hac confirmatione, auctoritateque legumlatorum istorum
definietur altera pars quæstionis nostræ (quatenus scilicet in his duobus
reipublicæ amplissimis muneribus, iudicandi, deliberandique, potestas
maxima sit vulgo tribuenda) ad hunc modum: Nec vltra magistratuum
comitia, rationesque repetendas; nec soli de his, sed cum melioribus ci-
uibus permixtę, plebi concedendam esse consiliorum, iudiciorumque ci-
uitatis maximam potestatem: atque eidem definitum vllum magistra-
e. per totum. tum vetendum dari. [e] Has verò ambarum quæstionis nostræ partium so-
lutiones, & decretum istorum legumlatorum duplex ratio corroborat:
e. h. vna ab adiacentibus: ab actibus altera. [e] Illa ab adiacentibus est talis.
e. [e] Homines, qui nec propter diuitias, nec propter virtutem sunt in existi-
matione aliqua, quos suprà non probos, & multos, & plebem, vulgusque
nominauimus, quom in vnum omnes conuenerint, congregatique sunt;
ἱκανὴν αἴσθησιν, satis multã, satisq; valentẽ prudentiã, virtutemq; ad ea iudi-
h. cãda, & decernenda, quę dicta sunt, habent; [h] licet singuli seorsum habeãt
† exiguam, & imbecillam; † quippe quòd singuli singulas duntaxat pru-
dentiæ, virtutisque particulas, & tanquam lumina quædam partim à na-
tura, partim ab educatione, partim ab vtrâque obtinuerunt, vt in tex. 75
e. enim. b. c. est declaratum: [c] ergo in consilia pro creandis magistratibus, & in iudicia
rationum repetendarum omnes sunt recipiendi; & ad probos ciues, qui
d. virtute, prudentiaque præstant, adiungendi: [d] solitarijs ijs nullus man-
f. g. h. dandus magistratus. [f] Secunda ratio ab actibus. [f] Homines isti, [h] quorum
f. h. vnusquisque per se parum admodum virtutis, prudentiæque habet; per-
f. mixti cum melioribus, [f] prosunt ciuitatibus; supplentes ea, quæ meliores
Ex h. pauci pręstare nõ possent; [h] quanquam, ab illis seiuncti, potiùs essent no-
g. cituri ergo, &c. [g] Probatur assumptum argumento à simili in alimentis:
quorum non purum, admixtum puro, reddit totum corpori, cui nutrien-
do sit satis, vtilius, quàm solum per se purum esset, paucitate sua viribus
redintegrandis haud sufficiens.

mant auctoritate sua solutionem prioris partis quæstionis in superiori textu traditam.

Soluit posterior pars quæstionis hac confirmatione, sententiaq; legumlatorum.

Argumenta duo ambas solutiones, sententiamq; expositam legumlatorum corroborantia.

Primum.

Secundum.

S C H O L I A.

a. b. c. d. Quocirca, & Solon. *Hæc eadem de Solone in tex. 208. libri secundi.*

b. Et quidam ex alijs legumlatoribus. *Qui nam hi fuerint, quærendum est.*

b. c. Tum ad magistratuum comitia, tum ad repetendas à magistratibus
rationes. *Fortè alij legumlatores, quorum Philosophus hic meminit, hæc sola con-*
silia, & iudicia, pro creandis magistratibus, & de rationibus ab ijs reposcendis, ple-
bi aperuerunt. Cæterùm Athenis, & à Solone, notum est, multo plura vniuersi
populi arbitrio fuisse permissa. Siquidem ex testimonio eiusdem Philosophi nostri
in tex. 204, 205, & 206. libri secundi, & Plutarchi in Solonis vita iudiciorum om-
nium, & de omnibus rebus vel ab initio, vel ex prouocatione populum vniuersum
Solon dominum fecit. Omnium etiam deliberationum ibidem populum plenam au-

Locus similis.

Athenis in multa alia iudicia, & consilia, præter magistratuum, & de magistratibus, admissi vulgi homines.

 ctoritatem

Quare comitia magistratuum, & repetendarum rationum iudicia, & quare hæc sola cum vulgo communicanda.

cloritatem habuisse, probare videntur ea, quæ eodem in loco Plutarchus scribit, & quæ Demosthenes in oratione contra Neæram. certè multarum habuit; de quibus alibi. Sed quare horum duorum, conuentuum, inquam, pro creandis magistratibus, et iudiciorum pro rationibus reposcendis, ex omnibus publicis muneribus, summam potestatem in republica propriè appellata cum vulgo communicandam esse censet Philosophus noster? Ipse quidem alias in tex. 208 secundi libri, directò ad vulgus spectantes: alias nunc, spectantes directò ad rempublicam, & ciuitatem vniuersam huius rei causas attulit. Dicebat ibi: Nisi harum duarum rerum saltem, hoc est eligendi magistratus, & repetendi ab ijs rerum gestarum rationes summam potestatem cum reliquis ciuibus plebs obtineat; seruam eam, & hostem reipublicæ futuram. Hic ait: Adhibendos esse ad has duas partes consiliorum, & iudiciorum homines plebis: tum quia, congregati in vnũ, omnes simul satis sensus, prudentiæque, & virtutis ex tex. 75 ad rectè deliberandum, iudicandumque habere videantur, licet singuli seorsum parum habeant: tum quia, permixti, & adiuncti melioribus, multitudine sua paucitatem illorum, quæ fortasse muneribus reipublicæ non sufficeret, adiuuantes, prosunt ciuitatibus; sicut cibus non purus, permixtus cum puro, corpori prodest, tantum ei suppeditans nutrimenti, quantum est necessarium. At si hæc vera sunt; & prudentiam, virtutemque afferunt homines plebis in conciones, ad meliùs deliberandum, & iudicandum; sic plerumque quum multi sint, paucos probos, vt faciliùs munera publica impleantur: quare, sicut ad comitia magistratuum, rationesque ab ijs reposcendas, sic ad reliqua genera consiliorum, & iudiciorum, quod Romæ olim, Athenisque, & in alijs rebuspublicis factum est, non adhibebuntur? Porrò de iudicijs, quare cæterorum iudiciorum nulla in tex. 208 secundi libri fieret mentio; causam quandam exposui in commentario illius textus: nempe quia parum referret ad rempublicam participandam, communicarenturne illa plebi, an non communicarentur. De vtrisque verò nunc dicamus: reliquas partes deliberationum, atque iudiciorum, præter comitia magistratuum, & rationes reposcendas, non impertiri à Philosopho hominibus plebis primùm ne multitudo munerum, honorumque publicorum redderet eos insolentes: deinde quia à paucioribus reliqua illa partes, quemadmodum & definiti, propriéque appellati magistratus, multo melius, quàm à pluribus administrantur; quod vsus rerum docet: postremò quia, ad tam multa vocati homines plebis, relinquere opera, quæstusque suos proprios, quibus, quum non sint diuites, se & familiam suam alunt, cogerentur. Et nihilominus his duobus, electionibus magistratuum, rationumque ab ijs reposcendarum iudicijs, secum communicatis, contenta plebs viuit; vt in quarto capi. sexti horum librorum, & alijs in locis tradit Philosophus: amat præsentem reipublicæ statum: & sibi videtur esse, quemadmodum verè est, socia, non serua ciuium illustriorum.

Locus similis.

Omnes enim congregati, &c. *Simile suprà in tex. 75.* e.

Alimentum totũ, ex puro, & impuro constans, vtilius est, non salubrius pauco puro.

Vtilius. *Vtilius pauco puro est vniuersum alimentum constans ex puro, & impuro; non salubrius. qua in re nonnulli hallucinantur. est autem vtilius, propterea quòd tantum suppeditat corpori ad replendam eius inanitatem, quantum est necessarium: quod paucum purum non facit.* f.

Cur imperfecti ad iudicandum singuli è vulgo.

Scorsum autem vnusquisque imperfectus, &c. *Habet enim vnusquisque, ex tex. 75, particulam tantùm virtutis, atque prudentiæ.* h.

Dubitatur

Argumentum commune quatuor textuum sequentium, 81, 82, 83, 84.

Dubitatur aduersus solutionem quaestionis in duobus superioribus textibus traditam; seu aduersus institutum illud legumlatorum, ac rerumpublicarum quarundam, cuius proximè est facta mentio; omnino aduersus hoc praeceptum; Adhibendos esse in comitia creandorum magistratuum, iudiciaque rationum ab ijs repetendarum in vocata propriè republica homines plebis. Dubitationes duae: vtraque cum sua dissolutione.

Argumentum Textus LXXXI.

[a] *Dubitatio prima ex* [b] *iudicantium,* [m] *eligentiumque rectè definitione quadam; qui quidem sint ij tantummodo à quibus iudicandae, eligendaeque res cognoscuntur vel ex scientia, vel ex peritia:* [t] *plebis autem homines, praesertim in propriè vocata republica, nec scientiam, nec peritiam gerendorum magistratuum, ipsorumque magistratuum vllam habeant. Locus à definitione.*

[a] Habet autem haec ordinatio reipublicae dubitationem. [b] Primùm quidem, quoniam videretur esse eiusdem, quis rectè medicatus sit, iudicare, [c] cuius est & mederi, & aegrotantem ex praesenti morbo sanum facere. [d] hic autem est medicus. [e] Similiter verò hoc etiam in alijs experientijs { *seu facultatibus* }, [f] & artibus. [g] Quemadmodum igitur medicus rationes reddere apud medicos debet: [h] ita & alij apud similes. [i] Medicus autem est & qui opifex, & qui architecto similis, & tertius, qui peritus in arte. [k] sunt enim quidam tales in omnibus, penè dicam, artibus. [l] tribuimus autem iudicandi munus nihilominus peritis, quàm scientibus. [m] Iam verò & in eligendo eodem modo res se habere videretur. [n] etenim rectè eligere scientum est opus: [o] exempligratia & geometram, eorum, qui rerum geometricarum; [p] & gubernatorem, eorum, qui rerum ad gubernationem attinentium. [q] Nam tametsi in nonnullis operibus, [r] & artibus participes sunt etiam idiotarum quidam: [s] non tamen magis, quàm scientes. [t] Itaque hac quidē ratione nec eligendorū magistratuum, [u] nec rationū repetendarū summa potestas multitudini esset concedēda.

[a] Ἔχει δ' ἡ τάξις αὕτη τῆς πολιτείας ἀπορίαν. [b] πρῶτον μὲν, ὅτι δόξειεν ἂν τοῦ αὐτοῦ εἶναι τὸ κρῖναι, τίς ὀρθῶς ἰάτρευκεν, [c] οὗπερ καὶ τὸ ἰατρεῦσαι, καὶ ποιῆσαι ὑγιᾶ τὸν κάμνοντα τῆς νόσου τῆς παρούσης. [d] οὗτος δ' ἐστὶν ἰατρός. [e] ὁμοίως δὲ τοῦτο καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἐμπειρίας, E καὶ τέχνας. [g] ὥσπερ οὖν ἰατρὸν δεῖ διδόναι τὰς εὐθύνας ἐν ἰατροῖς: [h] οὕτω καὶ τοὺς ἄλλους ἐν τοῖς ὁμοίοις. [i] ἰατρὸς δ' ὅ τε δημιουργὸς, καὶ ὁ ἀρχιτεκτονικὸς, καὶ τρίτος, ὁ πεπαιδευμένος περὶ τὴν τέχνην: [k] εἰσὶ γάρ τινες τοιοῦτοι καὶ περὶ πάσας, ὡς εἰπεῖν, τὰς τέχνας. [l] ἀποδίδομεν δὲ τὸ κρίνειν οὐδὲν ἧττον τοῖς πεπαιδευμένοις, ἢ τοῖς εἰδόσιν. [m] ἔπειτα καὶ περὶ τὴν αἵρεσιν τὸν αὐτὸν ἂν δόξειεν ἔχειν τρόπον. [n] καὶ γὰρ τὸ ἑλέσθαι ὀρθῶς τῶν εἰδότων ἔργον ἐστίν. [o] οἷον γεωμέτρην τε τῶν γεωμετρικῶν, [p] καὶ κυβερνήτην, τῶν κυβερνητικῶν. [q] εἰ γὰρ καὶ περὶ ἐνίων ἔργων, F καὶ τεχνῶν μετέχουσι καὶ τῶν ἰδιωτῶν τινες: [s] ἀλλ' οὔτι τῶν εἰδότων γε μᾶλλον. [t] ὥστε κατὰ μὲν τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ἂν εἴη τὸ πλῆθος ποιητέον κύριον οὔτε τῶν ἀρχαιρεσιῶν, [u] οὔτε τῶν εὐθυνῶν.

EXPLANATIO.

Prosyllogismus primus.
Iudicare, & eligere recte est uel scientum, vel peritorum.
Scientia quid.
Peritia quid, & quibus modis comparatur.

[b] Iudicare rectè de vnaquaque re, [a] & eligere vnamquanq; rectè est eorundem hominum, qui talis rei notitiam habent [c] vel ex scientia perfecta, † qua causæ cognoscuntur, [d] vel ex peritia, græce ἐμπειρία, † quæ est notitia quædam leuior, & τοῦ ὅτι plerunque potius, quàm causæ alicuius, vsu parta, hoc est aut exercitatione, tractationeque propria, aut educatione, & admonitione aliena. [b] quocirca & iudicare de magistratibus rectè, qui probè, qui non probè, quis minus probè magistratum suum gesserit, & rectè eligere magistratus, vt maximè idonei ijs gerendis eligantur; est eorum hominum, qui magistratuum gerendorum, ipsorumque magistratuum vel scientiam, vel peritiam habeant. { *Locus à genere.* } [b] sed homines plebis nec scientiam, nec peritiam gerendorum magistratuum vllam habent; † sunt enim hæc partes virtutis, prudentiæ, ac tandem facultatis ciuilis; à quibus homines plebis (ex tex. 78) vbique longè absunt; longissimè autem abesse, & minimè omnium peritiam, scientiamque gerendorum magistratuum habere in hac forma reipublicæ debent; in qua & gerere vllos (ex textu superiori) lege prohibentur; &, quum prohibeantur, tametsi diuites, nobilesque pro plebeijs forent, nullo modo ad eos essent instituendi: † ergo hominum plebis non est nec iudicare rectè de magistratibus, quis probè magistratum gesserit, quis non probè, quis minus probè; nec rectè magistratus eligere, vt eligantur maximè idonei. { *Locus à definitione* }. [t] ergo neque ad iudicia rationum a magistratibus reddendarum, neq; ad magistratuum ipsorum comitia adhibendi erunt; obessent enim potius, quàm prodessent. { *Locus à fine.* } Assumptio secundi prosyllogismi (Homines plebis nec scientiam, nec peritiam magistratuum habere) videtur nota ex antea constitutis. itaque indicatur solùm in hoc textu, non exprimitur. At propositio primi, in qua descriptio quædam bene cùm iudicantium, tum eligentium continetur, & cuius pars de benè iudicantibus posita est etiam sub initium primi ad Nicomachum, & sub initium primi de Partibus animalium, probatur hic vtrinque, idest [b] tam ex ea parte, quæ ad iudicandum, [m] quàm ex ea, quæ ad eligendum attinet, inductione in artibus, & facultatibus. Pro iudicandi parte exemplum proponitur primùm in opere artis medicæ, quod est mederi. [b] De hoc opere, quis rectè medicatus fuerit, quis non rectè, iudicium ferre, eiusdem hominis esse inter omnes constat, cuius sit mederi, & sanare posse. [d] hunc autem medicum appellant. [i] & hic quidem aut

Prosyllogismus secundus.
Vulgus nec scientiam, nec peritiam gerendorum magistratuum, ipsorumue magistratuum vllam habet.

Syllogismus.

Assumptio secundi prosyllogismi (vulgus nec scientiã, nec peritiam &c.) tanquam nota ex antè constitutis, indicatur tantùm.
Propositio primi prosyllogismi (iudicare, & eligere rectè &c.) duas partes hîs probatur inductione.

Prima pars huius propositionis, de iudicando.
De opere artis medicæ rectè iudicant ij soli, qui medicæ artis aut periti sunt, aut scientes.
Medicus quis, & quot modis.

b
a.
c. & qui opifex & qui architectus. l. qui scientibus.
†
c. & k. tertius qui est perittus l. nihil minus peritis.
†
Ex b. a.
Ex b. primam quidẽ, quoniã &c. a. t. quare hac ratione.
Tex. 78. d.
† Ex locis supra citatis.
e. u.
b. ad m. & q. r. f. m. ad t.
b. c. g.
d. g.
i. k.

dem aut artem exercet curans ipse ægrotos, quum vel sciens sit, vel peritus saltem artis (δογματικὸς ille καὶ λογικὸς iste ἐμπειρικὸς nominatur; vterque πρακτικὸς vel δημιουργὸς ἰατρὸς:) aut non exercet artem; sed vel scientiam artis perfectam tenet, ex quo ἀρχιτεκτονικὸς per translationem est dictus, quòd, quasi in culmine artis sedens, alijs præcipere, quid in ea faciẽdum sit, potest; vel non habet scientiam perfectam, sed peritiam tantùm, & institutionem quandam rudem adhuc, & imperfectam; ambo autem, & hic peritus, & ille architectus in medica arte, contemplatione contenti, operam non præstantes, θεωρητικοὶ vocari solent. [b] quòd si iudicare, quis rectè, quis non rectè sit medicatus, ad solum medicum, quà medicus est, pertinet; [i] omnemque medicum, enumeratis, & in medio positis cunctis huius vocabuli significationibus, constat talem esse, ac dici vel propter peritiam, vel propter scientiam artis medicæ: [b] sequitur planè in arte medica de opere eius, à quo rectè factum sit, à quo minimè, rectè iudicare eorum tantùm hominum esse, qui artem eam norunt, hoc est, qui eius sunt vel periti, vel scientes. [e] In alijs artibus, & facultatibus omnibus, [e] quarum omniũ experiẽtia, vt scribitur in principio Postnaturalium, initium est, idem inueniemus: [f] rectè de operibus singularum iudicare proprios artifices, qui vel scientiam perfectam, vel peritiam earum habent: [h] adhibendosque esse hac de causa ipsos solos, si quando de talibus operibus, rectè an non rectè fuerint facta, redditur ratio, & iudicium constituitur. Hoc modo ostenditur inductione pars altera maioris nostræ, quæ est de iudicando. [m] Altera pars, quæ est de eligendo, vt similiter ostendatur; [p] sumuntur in exemplum geometria, & ars gubernandi: quarum [o] in illa geometram rectè eligere est eorum, qui rerum geometricarum, [p] in hac rectè eligere gubernatorem est eorum, qui nauis gubernandæ scientes, peritiúe sunt, munus peculiare. † Ab his duabus artibus percurrere per alias potes, vt videas in omnibus hanc veritatem. [q] Instabis fortasse aduersus inductiones istas: assumi interdum, ad nonnulla opera iudicanda, & ad nonnullos artifices eligendos, inscios, & imperitos quosdam, eosque rectè tum de illis iudicare, tum hos eligere. [s] Verùm tollitur hæc instantia, propterea quòd nec semper rectè inscij, & imperiti iudicant, & eligunt; periti, & scientes rectè semper: & quando rectè illi; hi etiam rectiùs, & meliùs.

Margin notes: Ex b.c.d. — Ex i.K.l. — Ex h.c.d.g.i.K.l. — e.f.g.h. — Ex e. experientias. — e.f. — h.g. — m. — o.p. — o. — p. — + — q.r.f. — f.

De operibus singulorum artium, & facultatum rectè iudicant qui earum vel scientiam, vel peritiam habent.

Altera pars eiusdem propositionis, de eligendo.

Instantie aduersus inductiones allatas, & propositionem per eas confirmatam.

Confutatio geminæ huius instantiæ.

SCHOLIA.

b. Videretur esse eiusdem, &c. *Hac propositio (Iudicare rectè de vnaquaque re est eius hominis, qui eam nouit) fortasse est vnum de primis pronuntiatis: nec principium habet, à quo deducatur; nisi illud sit, quod græcus interpres in primo lib. ad Nicomachum explicauit, de regula rei in mente eam cognoscentis sita, & quam iudex ad iudicium suum dirigendum adhibeat oportet. Male hic D. Thomas ad causas confugit. causas enim omnes, à primis ad summas, cognoscere scientię perfectæ est, non etiam peritia. ad peritiam tamen dilatat propositionem suam Philosophus: & ipse est, qui paulo pòst inquit:* § Tribuimus autem iudicandi munus, τὸ κρίνειν, nihilominus peritis, quàm scientibus.

Propositio (Iudicare rectè de vnaquaque re est eius hominis qui eam nouit) habeatne principium, quo possit demonstrari.

c. Quis rectè medicatus sit, iudicare, &c. *Mos est Philosophi ita res nectere in oratione, vt à postrema earum, quæ antecesserint, initium captas sequentium. nominauerat*

Ordinis inuersi ratio.

minauerat in textu superiori primùm magistratuum comitia, deinde rationes ab ijs repetendas. hic igitur, inuerso ordine, primùm dubitat aduersus iudicia repetendarum rationum: postea aduersus comitia eligendorum magistratuum: & in fine textus rursus comitiorum magistratuum priùs, quàm rationum repetendarum mentionem facit.

Locus similis.

Et qui opifex, & qui architecto similis, &c. *Similia his scribuntur sub initium primi libri Diuinæ philosophiæ. de quibus ibi.* L.K.L.

Qui opifex. ὁ δημιουργός. *hic χειροτέχνης vocatur sub initio eiusdem libri Diuinæ philosophiæ.* L.

Sunt periti quidam in omnibus penè artib. & facultatibus.

Vox [quidam tales] quid significat.

Sunt enim quidam tales, &c. *Sunt quidam periti in omnibus penè artibus; nec solùm in eis, quæ propriè hoc nomine vocantur, effectione definitæ, sed etiam in spectatiuis, & facultatibus omnibus: vt liquet ex eo, quod scriptum est sub initium primi libri ad Nicomachum, & primi libri de Partibus animalium. Meliùs igitur per quosdam tales solos peritos intelligemus, quàm cum D. Thoma tria illa quasi genera artificum, opificem, architecto similem, & peritum: non paucæ enim artes sunt, in quibus non inuenies architecto similem, qui quidem in opus nõ extat, sed præcipiat tantùm.* K.

Eligere rectè est eorũ, qui rem eligendam cognoscunt vel ex scientia, vel ex peritia. & cur.

Rectè eligere scientum est opus. *Sicut iudicare rectè, sic rectè eligere est eorum, qui rem iudicandam, & eligendam cognoscunt vel ex scientia, vel ex peritia. Cur verò sic? nempe quoniam electio est iudicatio quædam consultationem sequens. Itaque vtriusque propositionis eadem vis: quicquid dicat D. Thomas. & nos è duabus vnam fecimus, duas partes habentem.* M.

Εἰδέναι, εἴδησις, εἰδὼς vel scire, vel sciẽs.

Εἰδότων hic quo verbo expressum, & quid significante, & cur.

Scientum. τῶν εἰδότων. *Verbum εἰδέναι, eiusq; coniugata, εἴδησις, τὸ εἰδὼς, sumpta aliquando pressiùs, scientiam, id est græcè τὴν ἐπιστήμην, aliquando fusiùs, cognitionem quamuis græcè τὴν γνῶσιν tam Aristotelis significant, quàm Platoni, vt expositum est abundè in principio primi libri de Auditu naturali & à græcis commentatoribus, & à nobis. Hic vertimus vnà cum alijs τῶν εἰδότων,* {eorum, qui sciunt,} *siue* {scientum.} *At latè scientes accipimus, quod sæpe fieri solet, vt periti etiam comprehendantur. eadem enim prorsus ratio est de eligendo, quæ de iudicando fuit. Vertimus autem τοὺς εἰδότας nunc potius scientes, quàm cognoscentes, non vt ne ab alijs discordaremus interpretibus, sed vt cum Philosopho concordaremus, qui paulo antè eodem vtens vocabulo opposuit τοὺς εἰδότας τοῖς πεπαιδευμένοις, id est peritis.* N.

Syntaxis.

Et geometram eorum, qui rerum geometricarum; & gubernatorem, eorum, qui rerum ad gubernationem attinentium. *Supplenda est vtrobique oratio repetendo ea, quæ proximè dicta sunt, ad hunc modum:* {Geometram eligere est opus scientum eorum, qui rerum geometricarum scientes sunt: Gubernatorem eligere est opus scientum eorum, qui scientes sunt rerum ad gubernationẽ attinentium.} O.P.

Idiotæ quidam aliquã participes iudicandi de operibus aliquarũ artium, & eligendi earum artifices.

In nonnullis operibus, & artibus participes sunt etiam idiotarum quidam. *Participes sunt idiotæ quidam iudicandi de operibus, & eligendi artifices: propterea quòd aliquando assumuntur ad iudicandum de illis, & ad hos eligendos. Exemplum primi in Apelle: qui opera sua proponebat in pergula, vulgi iudicium quærens. exemplum secundi in rebuspublicis popularibus, in quibus plerunque homines plebeij, & rerum penè omnium nescij imperatores eligunt, & alios maximos magistratus. Cur verò participes? num vt vnà cum scientibus iudicent, & eligant? At si hoc respondeamus: vis dubitationis infringitur. Fortasse itaq; etiam participes sunt, dicique possunt iudicandi, & eligendi, & rectè vtrunque faciendi; quamuis alio tẽpore, alio loco, & alijs in rebus hæc faciant, quàm scientes.* Q.R.

Cur participes.

Non tamen

t. Non tamen magis, quàm ſcientes. *Non eſt hoc contrarium, vt credere aliquis poſſet, ei, quod ſcriptum eſt in tex. 75:* { A' multis meliùs iudicari tum muſicæ, tum poetarum opera }. *nam ſi vox* { multi } *populum vniuerſum, & multitudinem quamlibet ſignificabat; imperiti ibi iudicabant congregati cum peritis; hic iudicant ab iis ſeparati: ſi verò illa vox ſignificabat vulgus, & plebem; iudicabant imperiti omnes coniuncti de eadem re; hic iudicant nō omnes, ſed certi quidam. Adde diſceptare hic Philoſophum, & dubitationem afferre, quam etiam continuò eximet; non decernere.* Tollitur repugnãtia, quæ inter hūc & locū tex.75.eſſe videretur.

Argumentum Textus LXXXII.

a.ad g. *Solutio primæ dubitationis in ſuperiori textu expoſitæ duplex:* [a] *vna κατ' ἀντιπαράστασιν, ex enuntiato textus ſeptuageſimi quinti, & loco à genere; quòd adhibeantur homines vulgi in comitia magiſtratuum, iudiciáque rationum referendarum tanquam pars, vt adiuncti reliquis vnà conſultent, & iudicent, non tanquam totum, vt iudicent, & conſultent ſoli:* [g] *altera κατ' ἔνστασιν, argumento à fine, & deſtinatis; quòd licet non gerant magiſtratus homines plebis, vtantur tamen magiſtratibus, qui ad eorum vtilitatem ſunt inſtituti.*

[a] At fortaſſe non omnia hæc dicuntur bene, [b] tum propter ſuperiorem rationem, [c] ſi multitudo ſit non admodum ſeruilis ([d] erit enim vnuſquiſq; quidem deterior iudex ſcientibus; [e] omnes verò congregati aut meliores, [f] aut non deteriores) [g] tum quòd de nonnullis neque ſolùm is, qui fecit, [h] neq; optimè ſanè iudicaret, [i] quorumcunque opera cognoſcunt etiam ij, qui non habent artem: [k] verbigratia domum cognoſcere non ſolùm eſt eius, qui fecit; [l] ſed etiam meliùs is, qui ipſa vtitur, iudicabit; [m] vtitur autem œconomus, { *hoc eſt paterfamilias* }: [n] & gubernaculum nauis gubernator, quàm faber: [o] & epulas conuiua, at non coquus. [p] Hanc igitur dubitationem fortaſſe putaret aliquis commodè ita diſſolui. Tex.82.

[a] Ἀλλ' ἴσως οὐ πάντα ταῦτα λέγεται καλῶς, [b] διά τε τὸν πάλαι λόγον, [c] ἂν ᾖ τὸ πλῆθος μὴ λίαν ἀνδραποδῶδες ([d] ἔσται γὰρ ἕκαστος μὲν χείρων κριτὴς τῶν εἰδότων· [e] ἅπαντες δὲ συνελθόντες ἢ βελτίους, [f] ἢ οὐ χείρους) [g] καὶ ὅτι περὶ ἐνίων οὔτε μόνον ὁ ποιήσας, [h] οὔτ' ἄριστ' ἂν κρίνειεν, [i] ὅσων τὰ ἔργα γιγνώσκουσι καὶ οἱ μὴ ἔχοντες τὴν τέχνην. [k] οἷον οἰκίαν οὐ μόνον ἐστὶ γνῶναι τοῦ ποιήσαντος· [l] ἀλλὰ καὶ βέλτιον ὁ χρώμενος αὐτῇ κρινεῖ· [m] χρῆται δ' ὁ οἰκονόμος· [n] καὶ πηδάλιον κυβερνήτης τέκτονος· [o] καὶ θοίνην ὁ δαιτυμὼν, ἀλλ' οὐχ ὁ μάγειρος. [p] ταύτην μὲν οὖν τὴν ἀπορίαν τάχα δόξειέ τις ἂν οὕτω λύειν ἱκανῶς.

I. Var.Lect. Ὁ χρώμενος αὐτῇ. *Sic legerunt Vetus, & alij Interpretes omnes, ſicque ſcriptum eſt in quibuſdam libris manu ſcriptis. In Ald. & Iſingr. perperam ſcriptum eſt* αὐτοῦ.

EXPLANATIO.

Resumitur dubitatio in superiori textu exposita.

† FVIT dubitatio ista: Non esse adhibendos, contrà ac Solon, quidamque alij legumlatores, & Philosophus, eos sequutus, constituerint, plebis homines in vocata propriè republica nec ad iudicia rationum à magistratibus repetendarum, nec ad eligendorum magistratuum comitia; proptereaquòd iudices, electoresque boni rerum quarumlibet ij solùm homines sint, qui iudicandas, eligendasque cognoscunt vel ex scientia, vel ex peritia; homines autem plebis nec scientiam, nec peritiam magistratuum gerendorum, quia in nulla sunt dignatione virtutis (ex tex. 78) vsquam habeant, sed multo minùs in proposita reipublicæ ordinatione, vbi, lege posita, gerere magistratus prohibentur; ex quo nec institui doctrina, educationeúe ad gestionem eorum debent, nec experimentum ipsi vllum gerendo capere possunt.[a] In hac minori propositione bifariam concurritur. [b] Primùm κατ' ἀντιπαράστασιν, quam depulsionem appellamus, declinatur illa hoc modo. Tametsi nec scientiam, nec peritiam gerendorum magistratuum vllam baberent homines plebis ([c] dummodo non sit plebs omnino seruilis, & ex eo genere, quod belluinum in tex. 77 appellatum est, reiectumque ab hac disputatione) nihilominus ad iudicia rationum repetendarum, & ad magistratuum eligendorum comitia adhibendi essent. quippe [d] singuli ipsi quidem singulis seu scientibus, seu peritis, & vniuersi vniuersis deteriores iudices, deterioresq; electores erunt: [e] attamen coniuncti, & congregati cum illis, hoc est cum ciuibus prçstantioribus, prçstantiorem cœtum efficient,[b] per enuntiatum tex. 75, ad omnia peragenda, quàm sit cœtus è solis præstantioribus ciuibus factus. [e] itaque & meliores iudices, melioresque electores magistratuum erunt omnes ita congregati, & collecti, quàm futuri essent ab alijs seiuncti ciues præstantiores.[f] aut, si mordicus teneas, nullo pacto meliores fore omnes paucis quibusdam; quoniam, prçter illos paucos, cçteri nihil afferant in societatem scientiæ, nihil peritiæ, vt positum fuit: saltem concedas oportet, non fore deteriores: quandòquidem in omniũ conuentu ijdem pauci, ipsorumque tota scientia, & tota peritia, quæ requiritur, comprehenduntur. Quum igitur aut melius, aut certè non deterius ad iudicandos, eligendosque magistratus concilium faciant homines plebis cum præstantioribus congregati: contenti autẽ statu præsenti, ipsum ament, nec seditiones moueant, si in eiusmodi conuentus iudiciorum de rationibus reposcendis, & comitiorum pro creandis magistratibus recipiantur: minimè dubium admittendos ad hæc esse, non excludendos. [g] Deinde κατ' ἔνστασιν eadem minor sic interimitur. Falsum est homines plebis in propriè vocata republica; licet facultate, & virtute ciuili non eniteant; licet à gerendis magistratibus lege arceantur; licet ad eos gerendos hac de causa nec doctrina, nec educatione, admonitione, exemplis debeant institui; nullam prorsus habere notitiam, qui magis, qui minùs apti ad hos, & ad illos magistratus; qui item hos, vel illos rectè gesserint, aut minimè rectè. Quanquam enim non gerunt magistratus, lege repulsi, artemque eorum gerendorum hac de causa non teneant: tamen vtuntur magistratibus, qui ad eorum vtilitatem sunt instituti: &, quum illis subiecti viuant, à gerentibus, prout probè, improbeúe gesserint, modò lædi, modò iuuari se

Soluitur illa dubitatio primo modo, resistendo assumptioni secundi prosyllogismi per depulsionem.

Soluitur secundo modo, interimendo eandem assumptionem per instantiam.

Right margin: † Tex. 78. a. — a. p. — b. & seq. — c. — d. — e. — b. — e. — f. — g & seq. — F x l. qui nititur, m. vtitur.

g.i. iuuari se sentiunt. [g] eiusmodi autem res, quas alij faciunt, alij factis, vel, etiam dum fiunt, vtuntur; quales esse, fierique, & factas fuisse ad finem, cui destinatæ sunt, oporteat; cognoscunt, iudicantque vtrique, & qui eas efficiunt, artemque efficiendarum habent, & qui ipsis vtuntur, nec artem
h. habent efficiendarum; [h] ac meliùs quidem isti, qui non habent artem, nec efficiunt, quam habentes, & efficientes. § *Locus à fine.* § Probatur
K.& seq. hæc maior inductione, [k] productis in exemplum domo, nauis guberna-
K.l.m. culo, epulis. quorum [k] domum facit ædificator, artemque efficiendi habet; vtitur paterfamilias; ambo eam cognoscunt, & de ea iudicant, qualis esse, fierique debeat; sed meliùs pater familiâs, quàm ædificator. eo-
n. dem modo [n] & de gubernaculo meliùs nauis gubernator, quàm faber:
o. [o] & de epulis meliùs conuiua, quàm coquus.

SCHOLIA.

a. Non omnia hæc dicuntur bene. *Ergo quadam benè: imò omnia præter minorem illam secundi syllogismi. & illa quoque est quadantenus vera, ut ex ijs, quæ dicta sunt, liquet.* Verborum expositio.

b. Propter superiorem rationem. διὰ τὸν πάλαι λόγον, *Annotaui ad tex. 18 secundi horum librorum, et ad 43 octaui Naturalium, aduerbium istud, πάλαι, non semper longum tempus; sed aliquando modicum significare, vt sit idem, quod suprà, vel paulo antè. & sic ipsum etiam exposuit Simplicius in tex: c. 85 eiusdem octaui Naturalium. Ridicula certè est quorundam hic interpretatio, τὸν πάλαι λόγον* § veterem rationem § *reddentium. Intelligit autem Philosophus superiorem rationem, eam, quæ in tribus superioribus textibus 75, 76, 77 continetur, nitentem præcipuè enuntiato septuagesimi quinti, & diuisione populi tradita in septuagesimo-septimo.* Aduerbium πάλαι.

d.c. Erit enim vnusquisque, &c. *Est hæc pars illius enuntiati, positi in textu 75, tanquam species generis. quippe ibi singuli non probi, & plebis homines singulis probis, eminentioribusque ciuibus deteriores; omnes verò vtriusque generis congregati in vnum cunctis probis per se sumptis meliores erant, & præstantiores generaliter ad quiduis agendum: hic dicuntur esse deteriores, & meliores nominatim ad eligendum, & iudicandum.* Hæc propositio est pars enunciati positi in tex.75.

Scientibus. *Fusè accipe scientum nomen, vt cum propriè scientibus comprehendas etiam peritos.* Scientum vocabulũ.

e. Omnes congregati. *Intellige congregatos omnes vtriusque generis; non plebeios, & imperitos solum seposuitis peritis.* Expositio uerborum.

g.h.i. De nonnullis neque solùm, &c. *Hanc partem orationis sic construe, & expone:* § quoruncunque artificum, & effectorum operę cognoscuntur non solùm ab effectoribus, & artificibus, sed ab alijs etiam, qui non sunt artifices, nec illa effecerunt (& sunt isti quidem, qui illis operibus vtuntur) de eiusmodi operibus possunt iudicare, eaque eligere non solùm, neque optimè artifices, & effectores eorum, sed præter artifices, & effectores, & meliùs adhuc q̃ artifices, & effectores, ij, qui talibus operibus vtuntur. § Syntaxis.

h. Iudicaret. *In iudicio comprehendito etiam electionem, quæ est quaddam iudicium, vt suprà annotaui.* In iudicio comprehẽditur electio.

Argumentum Textus LXXXIII.

Dubitatio [a] *secunda aduersus præceptum de adhibendis in vocata propriè republica ad comitia magistratuum, iudiciaque rationum referendarum hominibus plebis; oriens ex* [d] *summa horum duorum munerum in quauis republica amplitudine. Locus ab adiacentibus.* a. d.e.

Tex. 83. [a] Altera verò est huic proxima. [b] Videtur enim absurdum esse, [c] maiorum rerum summam potestatem esse potiùs penes abiectos, & malos, quàm penes probos. [d] rationum autem referendarum iudicia, [e] & electiones magistratuum sunt res maximæ: [f] quæ in nonnullis rebuspublicis, quemadmodum dictum est, populis tribuuntur. [g] concio nanque omnium huiusmodi rerum summam potestatem habet. [h] atque concionis quidem participes sunt, [i] & consultant, [k] & iudicant [l] à paruis censibus, [m] & cuiusuis ætatis: [n] quæsturam autem, [o] & exercituum præfecturam, [p] & maximos magistratus gerunt à magnis.

[a] Ἄλλη δ' ἐστὶν ἐχομένη ταύτης. [b] δοκεῖ γὰρ ἄτοπον εἶναι, [c] τὸ μειζόνων εἶναι κυρίους τοὺς φαύλους τῶν ἐπιεικῶν. [d] αἱ δ' εὐθύναι, [e] καὶ αἱ τῶν ἀρχῶν αἱρέσεις εἰσὶ μέγιστον: [f] ἃς ἐν ἐνίαις πολιτείαις, ὥσπερ εἴρηται, τοῖς δήμοις ἀποδιδόασιν. [g] ἡ γὰρ ἐκκλησία κυρία πάντων τῶν τοιούτων ἐστί: [h] καίτοι τῆς μὲν ἐκκλησίας μετέχουσι, [i] καὶ βουλεύουσι, [k] καὶ δικάζουσιν ἀπὸ μικρῶν τιμημάτων, [m] καὶ τῆς τυχούσης ἡλικίας: [n] ταμιεύουσι δὲ, [o] καὶ ςρατηγοῦσι, [p] καὶ τὰς μεγίςας ἀρχὰς ἄρχουσιν, ἀπὸ μεγάλων.

EXPLANATIO.

Iudicia rationum referendarum, & electiones magistratuum sūt res maximi momēti, & quasi duæ bases rerumpublicarum.

[d] Ivdicia rationum referendarum, electionesque magistratuum sunt res maximi momenti, & quasi duæ bases, ac firmamenta cuiusuis reipublicæ: quod sumitur hîc pro comperto. † Horum amborum summam potestatem, statutum est antea, vniuerso populo, hoc est vulgaribus, abiectisque hominibus vnà cum præstantioribus in vocata propriè republica committendam esse; [f] atque reipsa quoque commissa cernuntur in rebuspublicis quibusdam: [g] in quibus porrho concio iudiciorum, & consiliorum est domina: concionis autem, &, quia concionis, consultandi statim, & iudicandi participes sunt omnes homines ciuitatis; [l] nec censuum quidem, nec ætatum vlla habita ratione, sed census quanuis exigui, & ætatis cuiusuis post exactam pueritiam. [c] Itaque maximarum rerum arbitrium despiciatis, nulliusque pretij hominibus, & minimè probis, potiusquam probis, ac virtute præstantibus conceditur. [b] hoc verò esse absurdum fortè nemo negaret. [n] Augetur difficultas. nam in iisdem rebuspublicis, in quibus concionis, & per eam consultandi, iudicandique quilibet, quantumuis tenuis census, & cuiusuis ætatis, homo ius habet: non habet quilibet ius d.e. † Tex 79. & 80. f. g.h.i.k. l.m. c. b. n.o.p.

Arbitrium rerum maximarum despicatis, & minimè probis hominibus non est concedendum.

Augetur difficultas ex eo, quòd iidē per census exiguitatem, & per ætatem nonnullis magistratibus defunctis arcentur, re multo minori, quàm sint illæ duæ.

libet ius obtinendorum maiorum magistratuum, vt quæsturæ, præfecturæ exercituum, & aliorum huiusmodi, qui omnes committuntur ex lege ciuibus præstantioribus, maiorum censuum, & ætatis prouectæ. [b] quinimò suprà in tex. 80 constitutum est, non solùm maioribus, sed omnibus omnino magistratibus, quos definitos sub initium huius libri appellauimus, homines plebis esse excludendos: tametsi multo minor in his omnibus, quàm in solis consilijs, & iudicijs publicis vis, auctoritasque insidet, seu conseruandarum, seu mutandarum, & interimandarum rerumpublicarum. Ridiculum igitur, & ineptum prorsus alicui videbitur, ea, quæ minora, inferioraque sunt, plebis hominibus non concredi, concredi maxima, & suprema.

SCHOLIA.

b. Videtur enim absurdum esse, &c. *Huius sententiæ Anacharsis fuit: qui, concioni Atheniensium quum interfuisset, mirari se dixit, quòd verba facerent de publicis rebus sapientes, stulti iudicarent. Plutarchus in vita Solonis.* — Anacharsidis dictū.

Penes abiectos, & malos. τοὺς φαύλους. *Vnam vocem duabus expressi: quoniam ὁ φαῦλος æquè humilem, & improbum potest significare. hic certè magis conueniret abiectus, quàm malus: nisi τοῖς φαύλοις τοὺς ἐπιεικεῖς opponeret Philosophus.* — Nomen φαῦλος duabus vocibus redditū pro duabus ipsius significationibus, & cur.

Potius penes abiectos, & malos, quàm penes probos. *Penes abiectos, & malos cùm probis coniunctos: penes probos solos. quod sæpe annotaui.*

c. Sunt res maxima. μέγιστον. *Ambo scilicet sunt maximum, & supremum omnium eorum, quæ in republica, & ciuitate continentur: à quo quidem cætera omnia pendent, & in quo nituntur.* — Magistratuum electiones, & iudicia rationum ab ijs reddendarum sunt res maxima.

f. Quæ in nonnullis rebuspublicis, quemadmodum dictum est, &c. *In ijs, quas Solon, alijque legumlatores, de quibus in textu 80 dictum est, instituerunt.* — Nonnullæ respublicæ quæ.

g. Concio nanque. *Concio, græcè ἐκκλησία, aliquando solius plebis concilium, separatis ab ea patritijs, vt sæpe in Romana republica: aliquando conuentum vniuersi populi, vt semper in Atheniensi, significabat. Hic accipe pro conuentu vniuersi populi.*

Omnium huiusmodi rerum. *Non solùm creandorum magistratuum, & rationum ab ijs repetendarum: verumetiam iudiciorum aliorum, aliarumque deliberationum. Ita propositionem dilatat.* — Expositio verborum.

i.k. Et consultant, & iudicant. *Vtrum de omnibus, quæ in consultationem, & quæ in iudicium veniunt: an de creandis magistratibus, & de rationibus reposcendis tantùm? Certè in Philosophi nostri republica de his duobus tantum: fortè de omnibus, aut de plurimis in rebuspublicis, quas dictum est ab alijs quibusdam legumlatoribus fuisse institutas; in Atheniensi, quam instituit Solon, sine dubio de plurimis, & fortasse de omnibus.* — Expositio verborum.

l. A paruis censibus. *Etiam ij, qui tenuissimi essent census, in Atheniensi republica, quibus Thetes Solon nomen fecit.* — In Atheniensi republica qui, & quo ætatis anno in concionē ueniendi deliberandique, & consultandi in ea facultatem hēret.

m. Et cuiusuis ætatis. *Post annum decimumoctauum Athenis: qui erat annus secundæ probationis, relationisque in tabulas lexiarchicas. Ab ea probatione ius erat cuique in concionem venire, & in ea deliberare, ac iudicare.*

p. A magnis. *Repeto non solùm censum, sed etiam ætatem. certæ enim fuerunt, & sunt, penè dicam in omnibus rebuspublicis, ætates capiendorum maiorum magistratuum.* — Syntaxis.

Exemptio

Argumentum Textus LXXXIV.

[a] *Exemptio secundæ dubitationis in superiori textu explicatæ: vtranque propositionem, quibus illa conclusa est, tollens;* [c] *& qua summam consiliorum, iudiciorumque potestatem potiùs abiectis, malisq; quàm probis viris concedi proponebatur;* [z] *& qua proponebatur, exiguorum censuum, cuiusuisq; ætatis homines potestate eiusmodi fungi, quum tamen maiores magistratus, res momenti multo minoris, nisi ætatibus certis, amplisq; censibus non paterent:* [c] *quippe homines plebis, qui in comitia magistratuum, & in iudicia rationum referendarum adhibebuntur, nec singulos, nec vniuersos fore id, quod summam in comitijs, iudicijsq; illis potestatem habebit, & imperabit; sed particulas ipsius. Locus à genere.* Ex a. b. a. c. ad c. e. f. c. Ex c. & seq.

Tex. 84. [a] Similiter igitur hanc quoque dubitationem aliquis solueret. [b] fortasse enim habent se etiam hæc rectè. [c] Nam neque iudex, [d] neque consultor, [e] neque qui interest in concione, est imperans: [f] sed forum iudiciale, [g] & consilium, [h] & populus. [i] eorum autem, qui dicti sunt, vnusquisque est horum particula. [k] dico autem particulam consultorem, [l] & eum, qui in concione interest, [m] & iudicem. [n] quamobrem iure summam potestatem maiorũ rerum multitudo habet. [o] ex multis enim constat populus, [p] & consilium, [q] & forum iudiciale. [r] Et verò census omnium istorum maior est, [s] quàm census eorum, qui, singuli, [t] & pauci, magnos obtinent magistratus. [u] Hæc quidem igitur definita sint hoc modo.

[a] Ὁμοίως δ᾽ ἄν τις λύσειε καὶ ταύτην τὴν ἀπορίαν. [b] ἴσως γὰρ ἔχει καὶ ταῦτ᾽ ὀρθῶς. [c] οὐ γὰρ ὁ δικαστὴς, [d] οὐδ᾽ ὁ βουλευτὴς, [e] οὐδ᾽ ὁ ἐκκλησιαστὴς ἄρχων ἐστίν: [f] ἀλλὰ τὸ δικαστήριον, [g] καὶ ἡ βουλὴ, [h] καὶ ὁ δῆμος. [i] τῶν δὲ ῥηθέντων ἕκαστος μόριόν ἐστι τούτων. [k] λέγω δὲ μόριον τὸν βουλευτὴν, [l] καὶ τὸν ἐκκλησιαστὴν, [m] καὶ τὸν δικαστήν. [n] ὥστε δικαίως κύριον μειζόνων τὸ πλῆθος. [o] ἐκ γὰρ πολλῶν ὁ δῆμος, [p] καὶ ἡ βουλὴ, [q] καὶ τὸ δικαστήριον. [r] καὶ τὸ τίμημα δὲ πλεῖον τὸ πάντων τούτων, [s] ἢ τὸ τῶν καθ᾽ ἕνα, [t] καὶ κατ᾽ ὀλίγους μεγάλας ἀρχὰς ἐχόντων. [u] πάντα μὲν οὖν διωρίσθω τοῦτον τὸν τρόπον.

EXPLANATIO.

Id, cui in magistratuum comitijs, iudicijsq; rõnum referendarum summa potestas à Philosopho tribuitur, est populus vniuersus, nõ vulgus per se solum, vel vniuersũ, vel singuli, aut plures de eo.

[g] Nec singuli, nec plures, nec cuncti quidem homines plebis, quos in comitia magistratuum, & in iudicia rationum referendarum, ex hypothesi, adhiberi oportet, erunt id, quod illis in iudicijs, atq; comitijs summam potestatem, auctoritatemque habebit decernendi, & imperandi, vt fiat, quicquid sibi placuerit: [h] sed hoc erit populus vniuersus, constans ex istis. Ex c. h i. l. Ex h.

Ex i.l.o. ex istis, & reliquis ciuibus, diuitijs, nobilitate virtute præstantibus, [l] cuius populi ipsi singuli homines plebis particulæ, & cuncti pars quædam sunt. [n] Ergo non penes abiectos, & non probos potiùs, quàm penes probos, fuerit summa potestas rerum maximarum, idest eligendorum magistratuum, iudiciorumque de rationibus referendis, adhibitis in hæc hominibus plebis, vt concludebant primo loco aduersarij; sed penes multitudinem è probis & non probis, abiectis & præstantibus, denique ex omnibus omnino ciuibus constantem: & meritò quidem, † propterea quòd hæc multitudo, ita iuncta ex omnibus, præstantioribus, & non præstantibus, multo melior, aptiorque est ad omnia peragenda (vt suprà in tex. 75, & 80 fuit declaratum, [a] sumptumque ad diluendam priorem dubitationem in 82) ea multitudine, quæ è solis præstantioribus cogitur; † afferentibus in societatem singulis ciuibus etiam plebis, quæ non sit belluina, particulam aliquam virtutis, atque prudentiæ; paucosque præstantiores in muneribus reipublicæ, quibus illi non sufficerent, adiuuantibus. Item [a] quoniam non singuli, nec soli homines plebis, sed populus vniuersus, & tota ciuium multitudo in vnum collecta est id, cui tribuitur summa iudicandi, consultandique potestas & à nobis, & à legumlatoribus, quorum in textu 80 facta est mentio; [r] planè liquet, huius, cui tribuitur, idest omnium simul ciuium, & multitudinis ex ijs constantis censum multo maiorem esse, quàm vllum eorum, singulorum, multorumue simul, qui magnos gerunt magistratus. † & de ætate similis ratio: nam populus vniuersus vna cum iunioribus comprehendit etiam seniores. [t] quare nec, quod secundo loco conclusum aduersarij putabãt, vllam vim habet. Assumptio autem nostra, Nec singulos, nec plures, nec cunctos homines plebis, &c. à qua isthęc dubitationem aduersariorum elidentia, deducta sunt; quanquam penè euidens est ex antea constitutis; [c] tamen etiam nunc hac ratione, a simili ducta, corroboratur: [e] esse id, quod summam potestatem habet, & imperat, planè [e] tum in iudicijs, non iudicem vllum, sed forum iudiciale. totumque illum iudicum consessum; [d] tum in consilijs consilium ipsum, vel senatum, & totum cœtum consultorum, non consultorem, aut senatorem: [e] itaque & in concione, seu in populo, ad deliberandum, vel iudicandum coacto, eodem modo summam potestatem decernendi, imperandique habere, non vnum, pluresue populares, qui in concione intersunt, sed concionem ipsam totam, idest populum vniuersum, ex omnibus ciuibus constantem, sic congregatum. [i] istorum autem summam potestatem habentium, hoc est fori, consilij, concionis, esse particulam similiter vnumquenque illorum, [m] iudicum, [k] consultorum, [l] eorum, qui intersunt in concione, ac tandem ciuium. [n] Ex quibus etiam intelligas, licet, iure optimo munera ista reipublicæ, creandorum magistratuum, rationumque ab ipsis reposcendarum, omnibus maiora magistratibus, multitudini a nobis, memoratisque paulo antè legumlatoribus fuisse attributa: non quòd soli quidem plebi, & vulgo, quod τὸ πλῆθος propriè appellant, permissa velimus; sed quòd populo vniuerso; [o] qui ex multis, idest omnibus ciuibus constat, quemadmodum itidem constat è multis [p] & consilium, [q] & forum iudiciale.

Left margin notes: Ex a.o.c.h. — † Ex tex. superioribus. — a. — † Ex tex 75. & 77. — Ex a.o.c.h. — r. — a. — † Ex tex. 83. m. — t & u. b. — c. ad e. — e imperat. — e f. — d g. — e h. — i k. l. m. n. o. p. — m q. — k p. — l o. — n. — o. — p. q.

Right margin notes:

Maximarum igitur rerum in ciuitatibus summa potestas nõ penes abiectos potiùs, & nõ probos fuerit, quàm penes præstantes, & hoc contra primam propositionem aduersariorum.

Item, Nec pp tenuitatem censu, nec pp ætatẽ excluderetur idẽ, cui tribuitur illarum rerum summa potestas, magnis magistratibus, quum sit populus vniuersus, cuius multo maximus census, & in quo ætas omnis comprehenditur: contra secundam.

Firmatur fundamẽtũ illud totius solutionis: Id, cui tribuatur summa potestas, &c.

Similiter

SCHOLIA.

Huius, & superioris dubitationis diluẽdæ eadem principia.

Similiter igitur hanc quoque, &c. *Similis dilutio huius, & superioris dubitationis. vtraq; enim profligatur per enuntiatũ tex.75, (multitudinẽ constantem ex probis, & non probis præstantiorẽ esse ea, quę constat ex solis probis;) & per hypothesim, (attribui summã potestatem eligendorum magistratuum, rationumq́ ab ijs reposcendarũ, nõ soli plebi, sed populo vniuerso, plebem, aliosq́ ciues continente.)*

Fortasse.

Quæ sint ea, de quib' dicit Philosophus rectè se habere.

Fortasse enim habent se etiam hæc rectè. { Fortasse } *ait, ex cautione, & modestia philosophica. Hæc autem, quæ rectè se habent, quęnam sunt? vtrum ea, de quibus dubitatur, Sintne adhibendi ad comitia magistratuum, & iudicia rationum referendarum homines plebis? an ea, ex quibus dubitatur, Non abiectis, & malis, & exiguorum censuum, & cuiusuis ætatis hominibus potiùs, quàm probis, & pręstantibus, & censuum maiorum, & maturæ ętatis summam rerum maximarum potestatem esse permittendam? Vtraque profectò rectè se habent: & de posterioribus fortasse potiùs, quàm de prioribus illud Philosophus protulit. itaque addidit coniunctionem* { etiam. } *Quum verò vtraque rectè se habeãt; & videantur contraria: conciliantur partitione eius, quod multis modis dici, atque intelligi potest.*

Expositiones huius loci duæ.

Quamobrem iure summam potestatem, &c. *Duas expositiones huius loci in commentario indicaui: vnam de re: alteram de vocabulo.*

Expositio uerborum. Census populi est maior censu eorum omnium qui sunt in magistratu.

Quàm census eorum, qui singuli, &c. *Quàm census eorum, qui magnos obtinent magistratus: siue singuli singulos gerant, siue collegia ex paucis omnino constantia. pauci enim sunt cum populo comparati: & minorem censum habens censu vniuersi populi, etiam si vniuersos, qui in magistratibus sunt, sumeres. comprehenduntur enim vniuersi in toto populo. Simile infrà in exitu textuum 91, & 93.*

Quidem.

Hæc quidem igitur definita, &c. *Huic coniunctioni* { quidem } *respondet* { autem } *in principio capitis sequentis, nam in hoc nonnulli hominum ciuiles dominatus inter se sunt comparati; in sequenti comparabitur vniuersè cum hominum ciuilibus dominatibus dominatus legum. Cæterùm quæ sunt definita in hoc capite sunt hæc. Comparati sunt è sex hominum ciuilibus dominatibus, quæ rerumpublicarum sex formæ sunt; dominatus multitudinis, seu vniuersi populi, & dominatus optimorum paucorum inter se; prout binos vterque respublicæ, siue ciuitatis status in se comprehendit; dominatus multitudinis rempublicam propriè appellatam, & statum popularem; dominatus optimorum paucorum regnum, & optimates. Quæsitum, disputatumq́ est primùm generaliter † vter alteri prestet duorum, multitudinisne, an optimorum paucorum dominatus. † deinde si prestet, & in quibuscunque præstet dominatus multitudinis, quatenus eius multitudinis pars illa hominum, qui in nulla sunt nec diuitiarum, nec virtutis existimatione, esse talis dominatus particeps debeat. † Definita autem, & decisa sunt hæc ad hunc modum. † Populos, seu multitudines ciuitatum duorum generum esse: quosdam esse populos, in quibus, paucissimis exceptis, reliqui nomine homines, re sint penè belluæ, & belluis omnino similes: alios esse populos, in quibus, præter paucos optimos, & probos, etiam cæteri probos imitentur, sint rationis audientes, & prudentię, virtutumq́ moralium semina, ac particulas quasdam in se habeant. In priori genere si multitudo hoc est populus vniuersus rempublicam administret: popularem statum exoriri, haud dubiè multo & regis, & optimatum principatu deteriorem. quamobrem in tali genere longè melius esse vel vnum, vel paucos optimos dominari, constitutà in eo, vt vt possit, vel regià, vel optimatum republicà. At in genere posteriori, in populis,*

Definita in hoc cap. quæ, & quibus modis.

† Tex.74. & seq.
† Tex.78. & seq.
† Tex.75. & seq.
† Tex.77. & seq.

Dominatus multitudinis duplex, & qui anteponendus, qui postponendus paucorum optimorum dominatui.

populis, inquam, humanis, & bene moratis anteponendum esse principatui optimorum paucorum, idest tum optimatum, tum regis, principatum uniuersę multitudinis continentis unà cum probis, pręstantibusq; virtute viris cęteros quoque, qui, vt ab his distinguerentur, dicti sunt non probi, quæ est forma reipublicæ propriè sic appellatę.

†Tex. 79. & sequentibus.

Quatenus plebs in republica propriè uocata esse principatus particeps debeat.

† Eatenus autem participes fieri eos, quos non probos, & multos, & vulgares, plebisq; homines, alijs nominibus, appellamus, huiusmodi principatus debere: vt in publica consilia, iudiciaq; duntaxat adhibeantur; probis adiungendi ad magistratus creandos, rationesq; rerum ab ijs gestarum reposcendas. sed nulli ipsis mandentur magistratus. Porrho autē rationes, quibus nunc præfertur multitudinis, vbi plebs non sit prorsus seruilis, ac belluina, dominatus, ac demum quibus præfertur forma ea reipublicæ, quę propriè respublica dicitur, duabus alijs rectis formis, optimatum, ac regiæ, hę sunt.

Multitudinis melioris principatus, seu respublica propriè sic appellata regię, & optimatum reipublicæ anteposita quibus rationibus.

Tex. 75. 76. 80.

† Vna, quòd plebs, quę belluina non sit, sine obscuri, & abiecti homines, quum eorum vnusquisque, quà homo est, prudentię, virtutisq; particulam aliquam habeat; adiuncti ad viros pręstantes cœtum efficient omnino meliorem eo cœtu, qui è solis pręstantibus constaret.

Tex. 75. 80.

† Altera, quòd ab eiusmodi hominibus, multis numero, adiuuabuntur viri pręstantes ijs in rebus, quibus administrandis ipsi soli propter paucitatem suam pares non essent.

79. & 108. lib. 2.

† Tertia, quòd plebs, exclusa penitus à principatu, fit serua eorum, qui illius sunt participes, ex quo, si animo non sit vsquequaque seruili; odium concipit in pręsentem reipublicę statum; euersum cupit; hostem se profitetur; tandem seditiones mouet, calamitates, & exitia rerumpublicarum.

Tex. 80.

† Quarta, quòd Solon, & alij quidam meliorum legumlatorum in hac sententia fuerunt, communicando plebi quadantenus dominatum ciuitatis.

Plebis hominibus nō committendi magistratus, quibus rationibus.

Tex. 80.

Cur autem hominibus plebis magistratus nō sint committendi, duæ rationes sunt allatæ: † vna, quòd tales homines, vbi in vnum conuenerint, congregatiq; fuerint, & permixti cum melioribus, habent vniuersi quidem satis prudentiæ, & virtutis ad iudicandum, & decernendum, afferente vnoquoque ipsorum aliquam earum particulam: sed singuli seorsum, vel pauci non habent satis.

Tex. 79. &

† Altera ratio, quòd propter iniustitiam, & imprudentiam, quibus laborare eiusmodi homines solent, si ad magistratus, quos quidem aut singuli, aut pauci gerunt, euehantur; periculum erit, ne multę iniuria, multi errores ab ipsis emanent. Restarent rationes, ob quas ad sola comitia magistratuum, solaq; iudicia rationum referendarum de omnibus consilijs, iudicijsq; publicis homines plebis Philosophus adhibeat. sed quæ inter commentandam occurrerunt, in scholijs textus 80 sunt exposita: & inutiliter repeterentur. Dubitationem item exorientem aduersus primum theorema, Quì nunc Philosophus anteponat tertiam formam rectarum rerumpublicarum, propriè ab eo vocatam rempublicam, reliquis duabus, regiæ, & optimatum, quarum vtranque ipse idem infrà in tex. 95, 101, 114, 137, in libro quarto sequenti sub initium, in octauo lib. ad Nicom. alijsq; in locis reipublicę illi pręfert; & quæ videtur esse, non quę est inter hos locos repugnantia; iam in superioribus commentarijs quodammodo amouimus, indicatis differentijs veri regni, & non veri, perfectęq;, & medię virtutis: plenè autem tollemus in annotationibus ad illos textus 101, 114, & 137. & tollet ipse Philosophus sub exitum septimi libri. quamobrem de his in pręsentia satis.

Hic locus de præferenda republica propriè vocata regiæ, & optimatum cum alijs locis Philosophi pugnare videtur.

iv horum lib. cap. 1. viij ad Nicom. cap. 10.

Cap. 16.

* [Series ab tex. 65.]

Legum dominatus cum hominum dominatu comparatus

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Comparatur vniuersè legum rectarum dominatus cum hominum ciuilibus dominatibus. Textus duo, 85, & 86.

Anteponendum esse legum rectarum dominatum cuiuis hominum dominatui in ciuitatibus. Textus 85. *

Quæ demum sint rectæ leges, quarum dominatus est hominum dominatibus simpliciter anteponendus. Tex. 86. *

Argumentum Textus LXXXV.

[c] *Legum rectarum dominatum cuiuis hominum dominatui in ciuitatibus esse simpliciter anteponendum.* [b] *Intelligi hoc* [a] *ex dubitatione proposita in textu 73: idest ex causis, vnde rectè, aut non rectè ciuitates administrantur. Locus à fine, per locum à causis.* c per totum. b. a.

Tex. 85. [a] Prima autem illa, quæ exposita fuit, dubitatio[b] nihil aliud ita manifestum facit, [c] sicut debere penes leges [d] rectè conditas esse summam potestatem; [e] imperantem autem, [f] siue vnus, siue plures sint, [g] hisce de rebus summam potestatem habere, [h] de quibuscunque leges perfectè pronuntiare non possunt, [i] propterea quòd non sit facile vniuersè explicare de omnibus.

[a] Ἡ δὲ πρώτη λεχθεῖσα ἀπορία [b] ποιεῖ φανερὸν οὐδὲν οὕτως ἕτερον, [c] ὡς ὅτι δεῖ τοὺς νόμους εἶναι κυρίους, [d] κειμένους ὀρθῶς· [e] τὸν ἄρχοντα δὲ, [f] ἄν τε εἷς, ἄν τε πλείους ὦσι, [g] περὶ τούτων εἶναι κυρίους, [h] περὶ ὅσων ἐξαδυνατοῦσιν οἱ νόμοι λέγειν ἀκριβῶς, [i] διὰ τὸ μὴ ῥᾴδιον εἶναι καθόλου δηλῶσαι περὶ πάντων.

EXPLANATIO.

[a] Ad infringendas argumentationes, quæ contra ciuiles hominum dominatus fuerant priùs allatæ, propositum est in textu 75, legi, non homini committendam esse ciuitatis summam potestatem; propterea quòd homo varijs affectibus in dies exorientibus plerunque ducatur; lex non habeat affectus, sed sit, quom rectè sancita fuerit, ipsa ratio, & mens sine appetitione, vt in textu 122 dicetur. [b] Istud verò, quanquam argumentationes illas non eneruat, vt ibi fuit declaratum, planum certè facit id, quod constituendum nunc est, de præferenda legum rectarum dominatione. quippe vera causa, vt rectè administrentur ciuitates, est mens, & ratio; vt perperam, est ductus affectuum per varias animi commotiones: in administrationem autem dirigitur omnis dominatus. Sic igitur quæstionem

c.d. ftionem iftam definiemus: [e] Dominari in ciuitate leges rectè fancitas
e. f. fimpliciter debere: [e] neque hominem imperantem, aut magiftratum, [f] fi-
g. ue vnum, fiue plures, [g] vfpiam in ea debere dominari, nifi [h] quò illæ, [i] fa-
i. cta, euentaque omnia, propter fingulorum infinitatem, atque inuertitu-
h. dinem, comprehendere vniuerfis enunciatis fuis non valentes, [h] minimè peruenerunt.

SCHOLIA.

c. & inde Debere penes leges rectè conditas, &c. *Hic generaliter cum quolibet imperio ciuili non aftricto legibus comparatur imperium ex rectis legibus. Infrà in textu 153 comparabitur propriè cum imperio vnius optimi perfectà virtute viri, ideft veri regis liberè ex virtute, prudentiaq́ fua ciuitatem adminiftrantis: in 120, & quinque fequentibus, difceptando, afferentur argumenta quędam communia pro eo aduerfus regium, & quemuis alium liberum ciuitatis dominatum.*

Legum dominatus eft quibus hic comparetur, cum quibus infrà in alijs huius lib. locis.

c.d. Leges conditas. *Hę funt fcriptę leges; vel latę, & fancitæ, & iuffæ, quamuis fcripto non commendarentur, vt olim leges Lycurgi. Vtrum ad has debeant nunc mores reuocari, ambigo. Sed de æquitate certum eft: non diftingui eam ab homine imperante, fummoq́ magiftratu: imò effe in ipfo, & ab eius rectà ratione femper manare.*

De quibus legibus hic fermo.

Penes leges rectè conditas effe fummam poteftatem. *Quo fixum, & ftabile ius maneat: non identidem mutetur, inconftans, & varium pro varijs potentiorum hominum oborientibus in dies affectibus, morbus, iudicijs.*

Summa poteftas legibus rectis tribuenda, cur.

e. Rectè conditas. *Cautè. nam fi rectè latæ non fuiffent, ideft fi iniuftę forent, & à ratione minimè rectà profectę; vel fi non legitimę, fed ab eo, quod auctoritatem non habuiffet, iuffę; abolendæ effent; non ex ijs ciuitas adminiftranda.*

[Rectè.] Leges iniuftæ, uel nõ legitimæ, abolendæ funt.

e.f. Imperantem autem, fiue vnus, fiue plures, &c. *Nifi quidem fuerit verus rex, aut fuerint veri optimates, virtute vniuersà, omnibusq́ numeris abfolutà prædit. tales enim viri fupra conditionẽ humanam propemodum euecti, ac tanquam Dij, vel angeli inter homines, ipfi funt lex, ex tex. 95 huius libri. quamobrem ijs libera poteftas & in leges, & in reliqua omnia ciuitatis eft danda, quod tradet Philofophus in tex. 101. & danda tamen, non quafi ipfi de legibus rectè cõditis quicquam fint moturi (quì enim id facerent, fi optimi, prudentiffimiq́ funt) fed vt virtuti, prudentiaq́ eorum incomparabili cuncta credantur. quibus quidem errare eos non poffe certum eft: multoq́ meliùs, quàm omnes alios, perfpecturos, quæ leges fint rectè conditæ; fi quid in ijs defit, redundet, inutile, damnofumue fit, aut futurum fit ciuitati; atque pro vtilitate publica addituros, dempturos, mutaturos. verùm de his poftea.*

Vero regi, uerifq; optimatibus danda hoc ra poteftas & in leges, & in reliqua oia ciuitatis: quoque confilio danda.

e.g.h. Imperantem autem hifce de rebus fummã poteftatem habere, de quibufcunque, &c. *Fieri poteft, vt uel de certo aliquo rerum genere lex lata non fit; quemadmodum de adulterijs Spartæ non erat: vel, de genere lata, fpeciem aliquam prętermittat; quemadmodum apud Romanos de matrimonijs, rebusq́ ad matrimonia attinentibus ftatim ab initio vrbis alię deinceps, & alia latæ leges: nulla tamen de diuortijs ante annum quingentefimum vigefimum: vel non complectatur factum, & euentum fingulare; ficut lex illa capite plectens, quicunque in murum ciuitatis afcendiffet, nec excipiens, fi afcendiffet peregrinus vrbis ab hoftibus tuendæ causà: vel dubia fit legis fententia, & mens legiflatoris; ut fi meretricum filijs interdictum foret muneribus, & honoribus publicis, obfcurum effet, vtrum*

Princeps ciuitatis pro legibus, & in leges fũmam poteftatem habere quaten', & quot, quibufque de rebus deceat.

Adi Dionyfiũ lib. 2. & Aulum Gellium lib. 4. cap. 3. lib. 17. cap. 21.

natos tantùm, posquam matres viuere libidinosè cœpissent, an natos etiam antè, dum honesto copulata essent matrimonia, excludere honoribus legislator vellet: vel, quod ille probè definiuerat, euaserit, temporis progressu mutatis rebus, aut hominum moribus, damnosum, inutileue ciuitati. His omnibus casibus princeps ciuitatis, in cuius manu sunt deliberationes, & iudicia publica (siue vnus solus sit princeps, qui monarchus, & rex; siue plures uno, qui pauci potentes, optimatesq; nominantur; siue plebs, & populus) summam potestatem habere debet, eaq; vti, ferendi legem nondum latam; supplendi in lata id, quod deest; excipiendi, corrigendi; abolendi, quicquid comprehensum æquitati, rationi, consilio legumlatoris repugnat; declarandi obscura; ambigua interpretandi. Non tamen de his omnibus Philosophus nunc loquitur. nam quum leges latas; & rectè, prudenter, accuratè, quàm maximè fieri potest, latas supponat: profectò neque genus, speciesue rerum sanciendarum prætermissa; neque aut in sententia obscuritas, aut in uerbis ambiguitas ulla erit: sola restant duo capita; alterum, quom id, quod vtile fuerat, redditum est, mutatis rebus, aut moribus, inutile, & detrimentosum; alterum de factis, euentisq; singulis, quæ innumera temporis longitudo affert, nec vniuersali aliquo præcepto ob infinitatem, incertitudinemq; suam comprehendi perfectè, & distinctè queunt. Vniuersè autem de auctoritate supplendi, & mutandi leges, vbi illæ quouis modo deficerent, dicetur infrà in tex. 121, & 128.

Non de his omnibus Philosophus loquitur nunc, sed de duobus tantùm capitibus, tertio, & maximo.

De authoritate supplendi, & mutandi leges vbi uniuersè Philosophus.

Loci similes.

De quibuscunque leges perfectè, &c. *Eadem repetentur infrà in tex. 113, 121, & 128.*

Cur complecti perfectè omnia leges nequeant, & cur vniuersè sanciantur, ubi dictum.

Proptereaquòd non sit facilè, &c. *Cur perfectè complecti, exprimereq; omnia leges non possint ex eo, quod uniuersè sancire eas oporteat; & cur oporteat uniuersè eas sanciri; in tex. 121 lib. secundi satis clarè; & à Philosopho, & à nobis est explicatum.*

Argumentum Textus LXXXVI.

a *Quænam demum sint leges rectè sancitæ, ac tandem probæ, & iustæ, penes quas debere esse simpliciter summam potestatem ciuitatis statutum est in textu superiori:* b *Esse eas profectò, quæ rectarum rerumpublicarum sunt propriæ. Ratio duplex:* c *vna ab euidentia:* c *altera à genere. Et tollunt hæc plenè dubitationem expositam suprà in textu 73.*

Tex. 86.

a Porrho autem quales esse oporteat rectè conditas leges, nondum est clarum: b sed manet etiam nunc superior dubitatio. c At enim similiter quoque rebuspublicis, necesse est, & leges improbas, aut probas esse; d & iustas, aut iniustas. e præterquam quòd hoc est manifestum, f oportere accommodatè ad rempublicam leges condi. g atqui si hoc est: h planum est, eas quidem, quæ rectarum rerumpublicarum sunt, necessariò esse iustas; i eas autem, quæ sunt digressarum, esse non iustas.

[a] Ὁποίους αὐτοὺς τινὰς εἶναι δεῖ τοὺς ὀρθῶς κειμένους νόμους, οὐδέπω δῆλον: [b] ἀλλ᾽ ἔτι μένει τὸ πάλαι διαπορηθέν. [c] ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁμοίως ταῖς πολιτείαις ἀνάγκη καὶ τοὺς νόμους φαύλους, ἢ σπουδαίους εἶναι· [d] καὶ δικαίους, ἢ ἀδίκους. [e] πλὴν τοῦτό γε φανερόν, [f] ὅτι δεῖ πρὸς τὴν πολιτείαν κεῖσθαι τοὺς νόμους. [g] ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο: [h] δῆλον ὅτι τοὺς μὲν κατὰ τὰς ὀρθὰς πολιτείας ἀναγκαῖον εἶναι δικαίους· [i] τοὺς δὲ κατὰ τὰς παρεκβεβηκυίας οὐ δικαίους.

EXPLANATIO.

a. [c] Satis est per se euidens, similiter, atque respublicas suas, pro quibus feruntur, aut latæ sunt, leges quasque probas, aut improbas, [d] iustas, aut
d.
a.h. iniustas esse debere: [h] ergo satis patens quod quæritur, quænam sint leges rectè sancitæ, seu probæ, ac iustæ: liquet enim sine demonstratione vlla
e. esse eas, quæ sunt rectarum, probarum, iustarum rerumpublicarum. [e] Veruntamen si aliquam nihilominus confirmationem postulas: hanc acci-
f.g. pe. [f] Leges quæque suis rebuspublicis, pro quibus feruntur, aut latæ sunt; accommodatæ, vtilesque tum ad incolumitatem earum, tum ad imperij
† cum incolumitate, & pro incolumitate ista quam maximè aptam, facilemque administrationem ferri, latæque esse omninò debent: † sunt autem ad vtrunque accommodatæ, vtilesque rectis, probis, iustis rebuspublicis rectæ, probæ, iustæ leges; quemadmodum detortis, improbis, iniustis plerunque, & per se vtiles, accommodatæque sunt non rectæ, improbæ, iniustæ (ex accidenti enim aliquę iustę leges etiam iniustis rebus-
g.h. publicis vtiles, & accommodatæ ad ea, quæ diximus, esse possunt: [g] ergo rectarum rerumpublicarum propriæ leges, quæ pro ijs feruntur, & ferri
b. debent, sunt rectæ, iustæ, probæ, quas quidem nunc quærimus; [h] non re-
† ctarum contrà per se sunt improbæ, & iniustæ. † Minor est manifesta vsu rerum, inductione, ratione. quid enim clarius, quàm, vtile, accommodatumque esse & ad suam incolumitatem, & ad opus suum recto rectum,
e.g. probum probo? [e] Maior sumitur vt nota: ac verè nota est etiam ex om-
† nium legumlatorum consensu, vt ex initio libri sequentis patebit. † sunt nanque hi legum proximi fines, incolumem conseruare rempublicam, & cum eius incolumitate maximè aptas, facilesque ciuitatis suæ admini-
c. animum. strandæ rationes explicare. [c] Eximunt hęc scrupulum suprà in textu 73. iniectum: quid prosit ad tollendas iniustas ciuitatum administrationes, legem potius, quàm hominem in ijs dominari; si pro reipublicæ suæ sa-
a.b. lute idem lex, quod homo imperans, iubet. [a] Nam licet in superiori tex-
a. tu sit constitutum, leges rectè sancitas esse eas, quæ dominari debeant in ciuitate: tamen [a] nisi in hoc declaratum foret, quæ sint leges rectè sancitæ, & ad extremum quæ sint rectæ leges (de sanciente enim minus soliciti sumus, ponentes eas, in rectis præsertim rebuspublicis, à ius, & au-
b. ctoritatem habente sanciri) [b] non esset euulsus scrupulus, sed adhuc pungeret.

Leges rebuspublicis suis similes esse probitate, improbitate, iustitia, iniustitia dēnt. Leges probæ, ac iustę sunt eæ, quæ rectarū, improbæ, & iniustæ, quę non rectarum rerumpublicarum sunt propriæ.

Leges quęque rebuspublicis suis accommodatæ tum incolumitatem earum, tum ad imperij cum incolumitate quàm maximè aptam administrationem ferri, lataque esse debent.

Legum fines proximi.

Scrupulus iniectus in tex. 73 superiori, per ea, quæ hic dicuntur, euellitur.

*[Series ab tex 65.]

Explicantur bona, ex quorum præstantia dominatus ciuitatum petuntur, & tribuuntur.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Explicatio, constitutioque causarum, seu bonorum, aut dignitatum; quarum ex alijs optimo iure, aduersus dignitates, & bona reliqua, peti, tribuique possunt, ac debent dominatus, siue summæ potestates ciuitatum; ex alijs minimè iure sæpenumero petuntur, ac tribuuntur, aliquo pacto tamen iure & peterētur, et tribuerētur ob certas rationes, quæ opportunis locis notātur. Partes capitis sex. Textus quindecim ab 87. ad 102.

Scholium in Argumentum huius capitis.

Quæ nam sint causæ istæ, quæ & bona, & dignitates, & fundamenta æqualitatis inæqualitatisq; personarum ad commoda publica participāda appellantur.

Fuerunt hæ causæ etiam suprà à Philosopho in secunda meditatione propositæ. quas nos ibi fundamenta æqualitatis, inæqualitatisque personarum, & dignitates ad commoda publica participāda appellauimus. Earum porrho priores, & veræ, & perfectæ sunt Peritia, & Virtus ciuitatum administrandarum; in primis autem Peritia, & Virtus administrandæ optimæ ciuitatis, quæ sunt vera virtus moralis, & vera prudentia, de quibus dictum est in exitu tertij capitis huius libri. Reliquæ sunt Libertas, Nobilitas, Diuitiæ, Potentia, quæ in multitudine hoīum cōsistit.

- *Proponitur, quod tractari institutum est.* — Pars I. tex. 87.
- *Tractatur, quod institutum, & propositum fuit: Quorum bonorum æstimatione (quæ fundamenta æqualitatis, inæqualitatisque personarum, ac dignitates vocamus) iure petatur, & non petatur, tribuatur, & non tribuatur magis, & minus, aut nullo modo summa potestas, seu dominatus in ciuitatibus. Partes quatuor.*
  - *Non pro quolibet bono, & pro cuiuslibet boni præstantia iure peti, tribuiùe summam potestatem. aut plus eius in ciuitatibus.* — Pars II. tex. 88.
  - *Quænam propriè sint bona, pro quibus, quorumque præstantiā iure peti, ac tribui summæ ciuitatum, potestates videantur.* — Pars III. tex. 89.
  - *Disceptatio, an propter vllum, & propter quod maximè, ac simpliciter expositorum bonorum, propter quę iure peti tribuique dominatus ciuitatis videbatur posse, verè peti, tribuique iure possit, ac debeat.* — Pars IV. tex. 90.
  - *Decisio disceptationis. & litis vniuersę, ex quo bono, vno, vel pluribus, maximè, ac simpliciter iure postulari, tribuique dominatus ciuitatis possit, & debeat.* — Pars V. tex. 94.
- *Diluitur dubitatio quædam exoriens.* — Pars VI. tex. 95.

Propositio.

PARS PRIMA CAPITIS DECIMIQVINTI. TEXTVS LXXXVII.

Argumentum Textus LXXXVII.

a.a. *Propositio, & causa duplex dicendorum.* [a] *Propositio: Statuendum iam esse perfectè, ex quibus nam bonis, quæ adsint, aut non adsint, & vel ampliora, vel minus ampla adsint, iure peti, tribuiq; debeat plus, & minus, aut negari penitus summa ciuitatis potestas, quam dominatum appellamus. Causæ due: vna à minori; altera à maiori vtilitate;* [p] *illa quidem superiorum dubitationum eximendarum;* [q] *ista autem attingendi finis facultatis ciuilis, & boni hominum maximi.*

[a] Quoniam autem in omnibus quidem scientijs, [b] atque artibus finis est bonum; [c] maximum verò, [d] & maximè in præstantissima omnium; [e] hæc autem est ciuilis facultas; [f] est porrho ciuile bonum ipsum iustum, [g] atque hoc est, [h] quod communiter conducit; [h] videtur autem omnibus iustum esse æquale quoddam; [i] & quadantenus consentiunt philosophicis sermonibus, in quibus de ijs, quæ ad mores pertinent, est disputatum; [k] quiddam enim, [l] & quibusdam iustum, [m] & oportere æqualibus æquale esse aiunt: [n] idcirco qualium æqualitas sit, [o] & qualium inæqualitas, oportet nos non latere: [p] habet enim hoc dubitationē, [q] & philosophiam ciuilem. Tex. 87.

[a] Ἐπεὶ δ' ἐν πάσαις μὲν ταῖς ἐπιστήμαις, [b] καὶ τέχναις ἀγαθὸν τὸ τέλος· [c] μέγιστον δὲ, [d] καὶ μάλιστα ἐν τῇ κυριωτάτῃ πασῶν; [e] αὕτη δ' ἐστὶν ἡ πολιτικὴ δύναμις· [f] ἔστι δὲ πολιτικὸν ἀγαθὸν τὸ δίκαιον, [g] τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ κοινῇ συμφέρον· [h] δοκεῖ δὲ πᾶσιν ἴσον τι τὸ δίκαιον εἶναι· [i] καὶ μέχρι γέ τινος ὁμολογοῦσι τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν λόγοις, ἐν οἷς διώρισται περὶ τῶν ἠθικῶν· [k] τὶ γάρ, [l] καὶ τισὶ τὸ δίκαιον. [m] καὶ δεῖν τοῖς ἴσοις ἴσον εἶναί φασι: [n] ποίων δ' ἰσότης ἐστὶ, [o] καὶ ποίων ἀνισότης, δεῖ μὴ λανθάνειν. [p] ἔχει γὰρ τοῦτ' ἀπορίαν, [q] καὶ φιλοσοφίαν πολιτικήν.

EXPLANATIO.

[a] VTRVM penes rectas leges, an penes homines, & quatenus penes vtrosque esse debeat summa ciuitatis potestas; tum qui nam hominum habere in ea dominatum, diuites ne, an pauperes, an probi, an vnus optimus, an vnus pessimus, an populus vniuersus, cunctis ipsum sibi vendicantibus, & ius aliquod prætendentibus; plurimam esse controuersiam, longasque lites hactenus apparuit. [p] Eas igitur vt tollamus: [a] quærendum, definiendumque est clariùs, & distinctiùs, Quibus ex bonis iure petatur, tribuaturúe, aut absolutè, aut quadantenus, vel minimè iure summa potestas ciuitatis, in qua omnia publica cōmoda aliquo modo comprehen-

Prior vtilitas huius capitis: controuersiæ quædam supra expositæ tollentur; & quænam illæ sint.

Quærenda, & definienda hoc capite ex varijs vocabulis, titulisque idem significantibus.

prehenduntur, & resident; seu quorum bonorum æstimatione æquales,& inæquales, hoc est digni, & minus digni, & indigni sint homines ciuitatis, vt ijs æqualiter, vel inæqualiter, vel aliquo modo publica commoda, & suprema illa potestas communicetur; ac tandem quæ sint ad consequenda munera, & commoda publica æqualitatis, inæqualitatisque personarum fundamẽta. Hæc enim ambo eandem vim habent: dico autem Iure petere, obtinereque aliquos, aut minimè iure summam potestatem ciuitatis; & Aequales, aut inæquales, siue dignos, & indignos esse certorum bonorum æstimatione, siue æqualitate, & Inæqualitate, ut ipsis magis, & minus, aut nullo modo potestas illa tribuatur.[h] Siquidem omnes, vulgus, philosophique consentiunt; [h] ius, siue iustum in æqualitate quadam consistere; esseq; omnino iustum distributiuum, de quo propriè est sermo, [k] tum ipsum per se quiddam æquale,[l] tum in quibusdam æqualibus rebus; atque personis: [m] ita vt iustè personis æqualibus æqualia commoda, & incommoda tribuantur, inæqualia inæqualibus; iniustè contrà inæqualia æqualibus, inæqualibus æqualia. de qua re dictum est suprà in tex. 54 & 55. huius libri; & copiosè in quinto ad Nicomachum disputatum. Hæc prima ratio, seu causa dicendorum. Ratio posterior. [a] Vniuscuiusque scientiæ, & artis, & facultatis finis est bonum quoddam, quod ex tali facultate, arte, scientia genus humanum primò, & per se assequitur, quanquam enim alias res etiam nonnullæ illarum iuuare videntur, vt oues pastoritia: nihilominus ad homines amplificandos cunctæ, quia facultates humanæ sunt, tandem spectant, & hominibus sunt destinatæ. [c] Ergo finis eius, seu facultatis, seu artis, seu scientiæ, quæ est longè princeps, & præstantissima omnium § *per locum partim à proportione, partim à coniugatis* § erit [d] maximè, & in primis [e] maximum, ac summum omnium bonorum humanorum. [e] Est autem longè princeps, & præstantissima omnium artium, & facultatum, & scientiarum, saltem actualium, effectriciumque, si excipi spectatiuas sinamus, facultas ciuilis, vt ex primo textu primi horum librorum, & initio primi libri ad Nicomachum liquet. [c] Ergo finis facultatis ciuilis [d] magis, quàm vllus cuiusuis aliarum facultatum, artium, scientiarum, est bonum, [e] & summum omnium bonorum humanorum. § *Locus ab adiacentibus.* § [f] Atqui bonum hoc maximum, quod tradit ciuilis facultas, & est eius finis, est ipsum iustũ, [g] quod communiter omnibus, & semper, & vbique prodest, non propriè quibusdam, aut aliquando, aut alicubi, iustitia nimirum ciuitatis, in qua omnes virtutes, optimaque, ac fœlix vita continentur. [e] Ergo quærere, fiat ne aliquid iure, an non iure in ciuitate, est quærere partem illius maximi boni, & finis facultatis ciuilis: quærere verò de summa ciuitatis potestate, seu dominatu (quod caput est vniuersæ huius facultatis, vnde omnia bona, malaque nostra, idest ciuitatum, & societatum omnium humanarum semper, & vbique pendent) [n] quibus, & quorum bonorum æqualium, inæqualiumque æstimatione iure tribuatur, aut non tribuatur, aut magis minusue tribuatur; est verè quærere tum finem, tum bonum huius facultatis ciuilis, quæ in his libris explicatur, quod quidem, vt diximus, est maximum omnium bonorum humanorum. [p] Ergo quærendum, statuendumque est perfectè, ex quibus nam bonis, &c. quemadmodum propositum fuit: quo finem ciuilis facultatis, & maximum omnium bonorum humanorum attingamus.

In om-

[Left margin notes:]

Eandem vim habent diuersa vocabula, quibus quæstio hæc ca pitis variè proposita est.

Vtilitas posterior: Attingetur finis, & bonũ facultatis ciuilis; quod est maximum omniũ bonorum humanorũ. Vniuscuiusque artis, facultatis, scientiæ finis primò, & per se est bonum quoddam humanum.

Ciuilis facultas est facultatum, artium, sciẽtiarum omnium præstantissima.

Finis eius est summũ omnium bonorum humanorum, idemque Iustum simpliciter, ac tandem iustitia ciuitatis.

Quærere de ciuitatis dominatu, quorũ bonorum æstimatione iure tribuatur, aut nõ tribuatur, aut magis minusue tribuatur, est quærere finem, & bonum facultatis ciuilis, quod est maximũ omnium bonorũ humanorum.

[Right margin notes:]

h. i.

h. Iustum esse æquale quidd.

k. l.

m.

Cap. 1.

a. b.

c. d.

d.

e.

c. d. e.

f.

g.

a. c. d. e. f. g.

n. o.

p. q.

SCHOLIA.

a.b.c.d.e. In omnibus quidem ſcientijs, atque artibus, &c. *Similia ſcribuntur ſub initium primi libri ad Nicom. & in primo textu primis huius operis.* Loci ſimiles.

In omnibus ſcientijs. *Iis ſcilicet, quæ in opus, operationemùe tendunt, inquit D. Thomas. Sed ſpectatiuarum quoque, & ipſiusmet Diuinæ finis eſt perfectio mentis noſtræ contemplatricis, quod bonum eſt maximum, ac præſtantiſſimum omnium bonorum humanorum, ac penè vltra conditionem, & capacitatem noſtram. Has tamen ſcientias ſpectatiuas comprehendi à Philoſopho hic putarem, quemadmodum & in principio primi ad Nicomachum, vt generalem magis propoſitionem efficiat; non quia cum ijs comparare velit ciuilem. Et quom ait poſtea, hanc eſſe præſtantiſſimam omnium: vocem* { omnium } *referrem ad omnes alias præter ſpectatiuas; aut certè ad omnes alias præter Diuinam.* Scientiæ ſpectatiuæ vtrum huc veniant, & quatenus.

e.f.g. Maximum verò in præſtantiſſima. & ipſum iuſtum, quod communiter conducit, eſt bonum ciuile. *Sequitur, Iuſtum, quod communiter conducit, eſſe maximum bonorum humanorum. Qui autem legerit libros Platonis, præſertim de Republica, & de Legibus, & de Regno, aſſentietur huic propoſitioni: & nihil vtilius, nihil iucundius, nihil honeſtius, nihil ſpecioſius, nihil melius, nihil ſublimius in rebus humanis reperiri dicet iuſtitia ciuitatis. Ipſe etiam Ariſtoteles in principio quarti ad Nicomachum ſcribit, iuſtitiam perfectam illam, virtutes omnes comprehendentem, heſpero, & lucifero eſſe ſplendidiorem.* Iuſtum, quod cōiter conducit, hoc eſt iuſtitia ciuitatis eſt maximum omnium bonorum humanorum.

f.g.h. Eſt ciuile bonum ipſum iuſtum, atq; hoc eſt, quod communiter conducit. *Intelligit iuſtum vniuerſum, & totam iuſtitiam ciuitatis. Quom verò ſubiungit:* { Videtur autem omnibus iuſtum eſſe, &c. } *notat propriè iuſtum diſtributiuum.* Duo hic notantur iuſta: iuſtum vniuerſũ, quod eſt iuſtitia ciuitatis, & iuſtum diſtributiuum.

* [Series aſi tex.8y.]

Tractatur, quod inſtitutum, & propoſitum fuit.

PARTES QVATVOR CAPITIS DECIMIQVINTI.
Secunda, Tertia, Quarta, Quinta.

Quorum bonorum æſtimatione (quæ fundamenta æqualitatis, inæqualitatisq́; perſonarum, ac dignitates vocamus) iure petatur, & non petatur, tribuatur, & non tribuatur magis, & minus, aut nullo modo ſumma poteſtas, ſeu dominatus in ciuitatibus. Textus nouem: ab 88. ad 96.

Scholium in Argumentum harum quatuor partium.

Duo genera bonorũ, pp quę iure tribuũtur, & plus, minusue tribuitur summa potestas in ciuitate.

a. tex. 88. b. tex. 89.

[a]Non omnia bona; [b]sed duo tantùm eorum genera esse eiusmodi, vt propter ipsa iure tribuatur habentibus, non habentibus non tribuatur; & habentibus plus & minus, tribuatur magis & minus dominatus, seu summa potestas, & imperium ciuitatis: vnum eorum bonorum, sine quibus esse ciuitas nequeat: alterum eorum, sine quibus bene viui in ea non possit. [c]Primo genere comprehendi libertatem, nobilitatem, diuitias, potentiam eam, quæ in hominum multitudine residet. Secundo contineri peritiam, & virtutem imperandi, ac parendi in proposita ciuitate, quam esse ciuis virtutem suprà in capite tertio fuit declaratum. [d]Propter primi generis bona aliquo pacto iure; hoc est [e]vbi vel omnino deessent altera; vel illa habentes pauciores essent, quàm vt ciuitati administrandæ possent sufficere; [f]vel maior ciuitatis concordia id postularet: [g]propter bona secundi generis simpliciter iure peti, & tribui talem dominatum. [h]Sed hæc quoque bona secundi generis esse duorum modorum. nam peritiam, & virtutem parendi, imperandique, siue ciuium, ac ciuiles alias esse, quæ simpliciter, & καθ' ὑπεροχὴν ijs nominibus nuncupentur, optimæ reipublicæ accommodatas; quibus quidem parêre, & imperare, ac demum ciuitatem administrare probè possumus, ac volumus; possumus, quia periti; volumus, quia virtute præditi, vt fœliciter, atq; ex vera virtute iuuatur: alias esse non simpliciter sic nominatas, verùm ex additamento, quòd sint propriæ aliarum rerumpublicarum peritiæ, & virtutes, singularum singulæ; suæ quæque reipublicæ incolumitatem tuentes; & cum ea, ad eiusdemque suæ reipublicæ finem, quàm optimè, faciliméque fieri potest, ciuitatem administrantes. [i]Vbicunque igitur optima respublica institui poterit; postulari, & tribui omnino simpliciter, hoc est optimo, atque integro iure summam potestatem ciuitatis ex virtute, & peritia primi modi: vbicunque aliquam aliarum institui oportebit; postulari, & tribui ex virtute, ac peritia secundi modi, proprijs eiusmodi reipublicæ, adhuc quidem iure, & simpliciter, si fas est dici iure, sed non omnino simpliciter, hoc est non optimo, & vniuerso, verùm cum adiunctione ista, talis reipublicæ simpliciter iure. Hæc autem sic intelligito: si habentes peritias, virtutesque tam primi, quàm secundi modi, cunctis ciuitatis muneribus plenè, & cum reipublicæ suæ tranquillitate procurandis sint satis. etenim si paucitate sua non sufficerent, [k]aut dissidia timerentur; necesse esset adiungi ad eos alios ciues primùm quidem ex altero modo peritiarum, & virtutum; deinde verò, vt dictum est, etiam ex priori bonorum genere.

c. tex. 89. 91. 93. & alijs.

d. tex. 89. 91. 93

e. ex tex. 95.

f. ex tex. 79. & 80. superiorib'.

g. tex. 94. 89. 91.

h. ex tex. 94. & cap. 3. superiori libri huius.

Propter primi generis bona aliquo pacto iure; propter secundi simpliciter iure tribuitur sũma potestas in ciuitate.

Secundum genus horum bonorum duos rursus continet modos: quorũ ex primo omnino simpliciter iure; ex secundo nõ omnino simpliciter, sed cum quadam adiunctione tribuitur.

i. tex. 94.

Quando solis habentibus bona vel primi, vel secundi modi tribuenda sit summa potestas in ciuitate: & quando ad eos ciues alij adiungendi; & quo ordine.

k. ex tex. superioribus 79. & 80.

Non

* [Series ab tex. 87.]

Non pro quolibet bono petitur iure summa potestas ciuitatis

PARS SECVNDA CAPITIS DECIMIQVINTI. TEX. LXXXVIII.

Argumentum Textus LXXXVIII.

ex a. 10. [a] *Non pro quolibet bono, & pro cuiuslibet boni præstantia, etiam*
b. a. [b] *cæteris paribus,* [c] *quod fortè aliquis opinaretur, iure peti, tribuiue*
c. d. *imperium, & summam potestatem, aut plus eius in ciuitatibus.* [e] *Ratio*
e. f. g. 11. 12. 13. *aduersariorum vna; ex causa. Rationes à veritate quinque:* [e] *prima*
h. i. K. o. p. q. r. f. t. z. *biceps per duplicem expositionem, seu locum à parte:* [h] *secunda ex simi-*
m. l. x. n. o. s. ad 10. 10. *li:* [m] *tertia ex genere:* *quarta ex repugnantibus:* [m] *quinta ex testi-*
monio.

[a] Fortasse enim diceret aliquis, ex omnis boni præstantia inæqualiter tribui magistratus, & imperia oportere: [b] si cæteris omnibus nihil differant, sed fortè sint similes, & pares. [c] differentibus nanque diuersum esse iustum, [d] & id, quod ex dignitate. [e] Atqui si hoc verum est: [f] obtinere ciuilium iustorum & ex colore, & ex magnitudine, & ex quantulocunque bonorum plus debebunt ij, qui præstant. [g] An hæc est aperta falsitas. [h] Est verò manifestum in alijs scientijs, [i] & facultatibus. [k] Nam similium, & parium arte tibicinum non plus tibiarum dandum nobilioribus. [l] nihilo enim meliùs tibiã canent. [m] oportet autem ei, qui opere præstat, etiam instrumentorum præstantiam tribuere. [n] Quòd si nondum planum est, quod dicitur: [o] adhuc magis ipsum producentibus erit manifestum. [p] Si quis enim fuerit, qui arte quidem tibijs canendi præstat; [q] valde autem inferior sit nobilitate, aut pulchritudine: [r] tametsi vnumquodque illorum maius bonum est arte canendi tibijs ([s] dico autem & nobilitatem, & pulchritudinem) [t] atque proportione plus arti canendi tibijs præstent, quàm ille arte canendi tibijs; [u] tamen huic dandæ sunt tibiæ præstantiores. [x] oportet nanque ad opus iuuare & diuitiarum, & nobilitatis præstantiam: [y] nihil verò iuuant. [z] Præterea ratione istâ omne bonum cum omni esset comparabile. [a] nam si magis, id, quod aliqua magnitudine: [b] etiam omnino magnitudo & cum diuitijs, & cum libertate esset comparabilis. [c] itaque si plus hic præstat magnitudine, quàm ille virtute, Tex. 88.

[5] & plus præstat omnino virtuti magnitudo: [6] essent comparabilia omnia. [7] tanta enim magnitudo si melior est tantā: [8] tantam, perspicuum est, æqualem fore. [9] Quoniam autem hoc fieri non potest: [10] perspicuum est etiam in ciuilibus meritò non ex omni inæqualitate de imperijs, & magistratibus contendi. [11] Nam si alij quidem tardi sunt, alij verò celeres: [12] non ob id oportet, hos quidem plus, illos verò minus habere: [13] sed in gymnicis certaminibus horum præstantia honorem, & premium accipit.

[a] ἴσως γὰρ ἂν φαίη τις κατὰ παντὸς ὑπεροχὴν ἀγαθοῦ δεῖν ἀνίσως νενεμῆσθαι τὰς ἀρχάς: [b] εἰ πάντα τὰ λοιπὰ μηθὲν διαφέροιεν, ἀλλ' ὅμοιοι τυγχάνοιεν ὄντες. [c] τοῖς γὰρ διαφέρουσιν ἕτερον εἶναι τὸ δίκαιον, [d] καὶ τὸ κατ' ἀξίαν. [e] ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτ' ἀληθές, [f] ἔσται, καὶ κατὰ χρῶμα, καὶ κατὰ μέγεθος, καὶ καθ' ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν, πλεονεξία τις τῶν πολιτικῶν δικαίων τοῖς ὑπερέχουσιν. [g] ἢ τοῦτο ἐπιπόλαιον τὸ ψεῦδος. [h] φανερὸν δ' ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν, [i] καὶ δυνάμεων. [k] τῶν γὰρ ὁμοίων αὐλητῶν τὴν τέχνην, οὐ δοτέον πλεονεξίαν τῶν αὐλῶν τοῖς εὐγενεστέροις. [l] οὐδὲν γὰρ αὐλήσουσι βέλτιον. [m] δεῖ δὲ τῷ κατὰ τὸ ἔργον ὑπερέχοντι διδόναι καὶ τῶν ὀργάνων τὴν ὑπεροχήν. [n] εἰ δὲ μήπω δῆλον τὸ λεγόμενον: [o] ἔτι μᾶλλον αὐτὸ προαγαγοῦσιν ἔσται φανερόν. [p] εἰ γάρ εἴη τις ὑπερέχων μὲν κατὰ τὴν αὐλητικήν, [q] πολὺ δ' ἐλλείπων κατ' εὐγένειαν, ἢ κάλλος: εἰ καὶ μεῖζον ἕκαστον ἐκείνων ἀγαθόν ἐστι τῆς αὐλητικῆς (λέγω δὲ τήν τ' εὐγένειαν, καὶ τὸ κάλλος) [r] καὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ὑπερέχουσι πλέον τῆς αὐλητικῆς, ἢ ἐκεῖνος κατὰ τὴν αὐλητικήν. [s] ὅμως τούτῳ δοτέον τοὺς διαφέροντας τῶν αὐλῶν. [t] δεῖ γὰρ εἰς τὸ ἔργον συμβάλλεσθαι τὴν ὑπεροχὴν καὶ τοῦ πλούτου, καὶ τῆς εὐγενείας; [u] συμβάλλονται δ' οὐδέν. [x] ἔτι κατά γε τοῦτον τὸν λόγον πᾶν ἀγαθὸν πρὸς πᾶν ἂν εἴη συμβλητόν. [y] εἰ γὰρ μᾶλλον, τὸ τὶ μέγεθος: [z] καὶ ὅλως ἂν τὸ μέγεθος ἐνάμιλλον εἴη καὶ πρὸς πλοῦτον, καὶ πρὸς ἐλευθερίαν. [1] ὥστ' εἰ πλεῖον ὁδὶ διαφέρει κατὰ μέγεθος, ἢ ὅδε κατ' ἀρετήν. [2] καὶ πλεῖον ὑπερέχει ὅλως ἀρετῆς μέγεθος: [3] εἴη ἂν συμβλητὰ πάντα. [4] τοσόνδε γὰρ μέγεθος εἰ κρεῖττον τοσοῦδε: [5] τοσόνδε δῆλον, ὡς ἴσον. [6] ἐπεὶ δὲ τοῦτ' ἀδύνατον: [7] δῆλον ὡς καὶ ἐπὶ τῶν πολιτικῶν εὐλόγως οὐ κατὰ πᾶσαν ἀνισότητα ἀμφισβητοῦσι τῶν ἀρχῶν. [10] εἰ γὰρ οἱ μὲν βραδεῖς, οἱ δὲ ταχεῖς: [11] οὐδὲν διὰ τοῦτο δεῖ τοὺς μὲν πλεῖον, τοὺς δ' ἔλαττον ἔχειν: [13] ἀλλ' ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἡ τούτων διαφορὰ λαμβάνει τὴν τιμήν.

Var. Lect. ὁ δὶ διαφέρει κατὰ μέγεθος, ἢ ὅδε κατ' ἀρετήν. *In Aldin. & Isingr. cod. scriptum est:* ὁ δὶ διαφέρει κατ' ἀρετήν, *demptis verbis medijs. At Vetus, & omnes alij interpretes hanc, quam nos habemus, scripturam vertunt.* t.
πλεῖον ὑπερέχει. *In Aldin. & Isingr.* ὑπερέχειν. z.

EXPLANATIO.

Ratio aduersariorum per locum à causa.

[e] Ratio aduersariorum. [f] Dissimiles, imparesque sunt quilibet duo viri, quorum alter aliquò, quodcunque id fuerit, bono præditus sit, alter careat; vel eius boni alter plus habeat, quàm alter: exempligratia si alter robustus sit, alter debilis; vel alter altero robustior. [d] atque ita dissimiles, imparesque sunt, vt perfectior, dignior que sit habens, & plus habens carēte, & habente minus: † addit enim perfectionem, & dignitatem, quodcunque accesserit bonum; quum sit bonum quodlibet perfectio, & dignitas quædam. [d] dignitatē verò sequitur iustum distributiuum, quod sæpe est annotatum; & digniori plus, minus digno minus iure tribuitur. c.d. et c. et d. † et d.c.

 †In hac

Duplex fallacia in hac aduersariorum rationes.

† In hac ratione aduersariorum est duplex fallacia. vna ex homonymia, altera, quę κατά τι καὶ ἁπλῶς, idest aliqua ex parte & simpliciter nomen habet. Neque enim dignitas, quam quoduis bonum affert, est ea dignitas, ad quam spectant iusti distributores, nec, si esset: iam qui, rem aliquam vt recipiat, est dignus, aut dignior; statim est dignus, aut dignior, vt recipiat quamlibet. [e] Prima rationum nostrarum expositionem duplicem ex loco à partibus continet: [e] vnam bonorum quorundam; de quibus perspicuè cernitur falsam esse aduersariorum sententiam; quum tamen penè nesciatur, eorum bonorum pręstantia an ad vllam, & ad quam omnino distributionem sit referenda: [e] veluti coloris, & magnitudinis corporis: [g] quorum qui plus habent, eos plus ciuilium iustorum, idest honorum ciuilium, ac tandē imperij, & principatus ciuitatis iure distribuēdorū, obtinere debere nemo diceret. [11] Altera expositio est [11] cuiusdam boni, celeritatis nimirum, [13] cuius præstantiæ, hoc est ijs, qui eius plus habent, tribuitur in alio opere, idest in certaminibus gymnicis, cursus pręsertim, plus alius commodi, honorum videlicet, & præmiorum ijs certaminibus decretorum. [12] celeritati nanque, præstantiæúe ipsius certum est nec dominatum ciuitatis, nec aliquā eius partē, nedum maiorem, deberi.

Prima rationum nostrarum duplex per duplicem expositionem.

Secunda à simili, vel à genere.

[h] Secunda ratio à simili, nisi eam velis esse à genere. In quauis arte, & facultate, [k] duorum artificum, qui inter se arte sint pares, quum præstet alter alteri alio quopiam bono [r] etiā maiori, quàm sit illa ars; [p] aut quorum alter alteri præstet arte, pręstet autem hic illi multo plùs proportione eo alio bono; [k] non dantur huic profectò, qui alio quodam bono, vel simpliciter, vel proportione præstat, plura, melioraúe instrumenta eiusmodi artis; sed vel plura, melioraúe dantur illi, qui præstat arte, vel æqualia vtrique, si neuter arte alterum superet. Et sumatur exemplum ab arte canendi tibijs: [k] sint duo tibicines aut inter se pares artificio canendi tibijs, verùm alter altero nobilior, aut pulchrior; [p] aut alter quidem sit melior tibicen, alter autem sit proportione multo plùs illo nobilior, aut pulchrior, quàm sit ille ipso tibicen melior: [r] quanquam tum pulchritudo, tum nobilitas maius bonum est, optabiliusque arte canendi tibijs; [k] nequaquam tamen huic vel pulchriori, vel nobiliori, vel multo magis pulchritudine, nobilitateúe alterum superanti, quàm ab illo superetur arte canendi tibijs, plures, melioresúe tibiæ traduntur; sed vel illi, qui arte superat, meliores, & plures; vel vtrique pares, si sint ipsi inter se pares arte. [10] Ergo nec ciuitatis dominatus pro quolibet bono, cuiuslibetúe præstantiâ boni est tribuendus, & distribuendus. [m] Tertia ratio à genere.

Tertia à genere.

[x] Tribuenda sunt cuiusuis operis, ac rei instrumenta, eorumque plura, & præstantiora pro eo duntaxat bono, eiusque præstantiâ, ex quo meliùs tale opus peragitur, non ex quo non peragitur meliùs, seu quod iuuat, non quod non iuuat ad tale opus: [10] ergo auctoritas cum reliquis instrumentis ciuilis administrationis, ac tandem ciuitatis dominatus non pro quouis bono, cuiusuisúe præstantiâ boni tribuendus est, & distribuendus; sed ex eo tantùm, eiusque præstantiâ, ex quo meliùs ciuitas administratur. [x] Propositio, licet per se euidens, nam cuncta instrumenta ad opera sua referuntur; nihilominus [h] confirmatur à Philosopho inductione, proposito in exemplum artis tibiâ canendi opere, hoc est tibiarum cantu, & bifariam inducto: [k] vno modo si duo tibicines isto cantu sint inter se pares, sed alter superet alterum pulchritudine, aut nobilitate: [p] altero modo,

Marginal references (left): † Et ex 11.12. — e.f.g.11.12.13. — e.f.g. — e.f. — g. — 11.12.13. 13. — 11. — 12. — h.i.K.x.o.p.q.r.s.t.u. — K. — r.s. — p.q.r. — K. non plus dandum.n. — K. — p.q.r. — r.s. — K. non plus tibiarum dadum u.t. — 10.a. — m.l.x.o.o. — x, & ex m.l. — 10.a. — x.m.l. — h. & inde.n. & inde. — K. — p.ad x.

si alter alterum superet tibiarum cantu, sed proportione longè magis ab eo superetur nobilitate, aut pulcritudine. [b] Quarta ratio à repugnantibus in absurdum ducens. [c] Si vera esset opinio aduersariorum: sequeretur posse bonum quoduis cum quouis bono comparari nō modò vniuersè & in ipsa bonitate (sic enim ferri, fierique aliquo pacto comparatio quorumuis bonorum potest, factaque est proximè in duabus superioribus rationibus, quom sumebatur pulchritudinem, nobilitatemque arti canendi tibijs præstare, [d] sed distinctè prorsus, & ad vnguem, & absolutè; vt inter se maiora, minora, æqualia quæuis bona etiam per se, ac simpliciter, quatenus res tales sunt, & suas proprias appellationes habent, pronuntientur. [e] Consequens esse falsum, & absurdum tum ex se satis est manifestum, tum ostensum in septimo Naturalium, & in decimo Postnaturalium libro fuit. Consequentia, seu connexum sic declaratur. [f] Sint duo viri, Iulius, & Claudius, ditior quadruplò Iulio Claudius, robustior triplò Claudio Iulius. [g] Quoniam igitur, per aduersarios, pro cuiuslibet boni præstantiâ distribuendus est dominatus ciuitatis: [h] quæro vtri plus eius sit tribuendū, Iulio, an Claudio? [i] Compares omnino inter se oportet quadruplices diuitias, & triplex robur: examinesq; diligenter, [k] non solùm in Iulio, & Claudio; sed etiam per se, & ab eis separatè, an hæc æqualia sint bona, tantum diuitiarum & tantum roboris, an inæqualia; &, si inæqualia, vtrum eorum maius sit, vtrum minus. [l] tantum verò diuitiarum si tanto robore, exempligratia, maius dices: tantum tanto minus; & tantum tanto æquale similiter dicas, necesse erit; ac denique viginti talenta, puta, esse plus, quàm robur, quo ferri, verbigratia, pondus librarum ducentarum potest; decem esse eo minus; quindecim tantum, quantum illud; item viginti talenta, quæ plus robore illo sunt, tantundem esse, quantum aliud, quo centum quinquaginta libræ feruntur; & alia sexcenta, quæ quisquis audierit, risum opinor, non tenebit. [m] Quinta ratio à testimonio. Qui contendunt inter se de ciuitatum principatibus, imperijs, magistratibus; non propter quodlibet bonum, cuiuslibetúe boni præstantiam arrogant illa sibi, & deberi arbitrantur, sed propter certa quædam, diuitias nimirum, potentiam, nobilitatem, libertatem, virtutem, vt partim apparuit suprà, partim paulopòst apparebit: ergo de hac re omnes nobiscum consentiunt, non esse pro quolibet bono, eiusq; præstantiâ tribuendum, & distribuendum ciuitatis imperium, & summam potestatem.

Quarta à repugnantibus.

Quinta à testimonio.

t. ad 10. t. 14. Ex 4. Ex 3. 5. Ex 3. 5 7. 8. 10. Suprà in ca. 10. infrà in duabus sequentibus huius capitis partibus, & in cap. 19. 20. 21.

SCHOLIA.

a. Ex omnis boni præstantia. *Pro quouis bono, quo alter alteri præstat; vel quia id habeat ipse solus, altero non habente; vel quia eius plus habeat, quàm alter.*

b. Nihil differant. *Inter se.*

c. Ex colore, & ex magnitudine. *Quanquam apud Aethiopas ex corporis proceritate imperia, magistratusq; distribui quidam aiunt, vt scribitur infrà in libro quarto. Sed bardi illi. Et tamen, si uerum id fuit; ex sola proceritate distribuebantur. ergo nec apud eos quidem pro cuiuslibet boni præstantia.* Cap. 4.

d. Hæc est aperta falsitas. Τὸ ψεῦδος. *Non solùm falsum, sed ipsa falsitas, & in omnium oculis posita.*

Producen-

6. Producentibus. *Si longiùs oratione progrediamur; atque id, quod dicitur, explicemus magis alio modo, sumentes duos tibicines non iam pares arte, sed quorum alter alteri præstet.*

1. ad 9. Nam si magis id, quod aliqua, &c. *Hanc partem orationis, quæ tam græcè,* Syntaxis.
2. *quàm latinè, ad verbum reddita est obscurissima, sic construe, & expone.* { [2] Si magis { *subaudi imperiorum, & principatus ciuitatis esse particeps debet* } id, quod aliqua magnitudine { *subaudi præstat, hoc est id, quod cuiusuis boni præstantià excellit: & sit tale bonum exempli causa magnitudo, ac proceritas corporis: si ergo is, qui corporis proceritate, puta Galba, alteri, verbigratia Othoni, præstat;*
3. *plus recipere, quàm Otho, imperiorũ, & honorũ ciuitatis debet* } [3] etiam omnino magnitudo, { *ac proceritas corporis* } & cum diuitijs, & cum libertate, { *& cum virtute, & cum quolibet alio bono* } esset comparabilis. { *oportebit enim, si pro cuiuslibet boni præstantià honores ciuitatis sunt tribuendi; comparare bona, quibus fortè præstat Galba Otho, cum proceritate corporis, qua ponitur præstare Othoni Galbam, & cum alijs eiusdem, si fortè alijs etiam bonis Otho præstaret: vt intelligatur (omnibus eorum bonis inter se collatis, & vtrinque subductà summà) vter tandem alteri bonis simpliciter præstet. sed fiat contentio singulorum vtrin-*
4. *que bonorum tantùm.* [4] { Itaque si plus hic, { *idest Galba,* } præstat magnitudine, { *& proceritate corporis Othoni,* } quàm ille }, *idest quàm Otho præstet*
5. } virtute; [5] & plus præstat { *hac de causa etiam* } omnino { *ac per se considerata extra Galbam tanta proceritas corporis, seu* } magnitudo virtuti { *tantæ similiter per se, & extra Othonem considerata, hoc est est ea maior (necesse est enim, si Galba, tantam corporis habens proceritatem, & magnitudinem, Othoni, tantam virtutem habenti, simpliciter præstat; superari omnino, & per se sumptam tantam virtutem à magnitudine tanta per se sumpta, esseq; ea minorem): si plus igitur præstat magnitudine corporis Galba Othoni, quàm hic præstet illi virtute; maiorq; est hac de causa, non solum in Galba, sed etiam omnino, & per se sumpta tanta ma-*
6. *gnitudo virtute tantà sumptà per se extra Othonem:* } [6] essent comparabilia omnia }*: idest sequitur perspicuè, posse omnia omnibus modis inter se comparari.* } [7] tanta enim magnitudo, { *seu proceritas corporis, quanta reperitur in Galba,*
7. } si est melior, { *si est maius bonum, ac tandem maior* } tantâ { *virtute, quanta cernitur in Othone:* } tantam, perspicuum est, { *illi* } æqualem fore }.

4. Quàm ille arte canendi tibijs. *Subaud. præstet ei, vel eis, cui vel quibus hac arte, sumptum est, illum præstare.*

5. Et plùs præstat omnino virtuti magnitudo. *Scrupulũ, qui inijcitur ab aduerbio* { plùs } *facilè fortasse eximes, referendo illud ad proximè antecedentia hoc modo: Tanta magnitudo, quanta est in Galba, omnino, & per se sumpta, superat tantam virtutem per se sumptam, quanta est in Othone, plùs etiam, quàm superaret, dum accipiebantur ambæ, altera vt erat in Othone, altera ut erat in Galba. Sed cur plus auulsę à subiectis suis, quàm in ijs hęrentes, superat altera, altera superatur: si vtroque modo eadem sunt, nec maiores, minoresue efficiuntur? An fortè quia tum corrobari in Othone virtus ab alijs bonis secum coniunctis poterat; tum ab ijsdem obscurari, & quasi præstringi bonum magnitudinis quod erat in Galba.* Difficultatis nascentis ex aduerbio [plùs] exemptio.

In ciuilibus. *Rebus, aut bonis.*

10. De imperijs, & magistratibus contendi. *Subaud. ab hominibus, & ciuibus, qui de ijs contendunt.*

11. Minùs habere. *Magistratuum, & imperiorum ciuitatis.*

Quanam

* [Series ad tex. 87.]

Quænam propriè sint bona, quæ in disceptationem nunc veniunt.

PARS TERTIA CAPITIS DECIMIQVINTI. TEXTVS LXXXIX.

Argumentum Textus LXXXIX.

Quænam propriè sint bona, pro quibus, quorumque præstantiâ iure peti, ac tribui ciuitatum magistratus, imperia, ac tandem summæ potestates, seu dominatus videantur; [a] Uniuersè, [b] Generatim, [c] Singulatim. a.b.ex d & ide. K.l.m.n. c.d.& inde.

Tex 89. [a] Cæterùm ex quibus rebus constat ciuitas; [b] de his necesse est contentionem exoriri. [c] Quapropter probabili ratione honorem sibi vendicant nobiles, & liberi, & diuites. [d] oportet enim, & liberos esse, & eos, qui facultates afferant, pro quibus ex censu tributum pendant. [e] non enim ex pauperibus omnibus ciuitas esset: [f] quemadmodum neque ex seruis. [g] At porrho si his est opus: [h] minimè dubium quin etiam iustitiâ, & bellicâ virtute: [i] neque enim sine his habitari ciuitas potest. [k] verumtamen sine prioribus quidem esse ciuitas; [l] sine his autem bene habitari nequit. [m] Ad hoc igitur, vt ciuitas sit, viderentur aut omnia, aut nonnulla certè istorum meritò contendere: [n] ad bene viuendum autem peritia, & virtus iustissimè contenderint, [o] quemadmodum & antea est dictum.

[a] Ἀλλ' ἐξ ὧν πόλις συνέστηκεν, [b] ἐν τούτοις ἀναγκαῖον ποιεῖσθαι τὴν ἀμφισβήτησιν. [c] διόπερ εὐλόγως ἀντιποιοῦνται τῆς τιμῆς οἱ εὐγενεῖς, καὶ ἐλεύθεροι, καὶ πλούσιοι. [d] δεῖ γὰρ ἐλευθέρους τ' εἶναι, καὶ τίμημα φέροντας. [e] οὐ γὰρ ἂν εἴη πόλις ἐξ ἀπόρων πάντων· [f] ὥσπερ οὐδ' ἐκ δούλων. [g] ἀλλὰ μὴν εἰ δεῖ τούτων: [h] δῆλον ὅτι καὶ δικαιοσύνης, καὶ τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς. [i] οὐδὲ γὰρ ἄνευ τούτων οἰκεῖσθαι πόλιν δυνατόν. [k] πλὴν ἄνευ μὲν τῶν προτέρων, ἀδύνατον εἶναι πόλιν· [l] ἄνευ δὲ τούτων, οἰκεῖσθαι καλῶς. [m] πρὸς μὲν οὖν τὸ πόλιν εἶναι, δόξειεν ἂν ἢ πάντα, ἢ ἔνιά γε τούτων ὀρθῶς ἀμφισβητεῖν: [n] πρὸς μέντοι ζωὴν ἀγαθὴν ἡ παιδεία, καὶ ἡ ἀρετὴ μάλιστα δικαίως ἂν ἀμφισβητοίησαν, [o] καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον. g

Var. Lect. Δῆλον ὅτι. *Sic scriptum est in Isingr. quam scripturam habuerunt etiam Vetus Interpr. & Aret. & Victor. In Aldino est vna vox, δηλονότι. eam vertit Lambinus [scilicet.]* h.

EXPLANATIO.

a.b.ex d.& inde. [a] Vniverse: Sunt ea bona, quæ sunt necessaria ciuitati, ex quibus pro-
K.l.m.n. priè illa constat, & componitur. Generatim: [k] Duo sunt genera, vel duæ
K.m. formæ horum bonorum ciuitati necessariorum: [k] vnum necessariorum
l.n. ad primum eius finem, vt illa sit, & in ea viuatur: [l] alterum necessariorum
ad summum cum hoc, & præstantissimum eiusdem finem; idest non so-
lùm vt sit ciuitas, & in ea viuatur; sed multo magis vt bene sit, & in ea be-
c.d.g.h. c.d. ne viuatur. [c] Singulatim, seu speciatim: Sunt [c] Libertas, Nobilitas, Di-
uitiæ, &, quam subsequentes textus, 91, & 93, adiungent, Potentia in mul-
g.h.n. titudine hominum posita; quæ primum genus efficiunt: [g] tum Peritia, ac
Virtus ciuitatum administrandarum; quę secũdum; optimarum quidem
administrandarum ciuitatum in primis duæ pro duabus partibus vitæ
nostræ; vna ad bellum, verâ bellica, seu peritiam, seu virtutem malis ap-
pellare, in qua fortitudo, militarisque tota disciplina, & virtus contine-
tur; altera ad pacem, vera iustitia, qua reliquæ comprehenduntur pru-
dentiæ comites; aliarum autem ciuitatum præter optimas sunt ambæ
istæ simulatæ, magis, & minus, prout in magis, & minus deterioribus ci-
† uitatibus sunt exercẽdę. † Neutra duarũ priorum definitionũ, nec vniuer-
salis, nec quæ traditur ex partitione in duo genera, eget confirmatione
vllâ propria, nisi illâ, quam præstat nobis propositio tertiæ rationis textus
superioris: Tribuenda esse, & petenda cuiusuis operis, reique instrumen-
ta, &c. Ex ea enim propositione has duas conclusiones; quæ, terminis re-
ciprocatis, duæ definitiones priores sunt; conficies: Bona necessaria ci-
uitati, ex quibus illa propriè constat, ac componitur: & Bona necessaria
ciuitati, seu quæ iuuant ciuitatem ad opus, & finem primum ipsius, mul-
toque magis ea, quæ insuper ad summum, & præstãtissimum iuuant; idest
iuuantia, necessariaque ciuitati; illa, vt fit ciuitas, & in ea viuatur; hæc, vt
etiam bene sit, & in ea bene, iuuatur (sunt enim hi tales fines, operaque
ciuitatis, vt sæpe est dictum) esse ea bona, pro quibus, & pro quorum prę-
stantia iure peti, tribuique magistratus, & imperia, & tandem ciuitatis
dominatus videntur. Tertia autem definitio per enumerationem singu-
lorum bonorum huius modi, hoc est talia bona, pro quibus, & pro quo-
rum præstantia, &c. esse libertatem, nobilitatem, &c. confirmatur; decla-
rando penè de cũctis singillatim, esse ipsa necessaria ciuitati, & eam iuua-
d.g.& ex K. m. re, illa ad primum tantùm, hæc etiam ad secundum finem. De [d] libertate
hoc pacto: Vt sit ciuitas, & in ea uiui possit; necesse est esse liberos homi-
f. nes, ex quibus componatur: [f] nam ex seruis quidem, quod multis in lo-
d.g.& ex K. m. cis explicatum est, constare ciuitas nequit. De [d] diuitijs item: Diuites es-
d.e. se in ciuitate oportere; si esse ciuitas, & in ea viui debeat. [d] quo enim con-
ex d. stare ex solis inopibus, & omnium rerum egenis ciuitatem dices, qui [d] in
eam nihil attulerint, nihil omnino habeant? vnde igitur priuatim alen-
ex d. tur? [d] vnde conficientur tributa, & pecuniæ ad tot, tantasque impensas
publicas, quot, & quantas varias in res insumere est necessarium? † Si-
† milis ratio de hominum multitudine; & eo firmior, quòd ciuitatem esse
multitudinem hominũ cùm per se est euidentissimũ, tum suprà non semel
† constitutum. † Nobilitas ipsa aliquando diuitias aliquando virtutem,
Cap. 4. aliquando ambas sequitur, vt suprà ad textum quinquagesimum anno-

Prima quasi definitio bonorum huiusmodi (pro quibus, quorũq; præstantia, &c.) ex genere, & differentijs. Altera, ex partitione horum bonorum in duo genera.

Tertia per enumeratione singulorum horum bonorum.

Egeant ne confirmatione duæ priores definitiones: & quo pacto possint confirmari.

Tertia definitio quo à Philosopho hic cõfirmatur.

Libertas necessaria ciuitati ad primum finem.

Diuitiæ item ad primum finem necessariæ.

Potentia posita in hominum multitudine similiter necessaria ad primum finem.

De nobilitate curnihil additum.

 taui di-

taui, dicetque Philosophus sub initium libri quarti. quamobrem nihil nunc præterea de ea. [l] Bellicam virtutem, atque iustitiam, ac denique peritiam, & virtutem esse necessarias ad finem posteriorem, hoc est ad bene viuendum in ciuitate, bis pronuntiatur tanquam manifestum. & profectò manifestum est, si soli termini, seu vocabula explicentur. [h] esse autem necessarias ad primum finem, vt sit ciuitas, & in ipsa viuatur, [i] colligitur ex eo, quòd habitari sine his vrbs nequeat: [g] quare si superioribus, libertate, diuitijs, nobilitate, multitudine hominum sit opus ad hunc primum finem; etiam hisce, bellicâ virtute, iustitiaque, ac tandem peritiâ, & virtute planè ad eum esse opus. † Cæterùm ista, quæ hoc loco à Philosopho de peritia, & virtute, iustitia, & bellica tàm ad priorem, quàm ad posteriorem finem ciuitatis necessarijs, solùm attinguntur, vel potiùs indicantur; exponentur copiosè in septimo libro. Omnes denique tres definitiones in hoc textu traditæ huiusmodi bonorum, pro quibus, & quorum præstantiâ iure peti, tribuique ciuitatis imperia videntur, [c] corroborantur argumento à iudicio: quandoquidem quicunque de imperijs litigant in ciuitatibus, aliquod vnum expositorũ bonorum à se proponunt, & petitioni suæ prætendunt.

Bellica virtus, & iustitia, ac denique peritia, & virtus ciuitatũ administrandarum necessariæ ciuitati ad finem eius supremũ. Necessariæ etiam ad primum eiusdẽ habẽ.

Quæ de peritia, & virtute, iustitia, & bellica hic attinguntur, exponentur copiosè in septimo libro.

Tres istæ definitiones bonorum, pro quibus &c. argumento à iudicio corroborantur.

Cap. 4. — l. a. — h. — i. — g. h. — † — c. & inde.

SCHOLIA.

Probabili ratione εὐλόγως sibi vendicare. *& infrà:* meritò ὀρθῶς contendere. *& paulopòst:* iustissimè, μάλιστα δικαίως contenderint. *Expende has tres voces: primam de nobilibus, & liberis, idest pauperibus, qui solam libertatem prætexere possunt, & diuitibus, qui diuitias: alteram de omnibus (adiunctis ad illos virtute præditis, & peritis) aut de quibusdam ipsorum: tertiam de his ipsis peritis, & virtute præditis solis, dominatum ciuitatis sibi vendicantibus, enuntiatam.* c. m. n.

Probabili ratione, meritò, iustissimè, artificiose distincta.

Quemadmodum neque ex seruis. *Vide quæ annotata sunt suprà ad tex. 43.* f.

Locus similis.

At porrho si his est opus: minimè dubium, quin etiam iustitiâ, &c. *Atquè hæc omnia necessaria sunt ciuitati ad primum finem: at verò posteriora, iustitia, & bellica virtus, præterquam ad hunc, etiam ad alterum: quicquid hic D. Thomas, & reliqui dixerint.* g. h.

Iustitia, & bellica virtus, seu peritia, & bellica uirtus ad vtrũque finem ciuitatis sunt necessaria.

Neque sine his habitari, &c. *Nominatim de iustitia, sine ea nedum ciuitatem, sed nullum cœtum omnino, non latronum, non pyratarum posse consistere, declarauit eleganter M. Tullius in secundo lib. officiorum.* l.

Sine iustitia nec ciuitas, nec vllus cœtus consistere potest.

Habitari. *Si habitari non potest: ergo ne esse quidem. nihil aliud est enim vrbem, seu ciuitatem habitari, quàm esse ciuitatem.*

Habitari, & esse ciuitatem, idem.

Aut nonnulla certè istorum, &c. *Si quis de quibusdam negaret: de omnibus certè negare non posset.* &, viderentur: *quoniam partim meritò, partim immeritò contendunt cæteri præter peritos, & probos, vt postea apparebit.* m.

Aut nonnulla certè, Viderentur.

Antea est dictum. *In cap. decimo huius libri à tex. 56 ad 64. vbi declaratum est, verum fundamentum æqualitatis, inæqualitatisq́; personarum, pro publicis muneribus participandis, & distribuendis, esse virtutem. ibi tamen de simpliciter, & κατ' ἐξοχὴν appellata virtute fuit disputatum: hic fortasse intelligenda est virtus in vniuersum ciuitatum administrandarum; diuidenda deinde in simpliciter dictam, & in dictam ex additamento. quanquam, quom ait ad beneuiuendum eam conducere, videtur propriè loqui de ea, quæ simpliciter uirtus vocatur: nisi accipiamus bonam uitam pro commoda, & rebus necessarijs commodè instructa.* o.

Locus citatus.

De qua virtute hic loquatur Philosophus, de qua loquutus sit supra in cap. 10.

Disceptatio

Disceptatio.

PARS QVARTA CAPITIS DECIMIQVINTI.

Disceptatio, an propter vllum, & propter quod maximè, ac simpliciter expositorum bonorum, propter quæ iure peti, tribuique dominatus ciuitatis videbatur posse, verè peti, tribuique iure possit; ac debeat. Textus quatuor, 90, 91, 92, 93.

- *Rationes generales tres aduersus singula exposita bona tam primi, quàm secundi generis.* — Tex. 90.
- *Rationes speciales pro singulis expositis bonis, quibus alij ciues alijs præstant.* — Tex. 91.
- *Controuersiæ huius duas in partes, pro duplici statu ciuitatis, diuisio.* — Tex. 92.
- *Rationes speciales aduersus singula exposita bona, singulaq; hominum genera, ex singulis illis bonis dominatum ciuitatis sibi uendicantia.* — Tex. 93.

Argumentum Textus LXXXX.

Ex 1. quoniam autem &c. [a] *Rationes generales tres aduersus singula exposita bona tam primi, quàm secundi generis, vniuersè concludentes propter eorum nullum peti, tribuiue iure posse summam potestatem, seu dominatum ciuitatis:* [b] *prima à definitione:* [c] *secunda à repugnantibus, ducendo ad incommodum:* [d] *tertia à pronuntiatis.*

[a] Quoniam autem neque omnium rerum æqualem habere partem debent ij, qui sunt vnâ quadam duntaxat re æquales; [b] neque inæqualem ij, qui sunt vnâ inæquales: [c] necesse est omnes tales respubiicas esse digressiones. [d] Dictum porrho quidem est etiam antea, omnes quodammodo iustè contendere; [e] simpliciter autem non omnes iustè. Tex. 90.

[a] Ἐπεὶ δ' οὔτε πάντων ἴσον ἔχειν δεῖ τοὺς ἴσους ἕν τι μόνον ὄντας· [b] οὔτε ἄνισον τοὺς ἀνίσους καθ' ἕν: [c] ἀνάγκη πάσας εἶναι τὰς τοιαύτας πολιτείας παρεκβάσεις. [d] εἴρηται δὲ ὅτι καὶ πρότερον, ὅτι διαμφισβητοῦσι τρόπον τινὰ δικαίως πάντες· ἁπλῶς δ' οὐ πάντες δικαίως.

EXPLANATIO.

a.b. [a] Ratio prima per locum à definitione. † Peti, tribuiúe ciuitatis dominatum propter quoduis vnum, aut etiam propter quædam expositorum bonorum, vt propter diuitias tantùm, vel propter libertatem tantùm, & similiter de reliquis; est petere, facereúe, vt qui vno quodam duntaxat Prima ratio.

 bono

bono è multis, quæ illuc referuntur, sunt alijs æquales, æqualem illis; &
qui inæquales, inæqualem illis partem honorum, commodorumque pu-
blicorum consequantur: [a] iniustum est autem, & iniquum prorsus, eos, a.
[a] qui vna tantùm re, seu dignitate, vt vocare soliti sumus, è multis, quæ
ad quodlibet certum genus commodorum, incommodorumúe distri-
buendorum referuntur, sunt inter se æquales, æqualem partem illorum
commodorum vel incommodorum ferre; [b] & inæqualem, qui eodem b.
modo inæquales: ergo, &c. [a] Maior pôsita est suprà in textu 55. & fuerat a.b.
antè demonstrata in quinto libro ad Nicom. † Minor videtur manifesta. †
Secunda. quapropter non exprimitur. [c] Secunda ratio, ad absurdum ducens, pen- c.
det à prima. nã [c] si iniusta res est, vt in prima concludebatur, tribui pro- ex c. necesse est
pter quoduis vnum expositorum bonorum ijs, qui illud habent, ciuita-
tum dominatus: planè sequitur, [c] induci in ciuitates, quarum dominatus c.
tali ratione tribuuntur, formas rerumpublicarum iniustas; imò, quia in-
iustæ sint, labes rerumpublicarũ induci potiùs, quàm respublicas: † pro- †
ptereaquòd in dominatibus ciuitatum respublicæ consistunt, vt sæpè est
dictum; varianturque earum formę pro varijs illorum modis, varijsque
Tertia. moribus, & conditionibus personarum, quæ illos obtinuerunt. [d] Tertia d.e.
ratio ex ijs, quæ suprà sunt posita in capite decimo. in quo fuit declara-
tum, quicunque aut propter diuitias, aut propter libertatem, aut pro-
pter nobilitatem, aut propter aliud aliquod similium bonorum, iure sibi
dominatũ ciuitatis deberi, iustumque esse talem, quem ipsi adepti forent,
dominatum, & iustam rempublicã, in tali dominatu nitentem, dicerent,
& tum cum alijs, tum aduersus veritatem hac de re contenderent; eos
omnes iustum quoddam, & quadantenus, non vniuersum, perfectumq;
iustum dicere; nec simpliciter iustè, sed quodammodo iustè de domina-
Responderetur ad hac rõnes pro prudentia, & virtute, probisque, ac prudentibus viris. tũ ciuitatis contendere. † Habent porrho vim hæ rationes contra cæte- †
ros, non contra probos, prudentesque viros. Pro quibus responderetur,
Propositionem illam, § *Iniustum esse, eos, qui ęquales, inæqualesúe vno dunta-
xat bono, &c.* § veram esse, vbi multa bona pariter habentibus afferunt
dignitatem ad commoda, quorum distributio facienda est, participan-
da: vbi autem è multis bonis vnum, aut quædam simpliciter, perfecteq;
dignos faciunt ex eo, quòd sola operi peragendo sufficiunt, quemadmo-
dum in re nostra peritia, seu prudentia, & virtus, quod in progressu ho-
rum librorum distinctiùs declarabitur; satis esse, vt illis quibusdam, vno-
úe æquales inter se sint, aut inæquales ad consequendam æqualem, aut
Verba extrema textus hoc indicant. inæqualem rerum distribuendarum partem. Et hac quidem de causa scri
pta sunt in extremo textu verba illa, [*simpliciter autem non omnes iustè:*] ex
quibus intelligeremus, esse quosdam, prudentes nimirum, & probos, qui
simpliciter iustè vendicare sibi ciuitatis dominatum possint.

Argumentum Textus LXXXXI.

Rationes speciales pro singulis expositis bonis, quibus alij ciues alijs præstant; concludentes separatim de vnoquoque eorum, propter ipsum iure peti, tribuiq; debere dominatum ciuitatis. Omnes autem istæ rationes, numero sex, vtilitate diriguntur, sed per varia loca. Pro diuitijs

duæ;

b.c. d. *duæ; [b] vna per locum à connexis; [d] altera per locum ab actibus.* [e] *Pro*
e.f. *nobilitate ([e] cum qua libertas, seu pauperes ignobiles contra diuites con-*
g. *iunguntur) item duæ; [g] prior per duos implicitos locos, à iudicio, & à*
h.i. k.l.m. *pari; [h] posterior per locum à definitione.* [k] *Pro virtute vna, per locum à*
n.o.p.q.r. *parte.* [n] *Pro multitudine vna, per locum à toto.*

[a] Diuites quidem, [b] quia plus regionis, agriùe ipsi possidēt: [c] regio autem est commune. [d] præterea in contractibus magnam partem sunt fideliores. [e] Liberi autem, & nobiles, vt inter se propinqui. [f] magis enim ciues sunt nobiles, quàm ignobiles. [g] nobilitas autem apud quosque domi honorata est. [h] præterea quoniam meliores esse eos, qui ex melioribus nati sunt, est verisimile: [i] nobilitas enim est virtus generis. [k] Similiter igitur dicemus etiam virtutem iure contendere. [l] socialem enim virtutem esse iustitiam dicimus: [m] quam necessariò omnes aliæ comitantur. [n] At verò & plures aduersus pauciores. [o] etenim potentiores, [p] & diuitiores, [q] & meliores sunt, [r] vt sumuntur plures aduersus pauciores.

[a] Οἱ πλούσιοι μὲν, [b] ὅτι πλεῖον μέτεστι τῆς χώρας αὐτοῖς· [c] ἡ δὲ χώρα κοινόν. [d] ἔτι πρὸς τὰ συμβόλαια πιστοὶ μᾶλλον, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖον. [e] οἱ δὲ ἐλεύθεροι, καὶ εὐγενεῖς, ὡς ἐγγὺς ἀλλήλων. [f] πολῖται γὰρ μᾶλλον οἱ γενναιότεροι τῶν ἀγεννῶν. [g] ἡ δ' εὐγένεια παρ' ἑκάστοις οἴκοι τίμιος. [h] ἔτι διότι βελτίους εἰκὸς τοὺς ἐκ βελτιόνων· εὐγένεια γάρ ἐστιν ἀρετὴ γένους. [k] ὁμοίως δὴ φήσομεν δικαίως καὶ τὴν ἀρετὴν ἀμφισβητεῖν. [l] κοινωνικὴν γὰρ ἀρετὴν εἶναι φαμὲν τὴν δικαιοσύνην· [m] ᾗ πάσας ἀναγκαῖον ἀκολουθεῖν τὰς ἄλλας. [n] ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ πλείους πρὸς τοὺς ἐλάττους. [o] καὶ γὰρ κρείττους, [p] καὶ πλουσιώτεροι, [q] καὶ βελτίους εἰσὶν, [r] ὡς λαμβανομένων τῶν πλειόνων πρὸς τοὺς ἐλάττους.

EXPLANATIO.

a b c. ex b.c. [a] DIVITVM ratio prior. [b] Qui plus conferunt in commune, & ad publicas utilitates, hacque de causa ciuitati sunt vtiliores; iure optimo plus reportare commodorum, & honorum, ac tandem principatus eiusdem ciuitatis debent: [c] sed plus diuites conferunt: [b] habent enim plus regionis, & agri ciuitatis; [c] quod cōmune † quoddam veluti penu ipsius est; vnde ciuibus aliméta cuiusuis modi, domicilia, † tributa ad reipublicę impensas, cæteraq; tam priuata, quàm publica partim tollendis necessitatibus, partim commoditatibus, voluptatibusque adiungendis, humanæ vitæ subsidia suppetunt. Quid enim quæso, præ agro, & regione (non dicam sine his, quandoquidem ἐν τῇ χώρᾳ est solum, & fundamentum ciuitatis) sed præ his quid sunt artes, & mercatura? Conuehit hæc quidem ex varijs mundi oris in ciuitatem, quæcunque ei sunt necessaria: sed, si agros illa non habeat, fit emporium pro ciuitate: necesse est enim aliunde comparari pecunias, quibus merces externæ emantur. tum si venti,

Marginal notes: Ex c.b. b. c. — † — † ex d. ter. su. persona. — Diuitum rationes. Prior per locum à cōnexis.

uenti, bella finitima, morbi epidemici nauigationes, & commercia interpellent: verendum, ne, dum illa conquiescunt, ciues interim pereant fame. Quòd si artificum vel vna, atque altera myrias eundem simul incolant locum, agris carentem: iam non liberorum, ingenuorumque hominum, sed artificum, hoc est penè seruorum ciuitas de repente existet: cuiusmodi exempla non deessent, si afferre vellem. [d] Posterior diuitum ratio. Fideliores magnam partem sunt diuites pauperibus, hoc est magis ipsi plerunque, quàm pauperes, fidem seruant, & maior ipsis, quàm pauperibus, adhibetur fides in contractibus, pactis, dictis, factisque omnibus tam publicis, quàm priuatis. † quo quidem duplici actu fidei præstandæ, & habendæ nihil vtilius ciuitatibus. est enim iustitiæ, societatumq; omnium humanarum fundamentum fides: multoque magis qui hanc è vita tollerent, quàm qui tollerent amicitiam, Solem è mundo tollere viderentur. † Cur autem plus diuites fidem seruent, & cur maior eis fides habeatur, causa occulta non est. nam, præter virtutem, quæ comitari frequentiùs, ob meliorem educationem, diuitias, quàm inopiam, solet; dempto hoc mutuæ fidei vinculo multo maiora damna, periculaque ob diuitias suas ipsis imminerent, quàm pauperibus. † Adde modò huc: vt caueant ista damna, & pericula maxima; esse etiam fideliores erga patriam, & ciues in magistratibus, & ciuitatis principatu: quamobrem hos tutiùs ipsis mandari. [e] Pauperes, & ignobiles nihil præcipui habent, quod diuitibus opponant, sola præditi libertate: hac enim pariter omnes ciues fruuntur, nec vllus alio est magis, aut minus liber. Amant tamen pauperes magis nobiles, quàm diuites, cum quibus perpetuas gerunt inimicitias. &, si alterutrorum imperio parendum est; parêre nobilibus malunt: quòd [e] his se propinquos putant, nullam enim aliam inter se, & nobiles esse differentiam; nisi quòd [f] nobiles sint magis, idest ab altiori sint origine per auos, atauosque suos, ac notiores ciues. verùm ex liberis, spatio quodam temporis duntaxat nobiles fieri, quorum ex familia, genteúe vnus, aut plures præclari aliquid egerint, vel etiam si non egerint, sed abstinuerint tantùm ipsi, maioresque eorum à sordidis artificijs. Itaq; [e] iungunt se cum nobilibus pauperes ignobiles contra diuites, vbi agitur de principatu ex alicuius boni præstantia tribuendo. [g] Pro nobilitate autem duę afferũtur rationes. [g] Vna à iudicio simul, & à pari: quòd nobiles apud cunctas nationes tam Græcorum, quàm barbarorum (licet barbari ex textu 63 primi libri nusquam verè essent nobiles) domi honorentur: † ergo & domi principatum suæ ciuitatis obtinere nobiles debent. [h] Altera nobilium ratio: [i] Nobilitatem, vt nomen eius, εὐγένεια, indicare videtur, esse generis virtutem, quæ in maioribus eorum, qui nobiles appellantur, auis, atauisque enituerit: [h] meliores itaque esse nobiles alijs, qui nobiles non sunt, existimari debere; quippe natos ex melioribus; de his omnibus autem dictum est abundè in commentario textus 64 libri primi: † quocirca nobilibus, tanquam melioribus, potiùs, quàm alijs, tribuendum esse ciuitatis principatum. [k] Probi, prudentesque viri modestiâ suâ nec petunt, nec ambiunt magistratus. idcirco nec rationes vllas contra alios producunt, ob quas sibi principatus ciuitatis sit tribuendus. [k] Nos igitur pro illis, nunc vnam tantùm afferamus, [k] similem superioribus, hoc est ab vtilitate pendentem. Virtus societati omni, maximeque omnium ciuili accommodatissima; quæ à distractione, & dissidio omnes tuetur, ac

Posterior per locum ab adiuncto. (a.)

Pauperes, & ignobiles nullam propriam rationem pro se habent, sed iungunt se nobilibus contra diuites, vbi de principatu ex alicuius boni præstantia tribuendo agitur.

Ex e. liberi aũt.

e. ut inter se propinqui. f.

Ex e. liberi aũt & nobiles.

Nobilium rationes. g. h. i.

Prior à iudicio simul, & à pari. g.

Posterior à definitione. h. i.

Ex K. dicemus

Proborum virorum ratio per locum à parte.

Ex K. igitur dicemus &c. K. similiter.

tur, ac conseruat, & sine cuius aliqua saltem particula coetus vllus non manet, non latronum, non pyratarum; iustitia est; nec modo generalis illa iustitia, cunctas comprehendens morum virtutes, de qua in principio quinti libri ad Nicomachum est disputatum, sed etiam specialis, cuius pars in distributionibus, pars in commercijs versatur, tractata accuratè in eodem quinto libro ad Nicomachum. Quicunq; igitur iustitiam hanc nactus fuerit: ei tanquam ciuitatis conseruatori, & qui ipsam, ipsiusque opus, ac finem iuuare maximè possit, tribui principatus eius debebit. Ex m. [m] quisquis autem quamlibet aliarum virtutum moralium habet perfectã, m. & veram: is vnà habet & hanc iustitiam. [m] sunt enim illæ, quod probatum est in extremo sexto ad Nicomachum, inter se iunctæ omnes, & cum hac iustitia prudentiæ nodo: vt, quemadmodum vnaquæque illarum necessariò iustitiam hanc comitatur; ita hæc necessariò comitetur illarum quamlibet. † ergo quamlibet virtutem veram, ac perfectam habentibus n. tribuendus est principatus ciuitatis magis, quàm non habentibus. [n] Plures denique cum paucis, idest vel populus vniuersus (quod magis probo, ob ea, quæ supra in cap. 12. dicta sunt, & probat D. Thomas) cum ipsius populi & diuitibus, & nobilibus, & virtute præstantibus, quorum generum vnumquodque ciues paucos continet; vel cum iisdem paucis diuitibus, nobilibus, virtute præstantibus plebs, multo maximam ciuium partem complectens, cuius singuli nec diuitiarum, nec virtutis dignationem vllam habent; hac ratione contenderent, arrogantes sibi principa- r. o. tum ciuitatis. Suam [r] ipsorum omnium in vnum coactorum [o] potentiam, tam magno hominum numero, tot amicitijs, affinitatibus, agnationibus, q. p. p. cognationibus fultam, [q] suam virtutem, [p] suas opes, esse [p] opibus locu- q. r. pletum, [q] virtute proborum hominum, [r] potentiã quorumuis paucorum Ex s. at verò est. longè maiores: [s] quocirca se in principatu ciuitatis, & magistratibus distribuendis esse non solùm diuitibus, & probis viris, sed etiam nobilibus, qui sola præstant nobilitate, multis nominibus anteponendos. Rationes huius textus omnes probabiles sunt. nec debemus nos plus eis tribuere necessitatis, quàm ipsæ per se habeant.

Multitudinis, idest vel populi vniuersi, vel plebis ratio per locũ à toto.

Rões huius textus, probabiles, non necessariæ.

SCHOLIA.

a.c. Diuites quidem. *Subaud.* § contendunt, § *ex fine textus superioris. quod verbum item subaudiendũ est in membro sequenti,* § Diuites autem, & nobiles. §

n. At verò & plures cum paucioribus. *Repete etiam hic ex superiori membro,* § iure contendere dicemus. §

r. Et diuitiores. *Simile suprà in tex. 84. & infrà in 93.*

Syntaxis.

Loci similes.

Argumentum Textus LXXXXII.

a.b.c.d.e.K. Ex b. [a] *Controuersiæ huius (de dominatu ciuitatis [b] ob quoduis vnum expositorum bonorum, neglectis cæteris, iure petendo, & tribuendo) duas in partes diuisio pro duplici statu ciuitatis, vel iam formatæ, vel in pra-*

in præsentia formandæ republicã: quarum quidem partium [g] *illa non habeat;* [h] *hæc habeat dubitationem;* [i] *amplificatam etiam ex eo, quòd probi viri vbique sint pauci.* g. k. l.m.n.o.

Tex. 51. [a] Itaque ergo, si omnes essent in vna ciuitate, [b] & boni, inquam, & diuites, & nobiles, & præterea alia quædam multitudo ciuilis; [c] vtrum controuersia erit, quos imperare oporteat, [d] an non erit? [e] In vnaquaque igitur republica earum, quæ dictæ sunt, indubitatum est iudicium, quos oporteat imperare. [f] differunt enim inter se ijs ipsis, penes quos est summa potestas: [g] verbigratia hæc quidem eo, quòd penes diuites; [h] illa autem eo, quòd penes probos viros sit; [i] & aliarum vnaquæque eodem modo. [k] Verumtamen consyderemus, quando eodem tempore hæc adsunt, quo pacto ista res sit definienda. [l] Si igitur numero pauci omnino essent ij, qui virtute præditi sunt; quo modo oportet distinguere? [m] an illud [pauci] ex opere æstimare oportet, [n] si possint administrare ciuitatem? [o] an tot numero sint, vt constare ex ipsis ciuitas possit?

[a] Ἆρ' οὖν εἰ πάντες εἶεν ἐν μιᾷ πόλει ([b] λέγω δ' οἷον οἱ τ' ἀγαθοὶ καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ εὐγενεῖς, ἔτι δὲ πλῆθος ἄλλό τι πολιτικόν) [c] πότερον ἀμφισβήτησις ἔσαι, τίνας ἄρχειν δεῖ, [d] ἢ οὐκ ἔσαι; [e] καθ' ἑκάστην μὲν οὖν πολιτείαν τῶν εἰρημένων, ἀναμφισβήτητος ἡ κρίσις, τίνας ἄρχειν δεῖ. [f] τοῖς γὰρ κυρίοις διαφέρουσιν ἀλλήλων: [g] οἷον ἡ μὲν τῷ διὰ πλουσίων. [h] ἡ δὲ τῷ διὰ τῶν σπουδαίων ἀνδρῶν εἶναι· [i] καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστη τὸν αὐτὸν τρόπον. [k] ἀλλ' ὅμως σκοπῶμεν, ὅταν περὶ τὸν αὐτὸν ταῦθ' ὑπάρχῃ χρόνον, πῶς διοριστέον. [l] εἰ δὴ τὸν ἀριθμὸν ὀλίγοι πάμπαν εἶεν οἱ τὴν ἀρετὴν ἔχοντες, τίνα δεῖ διελεῖν τρόπον; [m] ἢ τὸ ὀλίγοι πρὸς τὸ ἔργον δεῖ σκοπεῖν, [n] εἰ δυνατοὶ διοικεῖν τὴν πόλιν; [o] ἢ τοσοῦτοι τὸ πλῆθος, ὥστ' εἶναι πόλιν ἐξ αὐτῶν.

Var. Lect: Λέγω δ' οἷον. *In Ald. & Basil. non est coniunctio* δὲ. b.
Ὅμως σκοπῶμεν. *In Aldin. & Isingr.* σκοποῦσι. *Victor. & Genes. legerunt* σκοπεύμεν. *Lambin. Vetus Aretin.* σκοπούμεν. *quæ scriptura etiam ad oram Isingr. annotata est.* k.
Τὸν ἀριθμὸν ὀλίγοι. *Sic in Ald. & Isingr. In quibusdã additur* οἱ εἰ *inter* ἀριθμὸν *&* ὀλίγοι. l.

EXPLANATIO.

Quæ sit propriè quæstio, & controuersia huius loci rursus proponitur.

[a] Controversia, dubitatioq́; cuius nunc solutio, ac iudicium quæritur, hæc erat: Pro cuius boni præstantia tribui debeat ciuibus, qui illud habent, summa potestas, & principatus ciuitatis vel simpliciter, vel comparatè ex pluri, & minori. [b] Cadebãt in disceptationem quatuor ad summum bona (nam libertate ciuis ciui præstare non potest) diuitiæ scilicet, nobilitas, virtus, vt peritiam etiam comprehendit, & multitudo hominum, vel potiùs potentia, quæ inest in multitudine. [c] Consyderandum igitur, cui nam horum generũ principatus iste sit iure tribuendus, vtrum multitudini, quæ vel populus vniuersus, vel plebs esse potest, an diuitibus, an nobilibus, an præstantibus virtute; atque si his quidem tribuendus sit, Expo. c. d. a. b. c. d.

dus sit, an cunctis (qui tamen nusquam multi sunt) tribui debeat, an vni
† cuidam ipsorum longè cæteris antecellenti. † scelestissimis enim mortalium, qui in tyrannos euadunt, non est hic locus: quandò vitijs, & sceleribus præstare aliquem alijs propriè non diceremus. Verùm animaduer-
e. tendum, ᵉ quæstionem, & controuersiam hanc in ciuitatibus iam formâ aliqua earum rerumpublicarum, quæ suprà expositæ fuerunt, institutis,
f.g.h.i. & in illis ipsis rerumpublicarum formis nullam esse. ᶠ nemo enim quæreret, mente sanus, quibusnam exempligratia in aristocratia, quibus in oli-
g.h.i. garchia imperium ciuitatis sit committendum: ᵍ quum certum sit ibi viros bonos, hîc diuites summam potestatem habere; atque ob id ipsum illam aristocratiam, hoc est optimatum imperium, hanc oligarchiam, idest statum paucorum esse, ac vocari, quòd in illius ciuitate penes viros bonos, in huius penes diuites sit summa potestas, & arbitrium rerum omnium: cæterarumq; similiter rerumpublicarum vnamquanque constitui,
f. distinguique ab alijs primò, & per se certa conditione dominantium. ᶠ hæ nanque essentiæ, differentiæque singularum veræ, ac perfectæ: regi suam cuiusque ciuitatem à certo hominum genere, vno aliquo expositorum
k. bonorum definito, ex quo talis forma reipublicæ nomen accepit. ᵏ Restat igitur quærendum, si est instituenda respublica in aliqua ciuitate, hoc est in aliquo populo, seu in aliqua hominum multitudine, & tantâ, quanta conficiendæ ciuitati sit satis, congregata in vnum locum ad habitan-
b.a.c.d. dum, ᵇ in qua sint diuites quidam, & quidam nobiles, & quidam virtute
b.ciuilis. præstantes, atq; præter hos omnes alia quædam multitudo ᵇ nô belluina illa quidem, de qua suprà in tex. 77, sed ciuilis, cuius tamen nemo vel di-
k. uitijs, vel nobilitate, vel virtute emineat: ᵏ restat quærendum, inquam, in hac ciuitate, seu populo, seu multitudine, in qua omnia ista genera adsunt, & contendunt (nullo etiam dum dominante) de principatu, quod nam eorum præficiendum sit iure naturali, hoc est quodnam expediat, &
l.m.n.o. vtilius futurum sit huic populo, & ciuitati, vt præficiatur. ˡ Obijcies fortasse: nec de hoc quidem aliquem, nisi belluinus, aut demens quidam homo sit, prorsus dubitaturum, quin virtutem, & probos viros reliquis omnibus præferat. Verùm sed duplex statim occurrit difficultas: ˡ proptereaquòd pauci omnino in quoque populo sint probi viri, qui excellant virtute. ˡ Etenim in dubium vocatur, quanam ex re hæc paucitas sit æstimanda; ᵐ ex operene; ᵒ an ex toto componendo: hoc est paucine dicantur, ⁿ quia pauciores, quàm vt constare ex ipsis ciuitatis possit; ᵐ an quia pauciores, quàm vt possint ipsi ciuitatem administrere. Et altiùs: ᵒ vtrum quibus tradi optimo iure gubernacula reipublicæ deberet, tot esse oporteat, vt ex ipsis solis ciuitas conficiatur; ⁿ an satis sit tot esse, quot ciuitati, reipublicæque regendæ sufficiant. ᵒ Si primum dixeris: nunquam probos viros, & virtutem præficies. vbi enim tot homines virtute præstantes inuenies, vt ipsi soli constituant ciuitatem? cuius populi; qua in ciuitate omnes sunt tales? &, si quidem essent; nulla iam quæstio: quippe si ipsi soli ciuitatem explerent, nec vlli alij extarent ciues, ipsi certè ciuitatem
Ex m.n. necessariò moderarentur. ᵐ Si responderis secundo modo: constabit ciuitas è non ciuibus; quod secum pugnat. ciuem enim non esse, hoc est non esse partem ciuitatis, quisquis reipublicæ, maximæque potestatis ipsius non sit particeps; constitutum est sub initium huius libri: tu verò nunc eis solis probis viris administrationem reipublicæ, & summam potestatem

Left margin notes: l. si virtute prædi ti omnino pauci sint. l. quò oportet distinguere. m.n. o. o. m.n. o. m.n. Ex o.

Non consistit hæc quæstio in ciuitatibus iâ forma reipublicæ præditis, nec mutare eam volentibus.

Existit de ciuitatibus aut potiùs populis, vel coetibus hominû nondum formatis republica, in quibus, & probi, & diuites, & nobiles, & præter hos oês multitudo quædâ ciuilis adesset.

Obijcitur: Harû quoque ciuitatum siue ulla forma republica, certum esse cui generi sit principatus tribuendus, nempe q probis viris.

Opponitur obiectioni difficultas nascens ex proborum virorû vbique paucitate: q paucitas; vtrocunque referatur, siue ad constitutionem, siue ad gubernationem ciuitatis; vtrinque obijcientem refellit.

Tollitur hæc difficultas nascens ex paucitate proborum virorum.

testatem tribuendam; tametsi ex eis solis non constet ciuitas, sed ex eis, & alijs, quibus alijs non traditur reipublicæ administratio. † Cæterùm 1
nos hanc difficultatem in præsentia sic tollimus. Paucos esse probos viros in quauis ciuitate cum non probis comparatos: atque ipsis solis, si tot fuerint, quot ciuitati administrandę, magistratibusque, maximis præsertim gerendis, sint satis; hæc iure optimo debere tribui. nec tamen ex ipsis solis ciuitatem constare; seu esse ipsos solos ciues: quippe definitum in principio huius libri ciuem fuisse, quòd ciuis sit, quisquis aut re ipsa est, aut esse aliquo modo particeps potest duorum maximorum reipublicæ munerum, deliberandi, & iudicandi: hæc autem nos reliquæ multitudini etiam nunc concedimus; receptâ eâ in iudicijs, & deliberationibus quibusdam publicis, vt in cap. decimotertio fuit declaratum: addimusque præterea, vbicunque per virtutem, & viris virtute præstantibus ad magistratus maiores, & maximos, & ad principatum demum ciuitatis aditus datur; prohiberi ijs neminem, qui sibi non desit; posseq; vnumquenque non solùm de ciuitate, sed etiam aliquando externorum hominum, vt olim Numam Pompilium, nec paucos alios, præclarè agendo, ad eos peruenire.

Argumentum Textus LXXXXIII.

[a] Rationes speciales aduersus singula exposita bona, singulaq; hominum genera ex singulis illis bonis dominatum ciuitatis sibi vendicantia; concludentes de singulis separatim, minime iure propter tale duntaxat bonum ab eo hominum genere peti, eiùe tribui ciuitatis dominatum, & summam potestatem. Locus communis ex coniugatis. à quo omnes istæ rationes ducunt in absurdum repugnantiæ semel quidem [c] paucos nobiles, c.e.
quòd pro oligarchia monarchia; & [h] multitudinem plebis, quòd pro de- h.
mocratia tum monarchia, tum oligarchia; & [k] vnum virtute præstan- K.m.n.o.p.
tissimum, quòd pro monarchia populi vniuersi dominatus introducetur: bis verò paucos [b] diuites, & [f] paucos virtute præstantes; [d] primùm quòd b.l. f.K.
monarchia: [k] deinde quòd populi vniuersi dominatus pro illorum oligar- d.f.g. K.l.m.n.o.p.
chia, & pro istorum aristocratia existet.

Tex. 93. [a] Est autem dubitatio quædam aduersus omnes, qui de ciuilibus honoribus contendunt. [b] Nullum enim ius dicere videntur, qui propter diuitias se imperare dignum putant: [c] similiter autem & qui propter genus. [d] perspicuum est enim, quòd si quis vnus vicissim omnibus diuitior sit; propter idem ius scilicet hunc vnum omnibus imperare oportebit: [e] similiter verò & eum, qui præstet nobilitate ijs, qui propter libertatem contendunt. [f] Hoc idem autem fortasse eueniet aduersus ari-

ius aristocratias, ideſt principatus optimatum, de virtute. [f] nam ſi quis vnus cæteris, ijs, qui in regimine ciuitatis probi ſunt, melior vir ſiet; penes hunc eſſe ſummam poteſtatem oportet ex eodem iure. [h] Ergo ſi item penes multitudinem ſummam poteſtatem eſſe oportet, propterea quòd ſint paucis potentiores: etiam, ſi vnus, vel plures quidem vno, pauciores autem multis, ſint potentiores alijs; penes hos potius, quàm penes multitudinem, ſummā poteſtatem eſſe oporteret. [i] Hæc igitur omnia videntur planum facere, horum terminorum, nullum eſſe rectum, ex quo ipſi, ſe quidem imperare, alios autem ſub ſuo eſſe imperio, dignum cenſent. [k] Etenim & aduerſus eos, qui propter virtutem penes ſe eſſe regendæ ciuitatis ſummam poteſtatem dignum putant; [l] pariter autem & eos, qui propter diuitias; [m] poſſent multitudines rationem quandam iuſtam afferre. [n] nihil enim prohibet aliquando multitudinem paucis eſſe meliorem, [o] & diuitiorem, [p] non vt ſingulos, ſed vt vniuerſos.

[a] Ἔστι δ' ἀντιλογία τις πρὸς ἅπαντας τοὺς διαμφισβητοῦντας περὶ τῶν πολιτικῶν τιμῶν. [b] δόξαιεν γὰρ οὐδὲν λέγειν δίκαιον οἱ διὰ τὸν πλοῦτον ἀξιοῦντες ἄρχειν· [c] ὁμοίως δὲ καὶ οἱ κατὰ γένος· [d] δῆλον γὰρ ὡς εἴ τις πάλιν εἷς πλουσιώτερος ἁπάντων ἐστί, δηλονότι κατὰ τὸ αὐτὸ δίκαιον τοῦτον ἄρχειν ἕνα ἁπάντων δεήσει· [e] ὁμοίως δὲ καὶ τὸν εὐγενείᾳ διαφέροντα τῶν ἀμφισβητούντων δι' ἐλευθερίαν. [f] ταὐτὸ δὲ τοῦτ' ἴσως συμβήσεται καὶ περὶ τὰς ἀριστοκρατίας ἐπὶ τῆς ἀρετῆς. [g] εἰ γάρ τις εἷς ἀμείνων ἀνὴρ εἴη τῶν ἄλλων, τῶν ἐν τῷ πολιτεύματι σπουδαίων ὄντων, τοῦτον εἶναι δεῖ κύριον κατὰ ταὐτὸ δίκαιον. [h] οὐκοῦν εἰ καὶ τὸ πλῆθος εἶναί γε δεῖ κύριον, διότι κρείττους εἰσὶ τῶν ὀλίγων: κἂν εἷς, ἢ πλείους μὲν τοῦ ἑνός, ἐλάττους δὲ τῶν πολλῶν, κρείττους ὦσι τῶν ἄλλων· τούτους ἂν δέοι κυρίους εἶναι μᾶλλον, ἢ τὸ πλῆθος. [i] πάντα δὴ ταῦτ' ἔοικε φανερὸν ποιεῖν, ὅτι τούτων τῶν ὅρων οὐδεὶς ὀρθός ἐστι, καθ' ὃν ἀξιοῦσιν αὐτοὶ μὲν ἄρχειν, τοὺς δ' ἄλλους ὑπὸ σφῶν ἄρχεσθαι πάντας. [k] καὶ γὰρ δὴ καὶ πρὸς τοὺς κατ' ἀρετὴν ἀξιοῦντας κυρίους εἶναι τοῦ πολιτεύματος, [l] ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς κατὰ πλοῦτον, [m] ἔχοιεν ἂν λέγειν τὰ πλήθη λόγον τινὰ δίκαιον. [n] οὐδὲν γὰρ κωλύει ποτὲ τὸ πλῆθος εἶναι βέλτιον τῶν ὀλίγων, [o] καὶ πλουσιώτερον, [p] οὐχ ὡς καθ' ἕκαστον, ἀλλ' ὡς ἀθρόους.

d. *Var. Lect.* Δηλονότι. *Sic Lambinus aut legit, aut emendauit. In Aldino, & Iſingr. cod. hac vox diuiſa eſt in duas,* δῆλον ὅτι. *at oratio non conſtat. paulo antè enim poſitum fuit hoc idem nomen* δῆλον.

i. ὀρθός ἐστι. *Sic videntur legiſſe omnes interpretes. At in Aldin. & Iſingr. legitur* ὀρθῶς ἐστι.

EXPLANATIO.

b.c. [b] Contra diuites, & contra nobiles ſimul: quandò vtrique, quum pauci ſint, oligarchias, ideſt ſtatus paucorum inducunt; illi, propter diuitiarum; iſti, propter generis præſtantiam; magiſtratus, principatumq; ciuitatis ſibi deberi putantes, ac deponentes. [d] Si fuerit aliquis vnus, cuius opes opibus vniuerſis omnium ciuitatis diuitum ſint maiores; quod

In diuites, & nobiles ſimul, oligarchiam inducentes.

In diuites Monarchia exiſtit, & oligarchia.

quidem euenire potest,& euēnit nonnunquam: is profectò ratione,& iure, quod diuites pro se afferunt; quia ditissimus sit,& omnibus antecellat opulentiâ; imperium obtinere in alios diuites omnes,& in vniuersam ciuitatem debebit. quare pro oligarchia monarchia erit, idest pro statu paucorum vnius dominatus: & suâ se machinâ ipsi diuites euerterint. [e] Eâdem ruinâ opprimuntur nobiles,eorumque oligarchiæ: si quis vnus cæteris nobilitate longè anteeat. Et aduersus [f] paucos virtute præstātes, qui ob excellentiam virtutis summum imperiū sibi dari, & aristocratias, quæ sunt respublicæ optimatum, constitui æquum censent; fortasse eodem modo quis argumentabitur: [g] proptereàquòd, si inter ipsos sit aliquis vnus virtute præstantissimus; pari ratione in omnes summā ei potestatem tribui; & pro paucis optimatibus regem vnum creari oportebit. [h] Haud dissimiliter [h] multitudinem plebis, quia paucis tum diuitibus, tū nobilibus, tum virtute præstantibus potentior sit, principatum sibi vendicantis, vt democratia, seu ochlocratia, idest plebis, & multorum status fiat, oppugnabimus. nam si vel vnus, vel plures vno, multis tamen, & plebe ipsâ pauciores, maiorem potentiam vel diuitijs, vel coniunctionibus tum ciuium, tum externorum secum, adepti fuerint, quàm tota plebs habeat: his,vel vni,vel pluribus,debebitur potius,quàm plebi summum imperium: existetque vel monarchia, & tyrannis, si vnus; vel oligarchia, idest status paucorum, si plures, pro multorum plebisque principatu. [k] Contra diuites denique, & contra virtute præstantes, vnum, aut plures (quorum vtrisque imperium sibi postulantibus; [l] illi,propter diuitias,paucorum statum,hoc est oligarchiam; [K] isti,propter virtutem,si plures, principatum paucorum, idest aristocratiam, imperiumque optimatum; si vnus, vnius & regiam rempublicam volunt) ostendetur ipsorum argumentis, ac iuribus nec paucorum, nec vnius, sed multorum, & populi dominationē introduci. [m] siquidem multitudines ciuitatis, [p] hoc est populus vniuersus, in quo vtrique,& diuites,& virtute præstātes cum cæteris ciuitatis partibus comprehēduntur; [o] solis diuitibus est diuitior, [n] solis præstantibus virtute, vt ostensum est etiam suprà in tex. 75, & sequentibus, præstantior esse aliquando potest: aliquando, inquam, & potest; quia præstantior non est, vbi paucis quibusdam exceptis reliqua omnis multitudo est belluina, non ciuilis; neque si in vno,vel paucis prę̄stantibus virtus reperiretur integra, atque omnibus numeris absoluta, quæ nulla crescit adiunctione, de qua re infrà.

In nobiles: Monarchia item existet pro oligarchia.
In paucos probos inducentes aristocratiā: Monarchia regia existat pro aristocratia.

In plebis multitudinem democratiam inducentis: Monarchia aliquando,aliquando oligarchia pro democratia erit.

In diuites rursus, oligarchiam; atque vnâ in probos vel vnum, regiamque rempublicā; vel iterum paucos,aristocratiam inducentes: Populi vniuersi status pro oligarchia, aristocratia, regia republica existet.

Cur [aliquando, & [nihil prohibet.]

e. f. g. h. h. multitudine. K. l. m. n. o. p. Est l. Est K. m. p. o. n.

SCHOLIA.

Syntaxis.

e. Ijs, qui propter libertatem contendunt. *Pronomen* { ijs } *vel cum verbo proximo* { præstet } *vel cum superiori* { imperare } *iungendum est. Prima syntaxis hanc sententiam faciet: Oportebit eum, qui nobilitate ijs, qui propter libertatem contendunt, præstat, imperare omnibus. Altera hanc: Oportere eum, qui præstat nobilitate, imperare ijs omnibus, qui propter libertatem contendunt. Mihi prior magis probatur.*

Sententia huius loci.

Qui propter libertatem contendunt. *Ex libertate, qua diuitibus æquales sunt, contendunt cum ijs pauperes omnes, nobiles, & ignobiles. coniunguntur enim vtrique aduersus diuites, vt dictum est suprà ad textum 91. Non est au-*

tem

tem tam manifesta res nobilitas, quàm sunt diuitiæ. imo sæpe præter eos, quos vulgus nouit, & existimat nobiles; sunt alij multi: partim quorum reuera sunt æquè, & magis nobiles, quàm illi, quibus vulgus tribuit nobilitatem, licet non æque cognoscantur; partim, quum minimè sint nobiles, venditant tamen se pro nobilibus, nomina; & stemmata maiorum, quos nusquam habuerunt, ab altissima stirpe commemorantes, nonnulli, quia id verum putant, cæteri uanitate. Si quis unus igitur nobilitate omnibus ijs præstet, inquit Philosophus, qui aut verè nobiles sunt, aut existimantur ab alijs, aut se putant, aut se faciunt nobiles, tandem omnibus, qui propter libertatem contra diuites pugnant; hunc ratione, & iure, quod pro nobilibus afferebatur, in omnes habere imperium, par erit. Vel libertatem, ἐλευθερίαν, hic accipe pro nobilitate.

Nobilitas vera, opinata vel ab alijs, vel ab eo ipso, qui se ait nobilem, simulata.

Libertas pro nobilitate.

g. Qui in regimine ciuitatis probi sunt. *Non solum domi, & in umbra sunt probi: sed etiam in luce, & in ciuitate administranda virtutem suam ostendunt.*

In regimine ciuitatis probi.

h. Penes multitudinem. *Vocabulum multitudinis, τοῦ πλήθους, non populum uniuersum hic, sed plebem necessariò significat. neque enim vel unus, vel uno plures possunt populo, in quo continentur, potentiores esse.*

Multitudinis vocabulum.

l. Horum terminorum. *Idest quasi limitum, quos non transeunt, & fundamentorum, quibus nituntur. de quo vocabulo dixi ad textum 53.*

Terminorum vocabulum.

m. Possent multitudines. *Populus uniuersus, qui multas in se multitudines includit, diuitum, pauperum; nobilium, ignobilium; proborum, non proborum; & alias.*

Multitudines quid.

n. Multitudinem paucis esse aliquando meliorem. *Vel populum uniuersum intellige, vt in explanatione nostra, quem paulo antè multitudines in plurali numero dixit. Vel intellige multitudinem uniuersè, vt sit locus à genere. est enim aliqua multitudo verbigratia medicorũ in unũ coactorũ, paucis medicis in ipsa cõprehensis, omnino melior. & aliqua melior non est: vt quæ ex medicis, & sutoribus constaret, vbi de re medica ageretur, non esset melior solis medicis: quos potius suis nugis interturbarent sutores, quàm iuuarent. Possemus etiam fortasse multitudines, & multitudinẽ ita in hac extrema parte textus plebem interpretari, quemadmodum paulo antè sumus interpretati. nanque accidere aliquando potest, vt plebs, in qua nec virtute, nec diuitijs ullus emineat, tota simul coacta non solum diuitior paucis diuitibus, sed etiam paucis probis uiris, qui alijs quidem antecellerent, parum tamen antecellerent, prudentia, & probitate, sit melior. Ex qua interpretatione esset hac ratio, contra diuites, & probos, propria ipsius plebis, non populi uniuersi: & pro democratia sola esset, nõ pro hac & pro republica propriè sic nũcupata. Attamen interpretatio prior, quam in explanatione attuli, mihi magis placet.*

Multitudo hic vel pro populo vniuerso, vel pro quauis in vniuersum multitudine.

Altera expositio extremæ partis textus, accipiendo in ea multitudines, & multitudinem rursus pro plebe.

o. Et diuitiorem. *Idem supra in exitu tex. 84. & 91.*

Loci similes.

* [Series aß tex. 87.]

Decisio disceptationis.

PARS QUINTA CAPITIS DECIMI QUINTI. TEX. LXXXXIV.

Argumentum Textus LXXXXIV.

Decisio disceptationis, & litis vniuersæ, de dominatu ciuitatis optimo iure postulando, ac tribuendo, idest ex quo bono, vno, vel pluribus, seu ex

seu ex qua dignitate (quod verum fundamentum æqualitatis, inæqualitatisque personarum hac in re etiam appellamus) iure postulari, tribuiq; maximè, ac simpliciter possit, & debeat, & [h] *tam generaliter ciuitatis,* K.
quàm [m] *nominatim ciuitatis optimæ futuræ,* [k] *singillatimque uniuscuiusque aliarum.* [k] *Esse eiusmodi, dignitatem, ac bonum in vniuersum peritiam, virtutemque administrandi probè ciuitates republica instituendas;* [h] *in qua quidem recta administratione commune bonum omnium ciuium consistat: & partitè esse peritias, & virtutes diuersorum modorum ad ciuitates diuersas pro diuersis futuris rebuspublicis administrandas accommodatorum.* [g] *Locus à fine.* [a] *Illustratur autem, confirmaturq; hæc decisio simili quodam, hoc est per solutionem alterius* [a] *quæstionis, de probi legumlatoris scopo in ferendis legibus:* [g] *qui scopus sit item totius ciuitatis communis vtilitas.*

K. — m.n.o. K. & seq. — K. — Ex h.l. — g.h. — a ad K. — a. ad g. — E e g.h.l.

Tex. 54.

[a] Quocirca etiam dubitationi, qua quærunt,[b] & quam proponunt quidam,[c] occurri hoc modo potest.[d] Dubitant enim quidam, vtrum à legumlatorem,[e] qui leges rectissimas ferre velit, ferendæ sint leges ad meliorum commodum, an ad plurium,[f] quando id, quod dictum est, vsuueniat.[g] Rectum autem fortasse sumendum est.[h] fortasse verò rectum ad totius ciuitatis commodum,[i] & ad commune, id, quod est ciuium.[k] Ciuis porrho communiter quidem est is, qui imperandi, & parendi est particeps:[l] secundum vnamquanque autem rempublicam diuersus:[m] ad optimam verò is, qui potest,[n] & eligit parētē, & imperare[o] ad vitam eam, quæ est ex virtute.

[a] Διὸ καὶ πρὸς τὴν ἀπορίαν, ἣν ζητοῦσι,[b] καὶ προβάλλουσί τινες,[c] ἐνδέχεται τοῦτον τὸν τρόπον ἀπαντᾶν.[d] ἀποροῦσι γάρ τινες, πότερον τῷ νομοθέτῃ νομοθετητέον,[e] βουλομένῳ τίθεσθαι τοὺς ὀρθοτάτους νόμους, πρὸς τὸ τῶν βελτιόνων συμφέρον, ἢ πρὸς τὸ τῶν πλειόνων,[f] ὅταν συμβαίνῃ τὸ λεχθέν.[g] τὸ δ' ὀρθὸν ληπτέον ἴσως.[h] τὸ δ' ἴσως ὀρθὸν πρὸς τὸ τῆς πόλεως ὅλης συμφέρον,[i] καὶ πρὸς τὸ κοινὸν τὸ τῶν πολιτῶν.[k] πολίτης δὲ κοινῇ μὲν ὁ μετέχων τοῦ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαί ἐστι:[l] καθ' ἑκάστην δὲ πολιτείαν ἕτερος:[m] πρὸς δὲ τὴν ἀρίστην ὁ δυνάμενος[n] καὶ προαιρούμενος ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν[o] πρὸς τὸν βίον τὸν κατ' ἀρετήν.

EXPLANATIO.

Proponitur cum origine, & causa sua noua quæstio de scopo probi legumlatoris in ferendis legibus, sitne is propria aliquarum, an communis plurium, & omnium ciuium vtilitas.

[a] QVONIAM aliquando, vbi scilicet populus non est belluinus, sed ciuilis, est ipse totus (sicut in extremo superiori textu expositum est, & suprà in prima parte capitis decimitertij declaratum) cunctis viris præstantibus, qui in eo sunt, melior; [a] quærunt nonnulli, & in quæstione hærent, [f] quandocunque hoc vsu venit, legesque ferendæ sunt a legũlatore, [e] qui velit eas quàm rectissimas, & quàm iustissimas ferre, vtrum ad meliorum, an ad

a. quocirca. — a.b. ad dubitationi, qua quærũt, & quam proponunt. d. dubitãt enim. — f. — e.

an ad plurium, populique demum vniuersi vtilitatem, & bonum sint di-
Ex f. rigendæ. [f] nam si belluinus sit populus: minimè dubium, quin coercen-
dus ille sit, & constringendus legibus, proborum hominum propriè in-
columitati, quietique consulentibus, nec belluinos, quatenus belluini
sunt, iuuantibus, imò verò perdentibus, si è belluinis ciuiles fecerint.
Ex a.b h.i. [a] Respondet Philosophus ad hanc quæstionem: [h] vtilitatem ciuitatis vni-
Ex h. Ex i. uersæ, [i] & bonum commune ciuium, quo societas eorum continetur, ac
conseruatur, spectari in ferēdis legibus potiùs oportere, quàm proprium
virorum præstantium, aut aliùs cuiusuis partis ciuitatis. † Eandem
† responsionem attulit Plato in quarto de Legibus, & in principio quar-
g.h.i. ti de Republica. [g] Sed noster addit rationem, ductam a fine. [g] Rectum,
g inquit, hoc est id, quod est melius, breuiorique via, ac quasi rectà ad fi-
h † nem propositum nos ducit, eligendum, agendumque est. [h] spectari autem
vniuersę ciuitatis vtilitatem, & bonum commune ciuium in ferendis le-
† gibus, est tale rectum: † quippe quia tum melius est hoc, quàm spectari
priuatum commodum alicuius partis ciuitatis; bonum enim, quanto
communius est, tanto est melius, ex initio primi libri ad Nicomachum,
† & alijs locis; † tum ducit nos breuiori via, & quasi rectà ad finem ciuita-
tis, propositum sibi à prudenti legumlatore, quod est illud idem bonum
commune, vtilitasque ciuitatis vniuersę, societatem ciuilem continens,
& conseruās; quum è contrario, spectari vtilitatem propriam aliquorum
ciuium in ferendis legibus, atq; leges, quæ parti ciuiatis consulunt, par-
tem negligunt, tantum abest, vt ducant rectà ad hunc finem, vt propel-
lant etiam nos ab eo longè, seditionem in ciuitatem inducentes, & socie-
tatem, coniunctionemq; ciuium diuellentes, vt scribunt Plato in eodem
Cælius Ciceroni lib.9.ep.17. quarto de Legibus, & Cælius in epistola quadam ad Ciceronem. Talis
est quæstionis de scopo legumlatoris in ferendis rectissimis legibus solu-
Ex b.g.K. tio. [b] Quemadmodum verò quæstio illa soluitur: eodem modo iudicat
Philosophus soluendam nostrā de tribuendo ciuitatis dominatu ex cau-
sa perfecta, & vera dignitate, inducendáque in eam per hanc tributio-
nem certā reipublicæ formā, tum alijs maioribus magistratibus deinceps
mandandis: qui magistratus sunt instar legum, legesque viuæ nominan-
Ex h.g. tur: ex quo tanto magis conuenit similitudo. [h] Aeque igitur hic, vt ibi,
in commune, publicumque bonum totius ciuitatis, seu populi, ex quo
conficitur ciuitas, quicunque, & quæcunque illa fuerit, futuraúe sit, in-
tuendum esse dicemus; non in priuatum, propriumque eorum, qui sunt
dominaturi, aut alius cuiuspiam eiusdem populi, vel ciuitatis partis. Ve-
rùm vt faciliùs hanc rem intelligas, & qua ratione illud bonum certò sit
† sequuturum; ita cum Philosopho, & mecum quæstionem distingue.
Ex K.m.l.n.o. [h] Quom quæritur, quibusnam hominibus, siue pro cuius boni in ijs resi-
dentis pręstantiā maximè, ac simpliciter dominatus ciuitatis nondum
K.ciuis cōiter. formatæ, aut denuo formandę republicā meritò sit tribuendus: [k] aut
Ex m.ad optimam autem. quæritur vniuersè, & generaliter de ciuitate; [m] aut nominatim de ea ci-
Ex o. uitate, quæ optima futura est, [o] idest de ea quæ optimè, fœliciterque ex
Ex l. K. virtute sit vitam traductura; aut singulatim de aliarum vnaquaque. [k] Si
† quæritur vniuersè: respondemus, ciuitatis, populique cuiuslibet, in quem
vtilissima ipsi forma reipublicæ inducenda est, dominatum maximè, ac
simpliciter esse tribuendum ex peritiā, virtuteque administrandę probè
ciuitatis: idest ijs populi hominibus tribuendum esse, qui possint ex peri-
tia, ve-

Soluitur proposita quæstio eodem modo à Philosopho, & à Platone: Spectandum esse in ferendis legibus bonum ciuitatis vniuersæ, omniumq; ciuiū, quo societas eorū continetur, commune potiùs, quàm priuatum, vel proborum, vel aliorum quorumuis. Ratio huius solutionis additur à Philosopho, p locum à fine.

Aptatur solutio quæstionis illius, de legumlatoris scopo, ad nostram, ex cuius nam boni præstantia iure postulari, tribuiq; maximè, ac simpliciter ciuitatis principatus debeat.

Distribuitur quæstio nostra in tres partes: & ad vnamquamque earum propriè respōdetur.

Si quæratur vniuersè de ciuitatis, populiue in ciuitatem ordinandi principatu ex quonam bono, vel quib' hominib' iure tribuēdus sit: quid respondēdum.

tia, velintque ex virtute ciuitatem, ac respublicam constituendam probè administrare. [k] probam enim ciuitatis cuiusq; administrationem sequitur sui populi communis vtilitas. † & huc accedit, quòd administratio ciuitatis est opus, ad quod dominatus eius tanquam instrumētum refertur, vt suprà annotauimus: ei autem, qui opere præstat, idest qui meliùs opus efficere potest, danda est pręstantia instrumentorum, ex tex. 88. At quænam est hęc probè administrandę ciuitatis peritia, & virtus? [l] multiplex sanè vtraq; pro varijs administrationum, ac rerumpublicarū formis: sed in vniuersum est peritia, & virtus ciuis vniuersè sumpti, &, quatenus ciuis est, propria. de qua in tertio capite huius libri est expositum, conclusumque tandem esse eam scientiam, seu peritiam, & virtutem imperandi, ac parendi, hoc est qua ciues imperare, parereque possunt, ac volunt ad suæ reipublicæ incolumitatem, & perfectionem. † nam in imperando quidem, & parendo posita est tota ciuitatis administratio, vel ab his actibus nihil omnino differt: proinde si rectè imperetur, pareaturque à ciuibus, rectè administrari; si malè, malè administrari ciuitas dicitur.

Peritia, & virtus probè administrandarū ciuitatum in vniuersum, seu ciuis vniuersè sumpti, quæ.

Ex K.h.i. — Ad tex. 88. — Ex l. — K. & ex m.n.

[m] Quòd si de optima ciuitate nominatim quæratur, idest de ea, cuius ciues bene, beateq; ex virtute sunt vitā traducturi: sequetur ob ea, quę proximè sunt enarrata, dandum imperium eius esse ex peritia, & virtute ciuis optimæ ciuitatis, seu boni simpliciter ciuis, qua ipse potest, eligitq; tum parere, tum imperare, prout res, & occasio feret, ad vitam ex virtute degendam, in qua salus, beatitudoque optimæ ciuitatis consistit. † esse autem boni simpliciter ciuis peritiam, atque virtutem reipsa nullam aliam nisi peritiam, & virtutem boni simpliciter viri, à qua sola ratione discernatur; & ad extremum esse ipsam prudentiam, & virtutem moralem vniuersam in rebus ciuilibus, declaratum est antè sub exitum tertij capitis. † Prudentibus ergo, bonisque viris tribuendus erit ciuitatis, quæ optima futura, seu populi, qui bene, beateque victurus sit, dominatus: non exclusâ tamen penitus reliqua multitudine, quæ, coniuncta cum paucis probis, eorum prudentiam, ac virtutem auget, vt in capite decimotertio est declaratum: nisi fortè vnus, aut pauci aliqui existerent supra humanam naturam virtute euecti, & angelis similes, de quibus in sequenti capitis parte.

Si quæratur nominatim de ciuitatis optimæ futuræ, populique beatè vitam traducturi dominatu, ex cuius boni præstantia, vel quibus hominibus iure sit tribuendus.

Peritia, & virtus administrandæ ciuitatis optimę futuræ, seu ciuis optimæ ciuitatis, vel boni simpliciter ciuis, quæ.

m.n.o. — Ex fine capitis tertij. — In 6. parte.

[l] Quærentibus denique singulatim de alijs ciuitatibus præter optimam, ex quo bono, cuiúe hominum conditioni, & generi simpliciter, & maximè tribuendus sit cuiusque earum dominatus; dicemus, tribuendum similiter esse ex propria peritia, siue prudentia, & virtute ciuis talis ciuitatis, quibus ille potest, & vult quàm optimè, facillimeque eam administrare, parendo, imperandoque ad reipublicæ suę incolumitatem, & finem peculiarem ipsius. † Quæ autem sint ciuium singularum ciuitatum, & rerumpublicarum ab optima declinantium propriæ tum prudentiæ, tum virtutes, ijs ciuitatibus regendis accommodatæ; quæ quidem impropriè his vocabulis nuncupantur, quia non sunt syncerae; & aliquæ earum fictæ sunt, & falsæ prudentiæ, virtutesque, aliquæ ὁμωνύμως sic vocatæ; longior esset, quàm vt huic loco conueniat, disputatio. [l] variantur enim ciues pro varietate rerumpublicarum: & totidem sunt vtrorunq; formæ, sicut etiam in eodem superiori capite tertio est expositum. † At in quos populos, quasúe ciuitates quæ formę rerumpublicarum (genera ciuium, eorumque proprias peritias, ac virtutes, ex quibus dominatus tribui debebunt, definientes) conueniant, & sint inducendę; æstimandum

Si quæratur singillatim de vniuscuiusque aliarum ciuitatum, præter optimam, principatu, ex cuius boni præstantia, vel quibus hominibus sit iure tribuendus.

Peritiæ, seu prudentiæ, & virtutes propriæ ciuium singularum ciuitatum ab optima declinantium definire non est huius loci.

Populo cuique proprio accommodatum imperium, accommodatamque rempublicam dispiciendi ratio communis.

Ex l. — l.

mandum erit ex modis ipsorum populorum. prout enim populus alius simplicior est, alius versutior; alius magis, alius minùs virtutem amat; alius plures, alius pauciores nobiles, diuites, pauperes, agricolas, opifices, bellicosos homines, aliarumque similium conditionum in se continet: ita in hos, & in illos hæ, & illæ formæ rerumpublicarum magis conueniunt, & facilius introducuntur. de qua re infrà varijs in locis nonnulla tangentur. † Ex his, quę hactenus dicta sunt, intelligitur, propter reliqua in superioribus capitis partibus exposita bona, libertatem dico, nobilitatem, diuitias, potentiam multitudinis, non simpliciter iure, sed aliquo pacto iure, vt sępe Philosophus admonuit, hoc est certis quibusdam rationibus, à nobis tum alibi, tum in scholio generali ante textum 88. indicatis, postulari tribuique posse ciuitatum summas potestates, quas principatus, & dominatus appellant. Porrho autem (quod tibi sit pro auctario) in his ciuilibus dominatibus tribuendis, & formis rerumpublicarum constituendis tria potissimum sunt obseruanda. Vnum, vt ne cum natura rerum, idest cum ingenijs, moribusque populorum insitis, & inueteratis directò pugnes, nisi spes vincendi affulserit: sed secundâ, quod dici solet, vtaris nauigatione; semper tamen ad optimum, quantum fieri poterit, accedens, & à deterrimo recedens. itaque si nullam è rectis simplicibus rebuspublicis, optandis in terris potiùs, quàm sperandis, inducere poteris in ciuitatem; nec præstantiss virorum solitarium imperium populus, à te in ordinem redigendus, sit toleraturus: mixtam aliquam inducito; addens ad simplicem, de eaque demens, quicquid fuerit opportunum; & cum pręstantibus viris in principatu, atque adeo in magistratibus iungito eos, qui magis idonei videbuntur, vel nobiles, vel diuites, vel quosuis è populo. Alterum obseruandum: Quotiescunque illi, quibus tribui dominatum, commodum, expediensque foret, tot non sint, vt regendę reipublicę futuri sint satis; supplendus numerus erit primùm quidem è viris aliquâ aut virtute aut peritiâ ciuitatum administrandarum, & rerum ciuilium pręstantibus; deinde verò è nobilibus, vel diuitibus; tandem è quibuslibet populi, vt in scholio ante textum 88 est annotatum. Tertium obseruandum: In quouis ciuitatis, & reipublicę statu, quem velis manere, participem summę potestatis populum vniuersum aliquo pacto efficito, veluti iudiciorum quorundam, & quarundam deliberationum publicarum, ad tollendas saltem seditiones: quo plebs, tali communicatione delinita, quasi socia, non quasi serua principum ciuitatis, & magistratus obtinentium, contenta viuat: de qua re suprà in secunda parte capitis decimitertij.

Propter reliqua î hoc capite exposita bona non simpliciter sed aliquo pacto iure; pp peritiam, & virtutem administrandarum ciuitatum simpliciter iure petitur, tribuiturq; ciuitatis principatus.

Tria potissimum obseruanda in ciuitatũ tradendis dominatibus, & rebuspublicis instituendis.

Vnum: Cum rerum natura directò ne pugnato: sed ubi optimum consequi nõ poteris, secundâ utere nauigatione.

Alterum: Numerum eorum, qui regendę ciuitati idonei essent, si minor ille sit, q̃ oporteat, impleto modo supra exposito.

Tertium: Populum vniuersum participẽ aliquo pacto summæ potestatis semper facito.

SCHOLIA.

c.h.l. An ad plurium. *& infrà.* Ad totius ciuitatis commodum, & ad commune, &c. *Ad totius ciuitatis commodum, & ad salutem communem ciuium spectare debet legumlator in ferendis legibus, non ad partem aliquam: imò nec ad cunctorum quidem ciuium singillatim. fieri enim non potest omnino, vt lex aliqua sit vnicuique per se vtilis.* ₰ Nulla lex, ₰ *inquit M. Cato consul apud Liuium,* ₰ satis commoda omnibus est. id modo quęritur, si maiori parti, & in summam prodest. ₰

Neque ad quorundã, neq; ad omnium quidem singulatim ciuium vtilitatem, sed ad communem ciuitatis vniuersæ spectare debet legumlator in ferendis legibus.

Syntaxis.

Fortasse verò rectum ad totius, &c. *Repete ex superiori membro* § ferre leges §. *Fortaßè rectum est ferre leges ad totius ciuitatis commodum.* h.

Ciuis simpliciter, & ciuis optimæ republicæ discrimina.

Ciuis porrho communiter, &c. *Et paulo pòst.* Ad optimam verò is, &c. K.m. *Nota differentiam ciuis in vniuersum, & ciuis optimæ ciuitatis. Non solum peritijs, virtutibusq; distinguuntur, quæ vtrinsque sunt diuersæ, vt in tertio capite à Philosopho est declaratum, & repetitum à nobis hic in explanatione: sed etiam per se, quia ciuis in vniuersum est is, qui est particeps, &c. ciuis optimæ republicæ est is, qui potest, & eligit, &c. quisquis nanque optima republica est ciuis; habeat statim virtutem, & peritiam aliquam parendi primùm, deinde imperandi in ea necesse est, ijs de causis, quæ alibi sunt exposita: non necesse est ciues aliarum rerumpublicarum, statim ac sunt ciues, habere peritias, & virtutes parendi in illis & imperandi. quanquam enim non haberent; nihilominus, dum parendi, imperandiq; in eis possent esse particepes, ciues earum essent.*

* [Series ab tex. 8y.

Diluitur dubitatio quædam exoriens.

PARS SEXTA CAPITIS DECIMIQVINTI.

Dubitatio duodecim membrorum, ex proximè positis nascens, proponitur, & tollitur, cunctis ijs membris partim coniunctè partim separatè dißolutis. Interea duæ è tribus simplicibus, rectisq; rerumpublicarum formis, vera regia, & vera aristocratia, quæ optimæ, perfectißimæq; omnium sunt, in apertum producuntur. Textus septem, à 95. ad 102.

Scholium in argumentum huius partis.

Ortus huius dubitationis, & titulus eius vniuersè exponitur.

DICTVM est proximo in textu, & ciuem communiter esse eum, qui sit particeps imperandi, & parendi; & optimæ ciuitatis ciuem esse eum, qui possit, eligatque parere, & imperare. Hinc oritur dubitatio de optimis, & potētissimis extra omnem modum viris: sintne, an non sint inter ciues numerandi: quum eos imperio aliorum subijcere nec tutum videatur, nec consentaneum rationi; principesque, ac ciuitates penè oēs vel hac, vel alia de causa, huius simili, habere pro ciuibus nolint: quòd si non sunt ciues, nec pro ciuibus existimandi; quid de ijs statuendum? vndique enim septa est res difficultatibus, vt postea videbimus. Vniuersa verò dubitatio, seu quæstio est talis. Si vel vnus; vel plures vno (pauciores tamen, quàm vt ciuitati constituendæ, administrandæque possint sufficere) vel virtute, vel potentiâ ciuili supra modum cæteris omnibus antecellant: vtrum partem ciuitatis, & ciues esse eos dicemus, an minimè: &, si non sunt pars ciuitatis, nec in ciuibus numerandi; quid de ijs faciendum in prauarum; quid in rectarum rerumpublicarum ciuitatibus? Tria membra quæstionis; vbi vnus solus virtute maximè antecellat. nam vtrū pro ciue, & parte ciuitatis hic sit habendus, an non sit, quæritur: si non sit habendus pro ciue; quid de eo in prauarum, quid in rectarum rerumpublicarum ciuitatibus sit statuendum. Tria similia membra; si ma-

Diuiditur hæc dubitatio, seu quæstio in duodecim membra.

ximè antecellat potentiâ ciuili. Totidem, si plures vno vel virtute, vel potentiâ ciuili summopere præstent. Omnia duodecim. Horum duodecim membrorum † quatuor priora (Si vnus solus, Si plures vno, vel virtute, vel potentiâ ciuili cæteris omnibus supra modum præstent; sintne, an non sint in partibus ciuitatis, & ciuibus numerandi) vnâ responsione soluuntur: Non posse hos, qui tantopere præstent, in ciuibus numerari. † Probatur hoc theorema primùm duabus rationibus: deinde consensu rerumpublicarum, & quæ à multis, & quæ ab vno reguntur, confirmatur. † Quatuor alia membra (Quid fieri debeat in ciuitatibus prauarum rerumpublicarum de Vno eminentissimo, de Pluribus vno eminentissimis vel Virtute, vel Potentiâ ciuili) etiam vnâ, eademque responsione simul enodantur: Non esse tales præstantias in ijs ciuitatibus retinendas. Explicantur cum hac responsione, defenduntúrque ab impugnantibus remedia, quibus aduersus tantas virorum eiusmodi excellentias respublicæ declinantes incolumitati, securitatiq; suç cõsulere solent. †Quid faciendum in ciuitatibus rectarũ rerumpublicarũ de Vno, de Pluribus vno vel Potentiâ ciuili, vel Virtute eminẽtissimis, quę sunt quatuor postrema membra quęstionis; sic respondetur: Ne in his quidem ciuitatibus esse tales viros pro ciuibus retinendos. † Quid propriè faciendum de eminentissimis potentiâ ciuili Vno, aut Pluribus in ciuitatibus rectarum rerumpublicarum, quæ sunt quatuor postremorum membrorum nouissima duo, vndecimum scilicet, & duodecimũ quæstionis vniuersæ, sic: Prouideri ab initio suis à legumlatoribus, ne in ciuitatibus rectâ reipublicæ formâ præditis vllus potentiâ ciuili tam altè efferatur: quod si nihilominus euenerit; vtendum cautione aliquâ, simili remedijs, quibus vtuntur respublicæ declinantes, sed lenissimâ, quantum fieri poterit, & ad communem, non ad priuatam vtilitatem. Reliquorum duorum membrorum (Quid de Vno, quid de Pluribus excellentissimis virtute faciendum sit, quũ non sint ciues, in ciuitatibus rectarum rerumpublicarum) solutio est hæc: Si vnus fuerit, in regem; si plures, in principes summa cum auctoritate perpetuos eligendos esse, quibus tota ciuitas libentissimè pareat. Sunt autem hæ duæ optimæ, ac perfectissimæ rerumpublicarum formæ, vera regia, & vera aristocratia, quas simul in apertum hac postremâ capitis parte à Philosopho productum iri in argumento annotauimus. Ambas Plato pro vnâ eademque forma numerat in exitu quarti dialogi de Republica. Eumq; imitari Philosophus noster videtur: quom coniungit ambas nõ solùm in hac parte, ac maximè perspicuè in tex. 95, & 101, sed etiam infrà in 139: scribetque & ingeminabit in quarto libro se de aristocratia, differentiaque eius & regni in hoc tractasse; nimirum hoc in loco, atque in disputatione sequenti, quam vel solùm, vel primùm de regno institutam esse tum verba, ratioq; ipsa disputationis planè ostendent, tum ipse Philosophus sæpe testificabitur. Re vera nanque aristocratia, & regnum eiusmodi, idest vera, & perfecta, non differunt inter se nisi differentiâ accidentariâ, vnius, pluriumque imperantium: quum tamen ambæ à vera republica, quæ propriè hoc nomen habet, differant essentiali differentiâ, mediæ, perfectæq; virtutis; quòd hæc respublica mediâ; regnum, & aristocratia perfectâ virtute nitantur.

[Left margin: Tex. 95. & 97.] [Right margin: Quatuor priora membra soluuntur, & solutio confirmatur.]

[Left margin: Tex. 96.] [Right margin: Respondetur ad alia quatuor membra.]

[Left margin: Tex. 97.] [Right margin: Respondetur obiter ad quatuor postrema membra.]

[Left margin: Tex. 99. & 100.] [Right margin: Respondetur separatim ad undecimum, & duodecimum quæstionis membrum.]

[Right margin: Respondetur separatim ad duo reliqua membra præcipua quæstionis, nonum, & decimum, unde verum regnum, & vera aristocratiam.]

[Left margin: Lib. 4. c. 2. 3. 7.] [Right margin: Regnum verum, & vera aristocratia penè vna eademque forma reipublicæ: & cuiusmodi differentia inter se, cuiusmodi à vocata propriè republica differant.]

A

A { —*Quatuor priora membra quæstionis (Vtrum in ciuibus numerandi vel Virtute, vel ciuili Potentiâ supra modum excellentes viri, siue Vnus, siue Plures fuerint) exponuntur, & dissoluuntur.* } Tex.95.
—*Quatuor alia membra quæstionis (Quid faciendum in ciuitatibus prauarum rerumpublicarum de Vno, de Pluribus, vel potentia ciuili, vel virtute supra modum excellentibus) simul soluuntur: simul solutio ipsorum, & solutio quatuor priorum, in superiori textu tradita, confirmantur.* } Tex.96.
—*Ne in rectarum quidem rerumpublicarum ciuitatibus retinendos esse pro ciuibus viros tam valde, seu virtute, seu potentiâ ciuili præstantes. quod partim ad quatuor priora membra quæstionis pertinet, partim ad quatuor postrema.* } Tex.97.
—*Absoluitur, confirmaturque id, quod in tex 96 adumbratum, & propositum fuit.* } Tex.98.
—*Duo è quatuor postremis membris, quæstionis idest vndecimum, & duodecimum (Quid statuendum in rectarũ rerumpub. ciuitatibus de Vno, de Pluribus potentiâ ciuili exuperãtibus) persoluuntur.* } Tex.99.
—*Quantopere in adhibendo aduersus exuperantem potentiã remedio præstent prauis rectæ respublicæ.* } Tex.100.
—*Duo reliqua membra quæstionis, nonum, & decimum (Quid faciendum in ciuitatibus rectarum rerumpublicarum. si Vnus. si Plures Viri excellentes virtute supra modum, & conditionem humanam in ijs extiterint) soluuntur: confirmatâ etiam solutione argumento à causa perfecta.* } Tex.101.

Argumentum Textus LXXXXVI.

[a] *Quatuor priora membra quæstionis: Si vnus, Si plures in aliquo populo, seu in aliqua ciuitate Vel virtute, Vel potentiâ ciuili extra modum, & supra conditionem humanam excellant, vtrum sint in ciuibus numerandi.* [e] *Et responsio: Non esse. Rationes duæ, ambæ à repugnantibus virtuti, & potentiæ tam excellenti:* [f] *sed prior biceps, per obedientiam, quæ in ciuium definitione, virtuteque continetur, & per distributionem iustam, quæ continet ciuitatem:* [i] *posterior per causam societates ciuiles quasi colligantem, & constringentem, quæ leges sunt.* a.b.c.d. e. f.g.h. i. & inde per totum.

Tex.86. [a] Si autem est aliquis vnus, [b] aut plures quidem vno, non tamen qui possint complementum ciuitatis præstare, tantopere excellentes exuperantiâ virtutis, [c] vt nec virtus aliorum omnium, [d] nec potentia ipsorum ciuilis sit cum illorum, si plures, si autem vnus, cum illius tantùm virtute, & potentia ciuili comparabilis; [e] non iam ponere hos debemus partem ciuitatis. [f] Iniuriâ enim afficientur, si æqualibus iudicentur digni: [g] quum tantopere virtute, & ciuili potentiâ sint inæquales. [h] tanquam enim Deum in hominibus esse eum, qui sit talis, est verisimile. [i] Ex quo planum est etiam, legumlationem esse necessariè ad æquales tum genere, [k] tum potentiâ. [l] In tales autem non est lex. [m] ipsi enim sunt lex. [n] Atque ideo ridiculus esset, qui conaretur in eos legem ferre. [n] dicerent enim fortasse ea, quæ Antisthenes ait leones dixisse concionantibus leporibus, &, vt paria omnes haberent, æquum censentibus.

[a] Εἰ δέ τις ἔστιν εἷς τοσοῦτον διαφέρων κατ' ἀρετῆς ὑπερβολήν, [b] ἢ πλείους μὲν ἑνός, μὴ μέντοι δυνατοὶ πλήρωμα παρασχέσθαι πόλεως, ὥστε μὴ συμβλητὴν εἶναι τὴν τῶν ἄλλων ἀρετὴν πάντων, [d] μηδὲ τὴν δύναμιν αὐτῶν τὴν πολιτικὴν πρὸς τὴν ἐκείνων, εἰ πλείους, εἰ δ' εἷς, τὴν ἐκείνου μόνον· [e] οὐκέτι θετέον τούτους μέρος πόλεως. [f] ἀδικήσονται γὰρ ἀξιούμενοι τῶν ἴσων [g] ἄνισοι τοσοῦτον κατ' ἀρετὴν ὄντες, καὶ τὴν πολιτικὴν δύναμιν. [h] ὥσπερ γὰρ θεὸν ἐν ἀνθρώποις εἰκὸς εἶναι τὸν τοιοῦτον. [i] ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ τὴν νομοθεσίαν ἀναγκαῖον εἶναι περὶ τοὺς ἴσους καὶ τῷ γένει, [k] καὶ τῇ δυνάμει. [l] κατὰ δὲ τῶν τοιούτων οὐκ ἔστι νόμος. [m] αὐτοὶ γάρ εἰσι νόμος. [n] καὶ γὰρ γελοῖος ἂν εἴη νομοθετεῖν τις πειρώμενος κατ' αὐτῶν. [o] λέγοιεν γὰρ ἂν ἴσως, ἅπερ Ἀντισθένης ἔφη τοὺς λέοντας δημηγορούντων τῶν δασυπόδων, καὶ τὸ ἴσον ἀξιούντων πάντας ἔχειν.

i. Var.Lect. Ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ. *In Aldin. & Isingr.* δηλονότι. *Sed melior est altera scriptura, quam omnes interpretes sequuntur.*

EXPLANATIO.

e.d. Ratio prior. [e] Sumitur pro hypothesi theorematis, & dubitationis nostræ, tantam esse vnius, pluriumúe virorum è populo, & ciuitate proposita seu virtutem, seu potentiam ciuilem, vt cæterorum omnium eiusdem ciuitatis, & populi in vnum congregatorum vniuersa virtus virtute illâ vel vnius, vel plurium, & vniuersa potentia ciuilis potentia ciuili illâ non solùm minor, abiectiorque fit, sed vsque eò minor, & abiectior, vt
Ex h.& i.græce comparari cum ea prorsus non possit. [h] Non sunt igitur eiusdem, sed sunt diuersorum generum virtus cæterorum, & virtus vnius, pluriumúe, de quibus loquimur: similiter quoque potentiæ vtrorunque ciuiles. nam si eiusdem generis essent: inter se compararentur aliquo modo: & aliqua
Ex h. esset inter ipsas ratio, & proportio. [h] Ergo necesse est virtutem, & potentiam ciuilem vnius, pluriumúe istorum, de quibus loquimur, supra humanam conditionem, & naturam esse, diuinisque virtuti, ac potentiæ similes: & qui eas habent, esse ex virtute, videri ex potentiâ tanquam Deos
m.n. inter homines; cuius generis viros Heroas vocãt. siquidem duabus hisce perfectionibus, virtute scilicet, prudentiam, scientiamque etiam omnem, quæ ipsi naturâ antecedit, continente, ac potentiâ, vtrâque infinita, & incomparabili, Deus, vt ad mundi gubernationem refertur, quasi primis essentiæ suæ luminibus, potissimùm designatur: atque ex hac dicitur omnipotens; ex illa optimus. [g] Multo maximè igitur, vel vt ita dixerim, in-
Ex g. finitè vnus, pluresúe præstantes viri, de quibus loquimur, cæteris omnibus ciuitatis, & populi propositi viris, virtute, potentiaque ciuili inæquales, superioresque erunt; tanto fortasse, quanto virtuti, & potentiæ humanæ inæqualis, superiorq; est virtus, & potentia diuina; inter quas nulla est proportio, nulla fieri potest comparatio: fortasse, inquam, quoniam reuera diuina virtus non est, multoque minus est diuina potentia virtus, & potentia horum præstantissimorum virorum, sed sunt diuinis similes: nec ipsi sunt Dij, sed Dijs, hoc est angelis, vt nostri appellant, similes, verissimè quidem ex virtute, quodammodo autem ex potentia ciuili; Heroes nimirum, quasi medium quoddam inter angelos, & homines genus, in corpore viuentes, vt homines, at viuentes, ex mente, & voluntate sibi
f. perpetuò constante, vt angeli. [f] Tantopere igitur inæquales, superioresque cæteris omnibus virtute, & potentiâ ciuili quom fuerint vnus, aut plures

Ratio prior.
Virtus, & potentia ei[u]s illis virorum de quibus est dubitatio, tã magna ponuntur, vt cæterorum omnium in vnum coacta potẽtia, & virtutes nullo modo sint cum illis comparandæ.

Non sunt tales potentia, & virtus eiusdem generis, cuius sunt aliorum, qui probi, potentesq; vocantur, potentia, & virtutes.

Sunt supra humanam conditionem, & Diuinis similes.

Viri, in quibus tanta, vel virtus, vel potẽtia reperiretur, essent, viderenturue tãquam Dij inter homines, Heroes vocati.

Acquari cum cæteris tales viri, siue inquitate, nec in officijs requirendis, nec in com

modis, & oneribus distribuendis vllo modo possunt.

Parêre alijs nunquã debent.

Nec ad distributiones vocari, neque earum esse participes.

Parêre aliquando, & ad distributiones cõmodorum, onerumq́; publicorũ vocari debent necessariò omnes ciues.

plures in aliquo populo, vel in aliqua ciuitate: [f] æquari cum cæteris sine iniquitate certè nullo modo, ne ex proportione quidem geometrica per quantamuis exuperantiam, poterunt vel in officijs requirendis, vel in cõmodis, & oneribus publicis distribuendis. Itaq; nec parêre alijs vnquam debebunt; ne illis equales; &, quatenus parêrent, inferiores etiam reddantur: nec ad distributiones vocari, quarum nequeunt esse participes, propterea quòd inter eos, & alios nulla fieri comparatio possit; nullã fit ex geometrica proportione, & per exuperantiam æquatio, qua distributiones omnes iustæ continentur, & constãt. [f] Hæc autem ambo, parêre, inquam, aliquando, & ad distributiones commodorum, onerumq́ue publicorum vocari, cadunt necessariò in cunctos ciues; illud, quia in ciuium virtute, definitioneque comprehenditur; istud, tanquam vna causarum continentiũ, & conseruantiũ ciuilem societatẽ. [e] Ergo pro ciuibus habendi non erunt, nec erũt pars ciuitatis, quicunq;, vnus, pluresúe, cęteris omnibus seu virtute, seu potentiã ciuili, seu vtraq; tantũ, quantum sumptum est, antecellerent. [i] Ratio posterior. Legẽ esse cõmune iussum, maioris potestatis, quod in cunctos ciues feratur, cunctosq́; teneat, de ijs, quæ faciẽda, & de ijs, quæ vitanda sunt, ad cõmunem totius ciuitatis, cunctorumq́; ciuium vtilitatem; oẽs consentiunt, Iurisconsulti, Philosophi, Oratores oẽs: & indicatũ est etiam in textu superiori. [d] Quare quisquis est ciuis alicuius ciuitatis; in eum leges ciuitatis illius feruntur, & eũ tenent. [l] Ferri autẽ leges in viros tantopere cunctis alijs virtute, aut potentia ciuili antecellentes, vt nulla inter eos sit vera proportio, aut comparatio, quemadmodum sumptum est, non debent, nec possent. Hæc minor probatur bifariam. [m] Primùm de tantopere antecellentibus virtute: quoniam ipsi per tantam excellentiam virtutis sint lex, & sibi lex omnibus in rebus, quas sectari, quasque declinare oportet. [n] Iterum de tantopere antecellentibus potentiã ciuili: quoniam quisquis in hos conaretur leges ferre, meritò se præberet ridendum, quòd de re vana, & inutili laboraret, quasi telas aranearum aquilis opponens. Vtraque probatio per locum à fine. [m] Prima sic declaratur. Leges, vt dictum est, de ijs, quę facienda, & de ijs, quæ vitanda sunt ad totius ciuitatis finem, & bonum, feruntur; partim, vt nescientes vtraque doceant; partim, vt scientes, si nollent hæc facere, & ab illis abstinere, præmijs, pœnisq́; compellant. at qui tantopere præstant virtute, quæ est lex in animo viuens, & vera; norunt sanè vtraque, & quæ facienda, & quæ non facienda sunt ad finem, & bonum ciuitatis: voluntque illa, tanquam iusta, & honesta, facere; & ab his, tanquam ab iniustis, turpibusque abstinere. [n] inanissimè ergo in eos leges ferrentur: nec ferri omnino possent sine repugnãtia contradictionis. id enim, quod habet, & quod ipse est, nemo accipit. [o] Secunda probatio declaratur addito loco à iudicio, hoc est apologo quodam Antisthenis de leonibus, & leporibus, qui temporis edacitate perijt. In eius locum possumus substituere nos illum Aesopi: in quo leo, facta cum oue, & alijs duabus feris societate, venatum profectus, postquam captus ceruus fuit, atque in partes diuisus, quo singulis singulæ ex pacto conuento tribuerentur, rugiens ipse, deberi sibi omnes, dixit; vnam, quia maximè dignus; alterum, quia robustissimus; tertiam, quia in ceruo capiundo plus, quàm socij, laborasset; quartam denique, ni ex amicis fieri inimici vellent: & omnes sustulit, tacentibus alijs præ timore; iniuriamque, licet dolenti animo, tolerantibus.

Ratio posterior. Legis definitio. Leges ciuitatis in cũctos ciues feruntur, & cunctos teneant.

In viros, vel virtute, vel potestate tantopere cunctis alijs antecellentes, ferri leges, nec debent, nec possunt. quod dupliciter comprobatur.

Legum materia, & finis.

Antisthenis apologus.

Aesopi apologus.

Ex f. enim. — *i & inde per totum. ad l.* — *Ex Lautem.* — *ad m.* — *Ex n.*

ferantibus. Maxima enim potentia, nisi intrinsecus regatur, leges, obicesque omnes perrumpit. & nihil proderit, pactis, legibusque obligare eum, in cuius arbitrio positum est vt seruentur. nam si facere voluerit, aut abstinere, faciet, aut abstinebit: sin minus; quid contra vim, omnia tua tam intima, quàm extima longè superantem, molieris? i Ex his omnibus intelligitur, leges ciuitatis non in hos Heroas ferendas esse, tam valde cæteris omnibus virtute, potentiaque ciuili præstantes, vt inter ipsorum, illorumque virtutes, & potentias ciuiles nulla sit proportio, i videanturque ipsi hac de causa propter maximam excellentiam virtutis extra genus humanum in quodam superiori genere, proximo Deis, idest angelis collocati; i sed in reliquos cùm genere, quod eximia tantummodò virtus diuersum, humanoque superius facit, k tum potentiâ ciuili pares; pares inquam potentiâ, & virtute vel simpliciter, vel ex congruenti aliqua proportione.

i. K. Ex l. ex quo. Ex i. i. K. — In quos ferri leges debeant.

SCHOLIA.

a. b. c. d. Si est aliquis vnus, aut plures vno, qui tantopere virtutis præstantiâ antecellant, vt aliorum omnium virtus cum illorum, aut cum illius virtute non sit comparabilis. *Vide his similia infrà in tex. 101, 137. & 139. Suprà autem in antecedentibus huius capitis partibus, & in capite decimotertio (vt ad textum 65 annotauimus) de probis, & de optimis viris cuiusque ciuitatis, ac populi, hominibus tamen, & quorum virtus ad virtutem reliquorum eiusdem populi virorum proportionem, & comparationem aliquam haberet, Philosophus loquebatur: hic loquitur de ijs, qui superiorem humanâ virtutem, naturamque sunt adepti, heroicam scilicet, & diuina, seu angelicæ similem. Quamobrem minimè mirum, si de diuersis naturis, subiectisque diuersa & cōtraria concludantur. ibi postpositi sunt vnius, & paucorum virtute præstantium dominatus dominatui vniuersi populi: hic præferentur. Sed possuntne existere vnquam, & vspiam eiusmodi homines, plusquam homines, Heroes, & quasi Dij in terris? nam si non possent, quid attinet de ijs disputare? Equidem Philosophus noster hîc, & in septimo libro indicat non esse omnino impossibile, vt aliquando alicubi existat quispiam tantâ virtutis eminentiâ præditus: esse tamen difficillimũ, et quod multis annorũ millibus vix semel, aut iterum vsueniat. quapropter vtrobique conditione vtitur;* § Si quis vnus §, *inquit,* § tantopere virtutis præstantiâ antecellat. § *Scripserat hoc idem ante eum Plato in sexto de Republica: Valde admodum difficile esse, non tamen impossibile, vt exsisteret aliquo tempore aliquo loco verus Philosophus, malis hominum finem impositurus. Quem enim verum Philosophum Plato ibi vocat; & quem informat oratione ab exitu eius libri ad septimi exitum; est hic noster præstantissimus virtute supra humanum ingenium, & Deo proximus Heros. Non esse autem inter virtutem heroicam, quæ est vniuersa, omnibusque numeris absoluta virtus, & virtutem aliorum hominum, quæ est virtus media, & veluti pars quadam illius, proportionem vllam, nec fieri comparationem posse, vel ex hoc solo intelligitur: quòd pars, & totum comparari inter se nequeunt; nec est inter ea vlla proportio, quum sint necessariò in generibus differentibus. siquidem totum vnumquodque, tanto verò magis, quanto est perfectius, formam, & essentiam suam propriam, prout totum, vnumque est, habeat oportet, ex qua nominetur, & definiatur: & ea quidem pars &*

Cap. 14. Num. 137.

Loci similes.

De optimis viris ex medijs virtutibus supra loquutus est Philosophus: hic loquitur de optimis ex virtute vniuersa, & perfecta.

Optimorum, vnius, pluriumque dominatus dominatui populi vniuersi supra postpositi, hic præferentur qua ratione.

Tantâ virtutis præstâtiâ præditi homines, & Heroes an possunt alicubi aliquo tempore esse.

Nulla est inter virtutem omnibus numeris absolutam, quam heroicam vocant, & virtutem mediam, vel cōem proportio, nulla comparatio.

ab omnibus partibus suis, quæ multa sunt, etiam simul sumptis, sed non copulatis, & in vnum conductis, differt, quemadmodum in septimo, & in nono libro Postnaturalium fuit declaratum.

Syntaxis.

Si autem est aliquis vnus, &c. *Tam in populo formam aliquam reipublicæ non habente, sed suscepturo, quàm in ciuitate habente, nec mutatura.* a.

Virtutis vocabulum quid hic.

Virtutis præstantia. *Virtutem moralem, & ciuilem vniuersam intellige, comprehensà etiam prudentià.*

Tollitur dubitatio: Si vnus tanta virtutis præstantiâ præditus, vix fieri potest, vt existat; quomodo, quasi plures possint, hoc additur.

Aut plures quidem vno. *Si difficile est, ac vix fieri potest, vt vnus talis existat: quî plures existent? Fortè igitur hoc addit, ne à Platone dissentiat, similiter aut vni, aut pluribus tam valde virtute præstantibus suæ ciuitatis imperium committente, difficilius'q; existimante primum existere vnum aliquem talem, quàm post illum vnum, qui multos sibi similes facere posset, existere plures. de qua re sub exitum vtriusque illorum librorum sexti, & septimi de Republica. Vel fortè, ne locum relinquat dubitanti, & quærenti: non quòd ipse putet, posse multos tales vnquam alicubi esse.* b.L. Lib. 6. n. 138. & 139 lib. 7. num. 156. & 157.

Duplex loci huius expositio.

Non tamen qui possint complementum ciuitatis afferre. *Duplex expositio huius loci. Vna: Non tot esse, vt ex ipsis solis componi, constareq; vna ciuitas possit. Altera: Non esse tot, vt ipsi soli vni ciuitati administrandæ possint sufficere. Hæc secunda expositio est melior. Nam cogitatu etiam difficile, tot alicubi vnquam tam præstantes viros repertum iri, ut ipsi soli sine alijs efficiant ciuitatem. Adde huc: si tot sunt, ut ex ipsis solis ciuitas constet; qui nam illi alij erunt, quorum virtus, & potentia ciuilis cum horum potentia ciuili & virtute sit, aut non sit comparanda? Verùm si tot essent, vt possent ipsi soli ciuitatem administrare: cessaret, vel saltem languesceret dubitatio è superiori textu nascens. neque enim nec esse esset eos unquam parère, sed semper imperarent. quamobrem dubitationis firmandæ gratia hæc subiunxit Philosophus.*

Potentiæ ciuilis vocabulum quid hic.

Partes potentiæ ciuilis.

Potentia ciuilis. *Vel peritia ciuitatum administrandarum, quæ posse optimæ ciuitatis ciuem imperare, & parère, dictum est in superiori textu: vel, quod magis probo, ea, quæ peculiari quodam modo potentia ciuilis dicitur, diuitijs, honoribus, cognationibus, affinitatibus, amicitijs, clientelis constans. Hæc enim potentia eminentes exterminant, deprimuntq; populi, & monarchi magis, quam peritos administrandarum ciuitatum. nec aduersus talem peritiam rectæ respublicæ quicquam moliuntur, vt moliri eas debere infrà in tex. 99 dicetur. potest autem peritia in virtute comprehendi, quemadmodũ suprà in cap. tertio comprehendebatur.* d.

Ciuitatis partem esse, & esse ciuem idẽ.

Apolidum modi duo.

Non amplius ponendi sunt isti pars ciuitatis. *Non sunt in ciuibus numerandi: non sunt habendi pro ciuibus. Partem ciuitatis esse, & esse ciuem idem sunt: nisi quòd ciuis vnum tantùm; pars ciuitatis multos congregatos, & ordinem quendam ciuium significare magis uidetur. In primo libro tex. 21, & 26, expositum est de duobus apolidum modis, idest hominum eorum, qui non sunt pars ciuitatis, nec pro ciuibus habendi; altero præstantiores hominibus, & tanquam Deos; altero deteriores, & tanquam feras comprehendente. Eorum duorum modorum hic, cuius nunc fit mentio, quod ad uirtutis excellentiam attinet, est prior. Vide quæ ad eos textus hac de re à nobis sunt annotata.* e.

Deo similis videtur solùm, non vere est, qui potentiæ ciuili propter eminentiam omnes cæteris antecellit: est etiam, non solùm videtur, qui uirtute perfecta.

Tanquam Deum in hominibus. *Videtur æquè tam is, qui potentià ciuili, quàm is, qui virtute ita eminet, esse Deo similis, & quasi Deus in hominibus. At ille videtur tantùm, & ex rebus quibusdam externis; hic uerera est, & intrinsecùs similis Deo. virtus namque, eiusq; actio ad mentem pertinent, quæ est res diuina, & à Deo proximè pendet. Simile quiddam inuenies in libro septimo.* ❴ Si qui essent ❴ *inquit ibi Philosophus* ❵ tanto alijs præstantes, quanto Deos, & heroas b. Cap. 14.

roas hominibus præstare existimamus, primùm statim corpore multam exuperantiam nacti, deinde animo, &c. §

Conciliatio huius loci cum quodam alio libri primi.
Rex verus, qui heros, & vir supra modum, & conditionem humanam præstantissimus virtute, quomodo differat, quomodo non differat genere ab alijs hominibus.

1. Tum genere. *In textu 142 libri primi scriptum est à Philosopho, Regem naturà distare ab ijs, qui reguntur, oportere, non genere: quod huic, quod in præsentia dicitur, videtur contrarium. At genus ibi uocabat formam, & essentiam intimam, qua quidem rex noster, & Heros ab hominibus non differt. quanquam enim cunctis ijs maior, & superior, in gradu quodam eminentissimo, quasi in alio genere, penè angelorum, positus: nihilominus essentià, & formà suà proprià est uerè homo, idest animal mentis, & rationis compos, interituiq; obnoxium, si hoc etiam addere cum Scholasticis nostris ad hominis definitionem uelis. Quod uerò ibi appellauit Philosophus naturam, hic uocat genus, idest conditionem, & statum quendam altissimum excellentissima anima ex uirtute omnes numeros habente, insità, & inductà in eam à maximè præstantibus, & ad hoc concurrentibus, naturà generantium tam parentum, quàm corporum cælestium, educatione præceptorum, & meditatione propria, ut declarat etiam Plato in tertio, & in sexto libro de Republica.*

Argumentum Textus LXXXXVI.

Quatuor alia membra quæstionis (Quid in prauarum rerumpublicarum ciuitatibus ad finem, incolumitatémque earum faciendum de eiusmodi Vno, Pluribusue aut Virtute, aut Potentia ciuili supra omnem
a. quapropter.
modum præstantibus viris) simul soluuntur, simul solutio ipsorum, [a] & solutio priorum quatuor, in superiori textu tradita, communiter argumen
Ex m.n.o.p.
to à iudicio confirmantur. Solutio est: [m] Minimè permittendum, vt
a.b.c.d.e.f.i.l. n.o.p.r.s.t.u.x.
ijs in ciuitatibus excellentiæ huiusmodi maneant. [n] Ratio ex consensu communi omnium in prauis quibusque rebuspublicis, earumque modis dominantium: qui quidem tales excellentias alio, & alio cautionis genere, ad summum tribus, tollere consueuerunt. Adduntur in hunc consen-
e.f. g.h.i.k.l.
sum [e] fabula Argonautarum, & [g] consilium Periandri: quod vnà cum cæteris ei paribus rebus à tyrannis fieri solitis defenditur aduersus re-
a. quapropter.
prehendentes. [a] Isthoc autem communi consensu etiam theorema superioris textus confirmari, perspicuum est. nam qui suis è ciuitatibus viros eiusmodi auferunt: profectò non putant eos esse partem suarum ciuitatum.

[a] Quapropter & instituunt ostracismum ciuitates, quę populari statu reguntur, propter eiusmodi causam. [b] Hæ nanq; videntur maximè omnium æqualitatem consectari. [c] itaque, qui videbantur potentiâ excellere propter diuitias, aut amicorum multitudinem, aut aliquid aliud ciuile robur; eos ostracismo adoriebantur; [d] & è ciuitate ad certa tempora summouebant. [e] Fabulantur autem etiam Argonautas propter talem causam Herculem reliquisse. [f] noluisse enim Argo nauim eum *Tex. 96.*

cum alijs vehere, vt qui multū nauigantes exuperaret.[g] Quocirca & ij, qui tyrannidem, consiliumque à Periandro Thrasybulo datum vituperant, non simpliciter existimandi sunt rectè improbare. [h] aiunt enim Periandrū nihil quidem nuntio ad se misso de eo, de quo consulebatur, respondisse: [i] verùm eminentes dementem spicas segetem adęquasse. [k] ex quo, quùm eius quidem, quod fieret, causam nuntius ignoraret, renuntiasset verò id, quod acciderat; [l] intellexisse Thrasybulum viros eminentes de medio tollendos esse. [m] Hoc enim non solùm prodest tyrannis; [n] nec solùm tyranni faciūt: [o] sed similiter res se habet etiam in oligarchijs, idest paucorum principatibus, [p] & in democratijs, idest statibus populi.[q] nam ostracismus eandem quodam modo habet vim, quam conterere eminentes viros, & in exilium eijcere. [r] Idem autem faciunt etiam aduersus ciuitates, [s] & gentes ij, penes quos est summa potestas. [t] verbigratia Athenienses aduersus Samios, & Chios, & Lesbios. [u] quom primùm enim firmiter imperium obtinuerunt; præter pacta conuenta ipsos depresserunt. [x] & rex Persarum Medos, & Babylonios, & è reliquis eos, qui magnos spiritus gerebant, propterea quòd aliquando imperium tenuissent, sæpenumero contudit.

[a] Διὸ καὶ τίθενται τὸν ὀστρακισμὸν αἱ δημοκρατούμεναι πόλεις διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν. [b] αὗται γὰρ δὴ δοκοῦσι διώκειν τὴν ἰσότητα μάλιστα πάντων. [c] ὥστε τοὺς δοκοῦντας ὑπερέχειν δυνάμει διὰ πλοῦτον, ἢ πολυφιλίαν, ἤ τινα ἄλλην πολιτικὴν ἰσχύν, ὠστράκιζον, [d] καὶ μεθίστασαν ἐκ τῆς πόλεως χρόνους ὡρισμένους. [e] μυθολογεῖται δὲ καὶ τοὺς Ἀργοναύτας τὸν Ἡρακλέα καταλιπεῖν διὰ τοιαύτην αἰτίαν. [f] οὐ γὰρ ἐθέλειν αὐτὸν ἄγειν τὴν Ἀργὼ μετὰ τῶν ἄλλων, ὡς ὑπερβάλλοντα πολὺ τῶν πλωτήρων. [g] διὸ καὶ τοὺς ψέγοντας τὴν τυραννίδα καὶ τὴν Περιάνδρου Θρασυβούλῳ συμβουλίαν, οὐχ ἁπλῶς οἰητέον ὀρθῶς ἐπιτιμᾶν. [h] φασὶ γὰρ τὸν Περίανδρον εἰπεῖν μὲν οὐδὲν πρὸς τὸν πεμφθέντα κήρυκα περὶ τῆς συμβουλίας: [i] ἀφαιροῦντα δὲ τοὺς ὑπερέχοντας τῶν σταχύων ὁμαλῦναι τὴν ἄρουραν. [k] ὅθεν ἀγνοοῦντος μὲν τοῦ κήρυκος τοῦ γινομένου τὴν αἰτίαν, ἀπαγγείλαντος δὲ τὸ συμπεσόν, [l] συννοῆσαι τὸν Θρασύβουλον, ὅτι δεῖ τοὺς ὑπερέχοντας ἄνδρας ἀναιρεῖν. [m] τοῦτο γὰρ οὐ μόνον συμφέρει τοῖς τυράννοις, [n] οὐδὲ μόνοι οἱ τύραννοι ποιοῦσιν: [o] ἀλλ' ὁμοίως ἔχει καὶ περὶ τὰς ὀλιγαρχίας, [p] καὶ τὰς δημοκρατίας. [q] ὁ γὰρ ὀστρακισμὸς τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν τρόπον τινὰ τῷ κολούειν τοὺς ὑπερέχοντας, καὶ φυγαδεύειν. [r] τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τὰς πόλεις, [s] καὶ τὰ ἔθνη ποιοῦσιν οἱ κύριοι τῆς δυνάμεως, [t] οἷον Ἀθηναῖοι μὲν περὶ Σαμίους, καὶ Χίους, καὶ Λεσβίους. [u] ἐπεὶ γὰρ θᾶττον ἐγκρατῶς ἔσχον τὴν ἀρχήν, ἐταπείνωσαν αὐτοὺς παρὰ τὰς συνθήκας. [x] ὁ δὲ Περσῶν βασιλεὺς Μήδους, καὶ Βαβυλωνίους, καὶ τῶν ἄλλων τοὺς πεφρονηματισμένους, διὰ τὸ γενέσθαι ποτ' ἐπ' ἀρχῆς, ἐπέκοπτε πολλάκις.

Var. Lect. Τῷ κολούειν. *Hanc scripturam cæteri sequuntur interpretes, quam etiam Victorius veram esse multis argumentis confirmat. Genesius, & Vetus sequuntur eam, quæ legitur in græcis exem plaribus, Aldin. & Isingr.* τῷ κολάζειν.

Hæc ratio

EXPLANATIO.

HAEC ratio à communi consensu exponitur quasi per inductionem demonstratiuam hoc modo. [a] Tres prauarum rerumpublicarum sunt formæ, antea expositæ, tyrannis, oligarchia, idest paucorum principatus, & democratia, hoc est status populi. [b] In vnaquaque earum qui dominantur, sæpe vni tantùm ciuitati, cuius ea propriè respublica est; aliquando per eam, & sub ea etiam alijs ciuitatibus, & nonnunquam gentibus, ac nationibus, latè propagata dominatione, imperant. [c] Et in vnaquaque maximas excellentias tam virtutis, quàm ciuilis potentiæ, siue in singulis ciuibus, siue in familijs quibusdam, siue in quibusdam ciuitatibus, & gentibus sibi subiectis effulserint, auersantur, & tollunt. [c] Populus porrho ciuilem potentiã exuperantem magis auersatur. quippe hanc vnusquisque è populo potissimùm expetit: virtutem non tantùm curat. ex quo neminem potentiã excellere populus vellet; sed omnes, quoad fieri posset, esse inter se pares. † At tyrannus virtuti est maximè infensus: minus horret potentiam ciuilem. illam enim sibi, tanquam bestiæ nocentissimæ, verissimam hostem, & apprimè formidandam nouit: hanc difficulter in vno aliquo, aut etiam in multis sub sua dominatione crescere intantum posse, quin sit ipse longè potentior: vixque, sine virtute, aut parte virtutis, potentiam vllam ciuilem, quantumuis maximam, aduersus tyrannum hiscere audere.† Pauci potentes medij inter tyrannum, & populum, timent vtranque; in vtranque pariter armantur.† Arma verò, & remedia, quibus ad tollendas hasce præstantias domini prauarum rerumpublicarum vtuntur, sunt in primis trium generum: Exterminare è ciuitate: Necare: Præcidere instrumenta potentiæ, & virtutis. Ad primum genus referuntur Exilium tam perpetuum, & incerti temporis, quàm temporis definiti, cuius pars ostracismus est; Relegatio; Deportatio; quæ sunt species quædam exilij; Ablegatio quocunque nomine, & colore fiat; Sacris addictio. Ad tertium reuocantur Corporis in vinculis, & carcere coercitio; Partis alicuius, vel vsus partis corporis, aut animæ priuatio; veluti quom obcæcatur quis candenti ferro, aut de statu mentis per pharmacum deijcitur; Opum ademptio; Amicorum, affinium, cognatorũ ablatio. Quorum omnium maleficiorum à tyrannis, paucis potentibus, populis in viros maxime præstantes, amicos, affines, fratres, patres, filios, dum ab eorum potentia, aut virtute imperio suo timent, admissorum exempla multa in historijs passim inuenies, barbaris præsertim; sed & in græcis, præcipuè post translatum Constantinopolim imperium. Verùm de his distinctiùs, & copiosiùs fortasse nos alio loco. Auctor noster, more suo, per doctrinam elementarem summas attingit formas. [a] Ostracismum, quem populares ciuitates, lege latã, aduersus viros nimis potentes instituerunt; [e] & relicti Herculis fabulam affert pro primo genere. [g] secundum genus commonstrat in Thrasybuli, & Periandri historia: [i] tertium, ac fortasse etiam cum suis partibus, in ijs, quæ Athenienses contra Samios, Chios, Lesbios; & rex Persarum contra Medos, Babylonios, aliosque, maiores spiritus habentes, fecerunt. Prauarum item rerumpublicarum exempla producit: [a] popularis status, ciuitates ostracismo vtentes; in quibus notissima Athenæ: [e] paucorum principatus, Argonautas; qui, veluti pauci

Inductio demonstrãs consensum omnium prauarum rerumpublicarum in tollẽdis virtutis, ciuilisq; potestatis summis excellentijs.

Vnaquæq; trium prauarum rerumpublicarum, & quę angustiùs, & quę latius imperãt, maximas eius modi excellentias tam in singulis viris, quàm in familijs, & populis, & nationibus sibi subiectis auersantur, & tollunt: haud æqualiter tamen vtranq; vtrĩ, & cur.

Democratia potentiã ciuilem magis, quàm virtutem exuperãtẽ, auersatur, & tollit.

Tyrannis virtuti maxime infensa, minus horret potestatem ciuilem.

Oligarchia æqualiter timet, & persequitur vtranque.

Remediorũ, quibus tollere summas tũ virtutis, tum ciuilis potentia excellentias prauæ respublicæ consueuerunt, genera, & modi.

Horum remediorum & armorum exempla in textu nostro.

Rerumpublicarum lapsarum, & modi earum vtriusque, vel latioris scilicet, vel angustioris imperij exẽpla in textu nostro.

potentes quidam, inter se pares, sub se, & secum nauigantem habebant multam aliam turbam militum, & ministrorum: [s] tyrannidis demum Thrasybulum,& Periandrum: [t] & earum quidem,quę multis ciuitatibus, gentibusq; imperant,Athenienses,ac Persarum regem: sicut etiam [r] cautionum, quibus ciuitates, gentesque vniuersas deprimunt, & coercent, illa, quæ ijdem isti fecerunt; [t] Athenienses contra Samios, & Chios, & Lesbios; [x] Rex persarum contra Medos, & Babylonios, & alios. [g] Ex his omnibus intelligitur, qui consilium Periandri de tollendis à tyranno eminentibus viris, & tyrannos hoc facientes propriè vituperant; dupliciter errare. [n] Vno modo, quòd seorsum tyrannidi, tanquam proprium eius flagitium objiciunt id, quod verè omnium prauarum rerumpublicarum est commune, omnibusque simul objiciendum. [n] omnes enim similiter tollunt eminentias, non solùm hominum singulorum, sed etiam vniuersarum ciuitatum, & gentium, vt dictum est: [q] valetque idem demum, & eódem tendit ostracismus lege institutus in ciuitatibus popularibus, quod valent, & quó tendunt neces, exterminationes, depressiones virorum præstantium arbitrio tyrannorum factæ. [m] Altero modo errant, quòd hæc nulla ratione fieri censent, nullo iure. nam si dicerent quidem hæc esse simpliciter iniusta; & ideo simpliciter non esse facienda: profectò rectè dicerent. [n] verùm prosunt hęc prauis omnibus rebuspublicis ad suam prauitatem, & iniustitiā, idest ad salutem suam tuendam. quamobrem hactenus facienda hæc ab ipsis sunt, fiuntque salutis suæ causâ, quam conseruare aliter nequeunt, priuato quodam suo iure. Hoc autem est, quod ius status nostris temporibus vocant: ius iniustissimum, & iniquissimum; nec iuris quidem nomine nuncupandum; fons malorum, iniuriarumque omnium, ex nimio amore sui ortus, atque contra Deum, contra naturam, contra homines aquas iniquitatis proijciens. sed me comprimo.

Qui consilium periādri de tollendis a tyranno eminentibus viris, tyrannosq; hoc facientes propriè accusant, dupliciter errant.

Primùm in id, quod cōmune omnium prauarum rerumpublicarum flagitium est, propriè objiciunt tyrannidi.

Deinde r Nulla ratione, nullo omnino iure id fieri arbitrantur, quod propria ratione, & priuato quodam suo, licet iniustissimo, iure faciunt prauæ respublicæ.

Ius status sęculo nostro vocatum quid, & quale.

s. t.u. r.s.t.u.x. t.u. x. g.& inde. n. n.o.r.s. q. l.x m. m.

SCHOLIA.

Instituunt ostracismum ciuitates, quæ à populo reguntur. *Huius indicij in viros eminentes non idem apud omnes nomen: & diuersis in ciuitatibus varia ratio, quod ad modum agendi illud, exilijq́, tempus attinet. Athenienses ostracismum dixerunt à testulis, in quibus nomina inscribebant eorum, quos pelli vrbe voluissent. Institutus est Athenis post deletos tyrannos, populo imperium adeptos antiquatus damnatione Hyperboli, improbi, et ignobilis hominis. Tempus exily decennio finiebatur. quanquam in libro Diodori legantur pro decem quindecim anni; culpâ, puto, librariorum, qui ad, ι, ε, addiderint. Modū agendi narrant idem Diodorus in vndecimo libro Biblioteca, & Plutarchus in Aristide. Argos autem, & Athenas numerabit Philosophus infrà in libro quinto inter ciuitates, quæ ostracismo vterentur.* a.

Ostracismi nomen, modus, tempus institutio, vsus.

Cap. 3.

Hæ nanque maximè omnium, &c. *Hæc est ratio superioris sententiæ. nam quia ęqualitatem maximè amant ciuitates populares; ideo lege iudicium hoc sanxerunt: vt tanto magis populi ad illud peragendum, & minuendam clarorum virorum potentiam inducerentur.* b.

Syntaxis.

Qui videbantur potentiâ excellere, &c. *Potentiam ciuilem magis auersantur ciuitates populares, quàm virtutem, vt in explanatione annotauimus.* c.

Potentiam ciuilem exuperantem magis auersantur ciuitates populares, q̃ virtutē.

Et è ci-

a. Et è ciuitate ad certa tempora summouebant. *Quadam quasi expositio vocabuli* ⸢ ostracismus ⸣.

e. Propter talem causam Herculem reliquisse. *Quidam relictum Herculem ab Argonautis: quòd sine eo nauigarint, non expectato ipsius aduentu: alij relictum in itinere, quom è naui descendisset.* Hercules vbi relictus ab Argonautis.

g. Quocirca & ij, qui tyrannidem, &c. *Putabit fortasse aliquis, Platonem notari: qui in octauo libro de Republica, expositis antè alijs formis prauarum rerumpublicarum, vni tyrannidi expulsiones, necesq; praestantium virorum ascribit. quanquam Plato ibi Periandri non meminit: sed meminerat in primo, attribuens ei, tanquam viro tyrannico, secundam definitionem iustitia. At non latuit Platonem, prodesse hoc prauis omnibus rebuspublicis, non solùm tyrannidi; facereq; id principes earum omnes, non tyrannum solum; esseq; quodam modo, vt ijs prodesset, easq; conseruat, vel dici saltem, translato ex proportione vocabulo, quoddam iustum. siquidem apud eum Thrasymachus, quum ita iustum definiuisset:* ⸢ iustum esse, quod potentiori conducit: ⸣ *declarans definitionem hanc, subiungit:* ⸢ Ferre leges principatum quenque ad suam ipsius vtilitatem; pronuntiare autem subditis, quom illas ferunt, id iustum esse; & quicunque illis non obtemperauerit, eum punire, tanquam contra leges agentem, & iniustum. ⸣ Notari his verbis Platonem putare quis posset, sed falsò. In primo lib. de Republica num. 8.

Consilium à Periandro Thrasybulo datum. *Hoc idem repetitur infrà in libro quinto. Herodotus autem in Terpsichore, & Plutarchus in Conuiuio septem sapientum, & Diogenes Laertius in vita Periandri consentiunt, à Thrasybulo, Mileti tyranno, datum hoc consilium Periandro Cypseli filio, tyranno Corinthi, non ab hoc illi. Porrho sibi hic Periander vnus è septem sapientibus fuit, vt uelle Plutarchus, & Diogenes videntur: mirum, petijsse ipsum potius consilium à Thrasybulo, quàm ab ipso Thrasybulum. Si etiam falso à quibusdam Periander inter sapientes est numeratus, vt scribit Suida; aut duo fuerunt Periandri, alter tyrannide, alter sapientià illustris, vt Sotion, Heraclides, Pamphila, Aelianus tradiderunt: probabile est, hunc tyrannum, à patre Cypselo, qui eandem tyrannidem annos triginta prudentissimè exercuerat, ita institutum fuisse, vt non esset ei opus Thrasybulum hac de re consulere, eiusq; consilium paternis praeceptis anteponere. Idem, & eodem modo consilium datum à Tarquinio Superbo Sexto Tarquinio filio de Gabinorum ciuitate inuenies in primo libro historia Liuiana.* De Periandro, & eius consilio Thrasybulo dato. Cap. 10.

Argumentum Textus LXXXXVII.

b.d.a. [b] *Ne in rectarum quidem rerumpublicarum ciuitatibus esse pro ciuibus retinendos viros tam valde, quàm dictum fuit, seu virtute, seu*
c.d. *potentià ciuili praestantes:* [c] *differenti tamen ratione, atque in ciuitati-*
c. *bus prauarum non retinerentur; quippe quum* [c] *in prauarum priuata,*
d. [d] *in rectarum publica spectetur vtilitas.* [e] *Ratio à simili in artibus per*
e. & inde per totum. *inductionem. Huius porrho theorematis pars ad quatuor priora membra; pars ad quatuor postrema quaestionis vniuersa pertinet.*

Quaestio

Tex. 97. [a] Quæstio autem vniuersè de omnibus est rebuspublicis, b.
[b] etiam rectis. [c] nam deflexæ sanè, ad proprium spectantes, K.m.
hoc agunt: [d] verum enimuero in ijs, quæ commune bonum spectant, eodem modo res se habet. [e] Planum autem hoc etiam in alijs artibus, & scientijs. [f] neque enim pictor fineret in animali esse pedem exuperantem magis, quàm commensus pateretur; [g] ne si pulchritudine quidem excelleret: [h] neque nauium faber puppim; [i] aut aliarum nauis partium aliquam: [k] neque verò chori magister eum, qui maius, [l] pulchriusque, quàm totus chorus, sonaret, finet in choro esse.

[a] Τὸ δὲ πρόβλημα καθόλου περὶ πάσας ἐστὶ τὰς πολιτείας, [b] καὶ τὰς ὀρθάς, [c] αἱ μὲν γὰρ παρεκβεβηκυῖαι, πρὸς τὸ ἴδιον ἀποσκοποῦσαι, τοῦτο δρῶσιν: [d] οὐ μὴν ἀλλὰ περὶ τὰς τὸ κοινὸν ἀγαθὸν ἐπισκοπούσας τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον. [e] δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν, καὶ ἐπιστημῶν. [f] οὔτε γὰρ γραφεὺς ἐάσειεν ἂν τὸν ὑπερβάλλοντα πόδα τῆς συμμετρίας ἔχειν τὸ ζῷον· [g] οὐδ' εἰ διαφέροι τὸ κάλλος: [h] οὔτε ναυπηγὸς πρύμναν, [i] ἢ τῶν ἄλλων τι μορίων τῶν τῆς νεώς: [k] οὐδὲ δὴ χοροδιδάσκαλος τὸν μεῖζον, [l] καὶ κάλλιον τοῦ παντὸς χοροῦ φθεγγόμενον ἐάσει συγχορεύειν.

EXPLANATIO.

Nullus bonus artifex in suo opere sinit esse partem vllam vel magnitudine, vel pulchritudine extra modum commensumque; cæteras superantem.

Ergo nec principes rectarum rerumpublicarum viros supra modum vel virtute vel potentia ciuili excellentes permittere suis in ciuitatibus tanquam partem, & ciues earum debent. Cur non retineantur, viri tam valde excellentes in prauarum, & in rectarum rerumpublicarum ciuitatibus; huius euenti ratio, & causa par.

e. & inde per totum.

f. exuperantem magis g. K. maius. l. pulchri'. l quàm cōmensus, pateretur.

* Nullus bonus artifex in aliquo artis suæ opere partem vllam esse sinit reliquas [f] vel magnitudine, vel pulchritudine (quarum hæc virtuti, illa potentię ciuium respondet) intantum superantem, [f] vt arceatur commensus, & conuenientia † omnibus inter se partibus necessaria, ex quarum coniunctione verè totum, hoc est verè vnum in multis effici debet. vnitatem nanque, qua totum vnumquodque est vnum, & ens, facit conuenientia ista, & ratio, & proportio omnium partium ipsum componentium inter se: sine ea vnum non esset; sed pro vno multa continuò cernerentur. [b] Ergo neque principes rectarum rerumpublicarum suis in ciuitatibus recipere, patiúe, tanquam partem, & tanquam ciues earum debent viros tam valde excellentes vel virtute, vel potentiâ ciuili, vt cum ijs virtus, potentiaque reliquorum omnium ciuium, ex hypothesi tex. 95, nequeat comparari, quum nulla sit inter eas ratio, & proportio. [c] Quanquam enim in ciuitatibus prauarum rerumpublicarū ob suam propriam vtilitatem, vt fuit declaratum, ac penè semper contra publicam, earum domini tales viros euertunt: ideoque in ciuitatibus rectarum, quarum principes semper vtilitatem communem, nec propriam vnquam, nisi in communi, vel communi non aduersantem, quærunt; viderentur esse retinendi: tamen in vtrisque huius euenti ratio, & causa par; sicut etiam de vtrisque communiter est quæstio instituta. [c] quippe cogit, quantum in prauis proprium, tantum in rectis publicum bonum principes suos, ne ciues tales retineant. † Et bonum publicum quidem, ob quod principes rectarum rerumpublicarum eos pro ciuibus non retinent, est illa vnitas, quam consistere in commensu, ac proportione partium cuiusuis totius inter se, vt sit

b. d.

c. d.

b. c. d.

†

vt sit totum, & vnum, & ens, pauloantè annotauimus. proprium autem
Ex c. ad propositum. [e] quod nominatur bonum, & commodum dominorum in prauis rebuspublicis, earum iniustitia est: quam potentia impotens, sine ratione, sine consilio, calamitatem, & exitium certè animi, plerunque etiam corporis
† secum trahens, comitatur. † Hæc sunt semina magnæ cuiusdam consyderationis de principibus rectarum, prauarumq; rerumpublicarum qua similes, & qua dissimiles inter se sint in illis rebuspublicis, ciuitatibusque
f. & sequētibus. suis constituendis, atque custodiendis. [f] Assumptum primum de artibus Confirmatur assumptum de artibus, inductione.
f g. cõfirmatur inductione, productis in exemplum [g] pictore, [h] fabro nauium,
h a. k. l. [k] & chori magistro. † Animaduerte; quom hîc dicitur non esse viros Cur in theoremate huius textus [nô esse viros tam valde excellentes retinendos] addatur [p ciuib'] vel [tanquam ciues.]
† tam valde præstantes virtute in ciuitatibus rectarum rerumpublicarum retinendos; addi { *pro ciuibus* } vel { *tanquam ciues.* } neque enim his in ciuitatibus, quemadmodum in alteris, deprimendi, aut exterminandi, aut interimendi sunt tales viri: sed tamen de numero ciuium eximendi. hoc autem quomodo faciendum: infrà in tex. 101. docebimur. Alia est ratio de præstantibus potentiâ ciuili: de quibus in tex. 99.

Argumentum Textus LXXXXVIII.

Absoluitur, confirmaturque id, quod in textu 96. de euersionibus, depressionibusq; virorum vel virtute, vel potentiâ ciuili eminentium in ciuitatibus prauarum rerumpublicarum, adumbratum, & propositum fuit.

[a] Itaque ob hoc nihil quidem vetat, monarchos, hoc est principes solos imperantes, concordare cum ciuitatibus: [b] si, quom proprium ipsorum imperium vtile est ciuitatibus, hoc faciant. [c] quapropter in excellentijs, de quibus constat, iustum quoddam ciuile habet ostracismi ratio. Tex. 98.

[a] Ὥστε διὰ τοῦτο μὲν οὐδὲν κωλύει τοὺς μονάρχους συμφωνεῖν ταῖς πόλεσιν: [b] εἰ τῆς οἰκείας ἀρχῆς ὠφελίμου ταῖς πόλεσιν οὔσης, τοῦτο δρῶσι. [c] διὸ κατὰ τὰς ὁμολογουμένας ὑπεροχὰς ἔχει τι δίκαιον πολιτικὸν ὁ λόγος, ὁ περὶ τὸν ὀστρακισμόν.

EXPLANATIO.

Ex c. a. Ostracismum, quæque, parem ostracismo vim habentia, à tyrannis, & in vniuersum à prauarum rerumpublicarum dominis, excellentes vi- Totum theorema huius textus multas partes habens.
Exc. iustū quoddam &c. ros opprimentibus, fiunt; non esse simpliciter reprehendenda; [c] sed iusti
Ex b. si. a. cõcordare cum ciuitatibus. ciuilis aliquid habere: [h] simpliciter etiam illud habitura; si duæ addi
b. conditiones possent; [b] vna, vt publicæ vtilitatis, non propriæ causâ illi
c. excellentijs, de quibus constat. hæc facerent, essetque demum ipsorum imperium vtile ciuitatibus; [c] altera, si excellentias eas duntaxat, quæ sunt omnibus manifestæ, ad solam Rõnes duę, quibus cõfirmari hæc possunt.
Ex a. itaque ob hoc. potentiam ciuilem pertinentes, contunderent. [a] Rationes omnium isto-

rum,

rum, significatæ in textu potiùs, quàm expressæ, duæ: vna à minori: altera a simili. [a] Prima per locum à minori. Si in ciuitatibus rectarum rerumpublicarum non sunt retinendi pro ciuibus, quod proximus textus demonstrauit, viri tam valde excellentes, quàm valde excellere in textibus antecedentibus positum fuit: multo minus retinendi erunt in ciuitatibus prauarum; quibus plus detrimenti per eos importari potest; & in quibus minùs spectatur honestas, quàm vtilitas. Item si illis in ciuitatibus est simpliciter iustum, eijcere, deprimereue, [b] vtilitatis publicæ causâ, [c] exuperantias bonorum, quæ omnibus manifestæ sunt, idest viros partibus potentiæ ciuilis manifestè exuperantes, qui fortè in ipsis extiterint: [a] etiam in his ciuitatibus prauarum rerumpublicarum, & multo magis ob causas proximè indicatas, maioris periculi, & propositi finis (quibus quidem in ciuitatibus admittere hæc vel in præstantissimos virtute viros, propriè dominantium salutis gratiâ, quodammodo iustum erat) erit simpliciter iustum, si [c] in exuperantes potentiâ ciuili, [b] propter vtilitatem publicam (quasi concinentibus, & inter se conuenientibus vtilitate subditorum, vtilitateque principum) admittantur. [a] Secunda ratio est eadem, quæ exposita est in textu superiori. nam si in artibus partes operum exurantes esse non permittuntur: ne permittetur quidem in his ciuitatibus esse ciues exuperantes. Quòd si eijcerentur [c] solæ exuperantiæ potentiæ ciuilis, [b] & propter publicam vtilitatem, in qua iustum ciuile sedem suam habet: [b] iam eijci eas, esset simpliciter & omnino iustum ciuile: [c] eijci verò virtutis exuperantias, vel propter vtilitatem principum propriam, est non simpliciter, sed quoddam ciuile iustum.

Prior à minori.

Posterior à simili.

a. itaq; ob hoc.

Ex b.

Ex c in excellētijs, de quibus constat.

Ex a. itaque ob hoc.

c in excellētijs, de quibus constat.

b. & a concordare cum ciuitatibus.

a. itaq; ob hoc.

c. in excellētijs, de quibus constat.

b.

Ex b. c.

Ex c.

SCHOLIA.

Monarchos pro tyranno

Eminentem virum auferri è ciuitate prauę reipublicę prodesse aliquando potest simul principi, puta tyranno, simul populo eius.

[a] Monarchos. *Hoc nomine significari hic tyrannos puto, vt alijs multis in locis.*

[b] Nihil vetat monarchos concordare, &c. *Fieri aliquando potest, licet rarò, ut eijcere eminentem aliquem virum è ciuitate; sit principi cuiuspiam prauæ reipublicę, verbi gratia tyranno, & populo suo vnà profuturum. exempli causa si vir ille eminens accerseret barbaros ad excindendam ciuitatem: tunc tyrannus cum ciuitate concordaret. Ob talem finem igitur, ne barbari accerserentur, in quo ciuitatis salus consisteret; si pelleret ciuitate, aut etiam necaret tyrannus virum ciuili potentiâ præstantem: esset hoc simpliciter, non solum quodam modo iustum ciuile.*

Potentia ciuilis est excellentia, de qua constat.

[c] In excellentijs, de quibus constat. *Potentia ciuilis est patens, & omnibus conspicua, de qua nemo potest dubitare. Virtus, quanquam se efferat crebrò, & prębeat se conspiciendam in actionibus suis: tamen uix, aut nunquam inuidiam uincit, quin oblatret aliquis, negetq; non adesse.*

Quoddam iustum ciuile dupliciter exponi potest.

Iustum quoddam ciuile habet. *Aut quoddam erit, idest non perfectum, non simpliciter iustum ciuile; verùm quale diximus antea: si virtute excellens euertatur; aut euertatur quidem excellens potentiâ ciuili, sed non propter publicam utilitatem. Aut quoddam iustum ciuile, idest perfectum certè, simpliciterq; ciuile iustum, at non vniuersum, sed vna è multis eius speciebus: quando hæ duæ conditiones concurrerint: ut qui euertitur, potentiâ ciuili excellat, non virtute: & euertatur publicæ utilitatis causâ.*

Ad tex. 96.

Argumentum Textus LXXXXIX.

Duo è quatuor postremis quæstionis membris: Quid statuendum in ciuitatibus rectarum rerumpublicarum de Uno de Pluribus viris potentiâ ciuili solâ supra omnem modum præstantibus; quum viri tales, ex tex. 95, & 97, in ciuibus, & pro ciuibus nec numerandi sint, nec retinendi. Præcepta; & cautiones duæ: [a] una morbum prohibens; [b] [c] altera fortè natum sanans. (a.b. / c.d.e.)

[a] Melius quidem igitur est legumlatorem ab initio sic rempublicam constituisse, [b] vt tali medicamento non egeat. [c] Secunda autem nauigatio est, [d] si acciderit, [e] eniti, vt tali aliqua correctione corrigatur. Tex. 99.

[a] Βέλτιον μὲν οὖν τὸν νομοθέτην ἐξ ἀρχῆς οὕτω συστῆσαι τὴν πολιτείαν, [b] ὥστε μὴ δεῖσθαι τοιαύτης ἰατρείας: [c] δεύτερος δὲ πλοῦς, [d] ἂν συμβῇ, [e] πειρᾶσθαι τοιούτῳ τινὶ διορθώματι διορθοῦν.

b.c.d.e. Var. Lect. ὥστε μὴ δεῖσθαι. *Verba, quæ hæc sequuntur vsque ad extrema illa,* τοιούτῳ τινὶ διορθώματι διορθοῦν, *desunt in cod. Ald. & Isingr. ea tamen interpretes, & explanatores omnes in suis libris habuerunt.*

EXPLANATIO.

a.b. [a] Præceptum, & cautio prior: Prouideri certis legibus, & institutis, quom primum condita ciuitas est, & instituitur recta forma reipublicæ, ne quis vnquam amplificare intantum potentiam suam possit, vt modum egrediatur. [c] Præceptũ, & cautio posterior: [d] Si fortè eueniat (vel quia ab initio non fuerit legibus, & institutis prouisum, vel quia prouisio minus virium, quàm opus fuisset, habuerit) vt creuerit aliquis potentiâ, & excesserit modum; contra quam idcirco remedium aliquod (simile illis, quę vsurpari in ciuitatibus prauarum rerumpublicarum antea dictum est) adhiberi omnino oporteat, ne pereat proportio) commensusq́; congruens inter partes ciuitatis, & cum eo ciuitatis vnitas: [e] conandum tali aliquo remedio, [e] quàm mitissimo, & temperatissimo vti; dummodo emendare id, in quo peccatũ est, valeat, & ad mediocritatẽ, quicquid exuperat, reuocare; vitij correctionem intuendo, non hominis detrimentum; nec priuati odij, amoris, spei, metus, honoris, pecuniæ causâ, sed boni publici tantùm, & salutis totius ciuitatis. Harum duarum cautionum prima est [a] præstantior, vt scribitur etiam sub initium libri quinti. [c] altera pro secunda nauigatione, ex veteri adagio, quom minima de malis sunt eligenda, nobis erit: de quo adagio sub exitum secundi libri ad Nicomachum expositum est. Fortasse verò & has duas cautiones non propriè pro rectis tantùm rebuspublicis; sed communiter pro omnibus rectis, & non rectis affert Philosophus.

Prima cautio. — c.d.e. Secunda cautio. — e. & ex b. tali medicamento. Ex c. correctione corrigatur. — a. melius. Cap. 3. — Harum duarum cautionum inter se comparatio. — Alia huius textus expositio.

Argumentum Textus C.

Quantopere in tali remedio aduersus exuperantem potentiam adhibendo præstent rectæ respublicæ prauis. Præstantia tres; [a] duæ ex finibus melioribus; [e] tertia ex ampliori iusto. a.b.c.d. e.f.

Tex.100. [a] Quod quidem in ciuitatibus non fiebat. [b] Non enim ad reipublicæ suæ vtilitatem spectabant: [c] sed seditiosè ostracismis vtebantur. [d] itaque in digressis quidem rebuspublicis priuatim conducere, [e] & iustum esse est manifestum: [f] fortasse verò etiam, non esse simpliciter iustum, & hoc est manifestum.

[a] Ὅπερ οὐκ ἐγίγνετο περὶ τὰς πόλεις. [b] οὐ γὰρ ἔβλεπον πρὸς τὸ τῆς πολιτείας τῆς οἰκείας συμφέρον; [c] ἀλλὰ στασιαστικῶς ἐχρῶντο τοῖς ὀστρακισμοῖς. [d] ἐν μὲν οὖν ταῖς παρεκβεβηκυίαις πολιτείαις, ὅτι μὲν ἰδίᾳ συμφέρον, [e] καὶ δίκαιόν ἐστι, φανερόν: [f] ἴσως δὲ καὶ ὅτι οὐχ ἁπλῶς δίκαιον, καὶ τοῦτο φανερόν.

EXPLANATIO.

Prima præstantia: Vtilitas totius ciuitatis communis spectatur à rectis reb⁹publicis; propria principum à prauis remedium eiusmodi adhibentibus. Secunda præstantia est: Vitij correctio spectatur in rectis: inimicorum euersio in prauis.

[b] PRIMA præstantia. Communem totius ciuitatis vtilitatem in tali remedio adhibendo spectant rectæ respublicæ, & earum principes: [d] non communem ciuitatis, sed propriam ipsorum principum spectant prauæ, & principes earum: [e] vt ex antea constitutis est manifestum. [a] Secunda præstantia. Emendatio, correctioque vitij nimię potentiæ, pro reipublicæ, & ciuitatis incolumitate, spectatur in rectis rebuspublicis, earumque ciuitatibus: spectatur depressio, exterminatio, interitus inimicorum in ciuitatibus prauarum; [c] in quibus quidem plerunque ostracismus, aliaq; exposita remedia seditiosè vsurpantur vsque adeo, [b] vt suę quique reipublicæ, suamq; ipsorum propriam vtilitatem neglectui habeant, dum inimicos vlciscantur. [a] hoc sæpe conspectum est Athenis; cuius rei testes locupletes sunt Plutarchus, Xenophon, Thucydides, Herodotus multis in locis; sed & in alijs ciuitatibus, potissimum popularibus. [e] Tertia præstantia. Iusta ciuilia simpliciter sunt ea, quæ in eiusmodi remedio adhibendo à rectis rebuspublicis, earumq; principibus fiunt; proptereaquòd in salutem, vtilitatemque totius ciuitatis, in qua iustum ciuile simpliciter residere sæpe dictum est, tendũt: ea verò, quæ fiunt à prauis, principibusq; earum, quum tendant rectà in priuatam ipsorum principum vtilitatem, contra communem ciuitatis, [f] sunt simpliciter iniusta ciuilia; [e] iusta tamen quodammodo, hoc est quatenus ad tuendos qualescunque earum rerumpublicarum status fiunt; cum quibus statibus, eorumque conseruatione etiam vtilitas subiectarum ciuitatum, quandiu ipsis subiectę manent, est implicita, concidente sæpenumero cum republicà, quantumuis praua, ciuitate, & populo vniuerso. [e] Atque hæc item manifesta sunt ex ijs, quæ suprà sunt declarata.

Tertia præstantia: Iusta simpliciter sunt ea, quæ fiunt à rectis: iniusta simpliciter, licet quodammodo iusta, ea, quæ à prauis.

Ex b. & d.
Ex d.
e. est manifestũ
Ex a.b.c.
c.
b.
Ex a.
Ex e.f.
f.
e.
e. est manifestũ f. & hoc est manifestum.

Duo

Argumentum Textus CI.

b.d. *Duo reliqua membra, ac præcipua quidem quæstionis, nonum, & decimum, unde regia forma reipublicæ, & aristocratia vera erumpunt, soluuntur:* [a] *Quid faciendum in ciuitatibus rectarum rerumpublicarum* [d] *si Unus; si Plures viri excellentes virtute supra humanam conditionem, & naturam in ijs extiterint; quum, ex textu 95, non sint in ciuibus numerandi.* [a] *Difficultas soluendi ea* [f] *propter dubitationem utrinque nascentem, siue eijciendos viros tales dicamus, siue retinendos.* [k] *Et ex hac gemina dubitatione, per locum à partibus, eruta horum membrorum solutio;* [l] *quæ præterea argumento à perfecta causa confirmatur; & est talis:* [m] *Parendum esse libenti, & alacri animo viris tam eximijs, imò plusquam viris, à ciuibus omnibus;* [n] *ita ut, si unus solus eiusmodi fuerit, eum perpetuum regem;* [m] *si plures, & inter se pares, eos perpetuos principes suæ ciuitatis summa cum auctoritate, dignitateque faciant, & habeant.*

Marginalia (left): a.c. — d.b.c. — a multam dubitationem hēt. — f.g.h.i. — K. restat igitur. — l. — m. — n. — Ex m. tales viri reges.

[a] Sed in optima republica multam dubitationem habet; [b] non ex aliorum bonorum præstantia, [c] vt roboris, & diuitiarum, & amicorum multitudinis; [d] sed si quis extiterit præstans virtute; [e] quid facere oportet. [f] Non enim certè dicerent, talem virum eijci, [g] & summoueri debere. [h] Atqui neque imperari tali: [i] simile enim esset, ac si Ioui se imperare dignum ducerent, partientes imperia. [k] Restat igitur, [l] quod videtur comparatum esse naturâ, [m] vt omnes tali viro libenter pareât, [n] ita vt tales viri sint reges perpetui in ciuitatibus.

Textus.

[a] Ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας ἔχει πολλὴν ἀπορίαν, [b] οὐ κατὰ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν τὴν ὑπεροχὴν, οἷον ἰσχύος καὶ πλούτου, καὶ πολυφιλίας, [d] ἀλλὰ ἄν τις γένηται διαφέρων κατ' ἀρετὴν, [e] τί χρὴ ποιεῖν. [f] οὐ γὰρ δὴ φαῖεν ἂν δεῖν ἐκβάλλειν, [g] καὶ μεθιστάναι τὸν τοιοῦτον. [h] ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἄρχειν γε τοῦ τοιούτου: [i] παραπλήσιον γὰρ, κἂν εἰ τοῦ Διὸς ἄρχειν ἀξιοῖεν, μερίζοντες τὰς ἀρχάς. [k] λείπεται τοίνυν, ὅπερ ἔοικε, [m] πεφυκέναι πείθεσθαι τῷ τοιούτῳ πάντας ἀσμένως, [n] ὥστε βασιλέας εἶναι τοὺς τοιούτους ἀϊδίους ἐν ταῖς πόλεσιν.

EXPLANATIO.

g.f. Dubitationes difficultatem fulcientes. [g] Vna: si dicatur summouendos esse tales viros, hoc est vel necandos; vel exterminandos exilio, vel deprimendos carcere, ignominia, iudicijs, & mulctis frequentibus. [f] hoc nanque probaret nemo: quum naturæ rerum, rationi, honestati, iucunditati, vtilitati sint contrarium, auferri sibi, proijcique [a] a ciuitate optimę reipublicæ, hoc est quæ proba, beataque esse velit, id, quod ad virtutem,

Marginalia: f. non certe dicerent. — a. in optima republica. — Viri supra modum excellentes virtute non sunt é ciuitatibus rectarum rerumpublicarum summouendi.

beatitudinemque in ipsam, & ipsius ciues introducendam, ac conseruandam est vel solum, vel maximè idoneum; excellentiam, inquam, fastigiumque veræ virtutis in vno, vel pluribus viris, Deo optimo, & beneficentissimo similibus. [h] Altera dubitatio: si retinendos pro ciuibus, & in eorum numero habendos tales viros respondeatur. [h] nam, quia ciues fuerint; necesse erit, eos vicissim modò parère, modò imperare, ex tex. 94, 95, & cap. tertio huius libri. sed hoc est absurdum; parère eos, qui ad imperandum sunt nati; &, per hypothesin, incomparabili quadam ratione meliores, aptioresque ijs, quorum imperio subijcerentur. [i] Præterquam autem quòd ex se absurdum pateat; etiam confirmatur collatione: simile enim esset, ac si Dij reliqui æquum censerent, postularentque ridiculè, vt vices imperij gerendi diuiderentur, veniente in sortem Ioue optimo maximo; qui vnicuique aliorum suo tempore sic parêret; sicut ei ipsius tempore parêrent alij. ita nanque vnius quidem Iouis virtutem, potentiamque imperandi esse virtute, potentiaque reliquorum simul omnium Deorum, atque Dearum, & mundi vniuersi longè, ac longè maiorem comprobat vnà cum consensu cunctorum sapientum aurea illa cathena ab Homero in octauo libro Iliados descripta: quemadmodum virtus, & potentia imperandi virorum, de quibus loquimur, ponitur à nobis longè, ac longè maior virtute, & potent â aliorum omnium eiusdem ciuitatis hominum simul congregatorum. [k] Ex gemina ista dubitatione colligitur per locum à partibus propositorum quæsitorum solutio. nam si neque abijciendi sunt tales viri, neque pro ciuibus retinendi: profectò retinendi erunt pro nō ciuibus: pro regibus ergo, & principibus perpetuis ciuitatum summa cum auctoritate; qui nunquam alius cuiuspiam imperio sint subijciendi; sed ipsis cuncti alij vltro se submittant, & per totam eorum vitam libentissimè obediant. [l] Confirmatur hæc solutio argumento à vera causa imperandi, & parendi. naturâ enim ita est comparatum; hoc ratio dictat; & vrget vis naturalis, nec in hominibus solùm, sed etiam in brutis, & in omnibus alijs rebus, in quibus per se sunt imperans & parens; hoc est in omnibus ijs, quæ ex multis factæ sunt vnū; vt semper imperet, quod est præstantius, & melius; pareat, quod est deterius. quod quidem in capite decimo primi libri fuit declaratum.

Margin notes: Non sunt pro ciuib⁹, & in ciuium numero habendi, & retinēdi. — Retinendi ergo pro non ciuibus, idest pro veris regibus, & optimatibus perpetuis sūma cum auctoritate. — Cōfirmatur hoc theorema ex vera causa imperandi, & parendi. — h.i. — h. — i. — k.m.n. — l.

SCHOLIA.

[a] In optima republica. *In ciuitate, & populo idoneo, in quo aliqua rectæ reipublicæ forma instituatur: vel etiam in ciuitate, in qua iam est instituta forma respublicæ propriè sic appellata. Nam si de ciuitate optimam formam reipublicæ, regiam, optimatumue habente accipi hæc simpliciter velis: quomodo erunt in ea viri tam valde præstantes, præter reges, aut optimates? & quomodo concludetur illos tam valde præstantes esse creandos reges, & principes ciuitatis, quibus omnes pareant: si in ea ciuitate sunt reges, & principes tales, qui nemini parère debent, sed omnibus imperare? non est ergo in ea vera respublica regia, nec optimatum.*

[b.c.] Et aliorum bonorum præstantiâ, vt roboris, &c. *Quæ pertinent ad potentiam ciuilem de qua dictum est in tex. 90.*

[d & inde post] Sed si quis extiterit præstans virtute, &c. *Hæc eadem pene omnia repetentur infrà*

Margin notes: Respublica optima quæ hîc. — Potentia ciuilis indicata. — Loci similes:

tur infrà in tex. 137. & 139, ubi de regni bonitate quæstio decidetur. & ibi cætera quæ annotanda videbuntur, annotabimus.

Præstans virtute. *Tam valde præstans, quàm dictum fuit in tex. 95. præstare oportere: vt scilicet reliquorum omnium virorum eius ciuitatis virtus non sit cum virtute huius comparabilis.*

Præstans virtute quid hic.

g & inde. Non enim certè dicerent, &c. *Citabit hæc Philosophus in tex. 137.*

h. Atqui neque imperandi tali. *Repete.* { debere dicerent. }

i. Simile enim esset, &c. *Alterum argumentum ductum à repugnantibus ad hanc eandem rem confirmandum afferetur infrà in tex. 137.*

Si Ioui se imperare, &c. *Dij reliqui, subaud.*

k. Vt omnes tali viro, &c. { Si aliqui existerent } *dicebat Philosophus in tex. 55 libri primi* { qui tantum præstarent solo corpore, quantum Deorum imagines præstant; omnes dicerent dignos esse, vt reliqui ijs seruirent. si autem in corpore hoc verum est, multo iustius fuerit in animo, &c. }

Libenter pareant. *Nullum igitur periculum seditionum: si libenti animo, volentesq́ parebunt. Nec putabunt se inhonoratos, quia honorem tali viro tribuant, sintq́ ei maximè obedientes; imo plurimum honoris habere ex eo, quòd vir talis ipsis imperet, & sit eorum rex: sicut non putant homines se, aut alios in Deo colendo priuari honore, sed tanto magis honoratos esse, & honorabiles, quanto eum magis colunt. instar Dei autem inter homines est hic vir supra humanam conditionem virtute præditus, qui pro rege nobis proponitur.*

Duæ difficultates, quæ regiæ reipub. tex. obijci possent, exclusæ.

l. Ita vt tales viri sint reges, &c. *Ex ijs, quæ suprà in cap. decimotertio, & in isto decimoquinto, præsertim in hoc textu, exposita sunt, clarè liquet, quæ sit sententia Philosophi de præferenda republica propriè sic nuncupata regia, & optimatum, vel his illi anteponendis. Vult enim tribuendam esse summam potestatem in omni ciuitate, quæ optima, beatissimaq́ pro captu suo sit futura, vniuersæ totius eius ciuitatis virtuti, cui nihil ex tota ea addi omnino possit, idest ijs hominibus, vel ei homini esse tribuendam, in quo, vel in quibus vniuersa illa adsit. Quamobrem si vnus aliquis exstat, possitue exsistere, excellentissima virtute, omnibusq́ numeris absoluta supra conditionem, & naturam humanam præditus; talis demum, vt iuncti cum eo omnes homines ciuitatis non maiorem vlla ex parte virtutem faciant, sed potiùs illam illius, perfectissimam per se solam, & radiantem, videantur quodammodo obscurare, quia sit conditionis, & naturæ diuersa ab ipsorum virtutibus: huic vni tradendam esse omnem ciuitatis potestatem: qui solus consilio suo, quod erit quàm optimum, & à perfectissima profectum prudentia, nunquam corrigi, nunquā mutari in melius posset, res omnes ciuitatis tam belli, quàm pacis tempore dirigat; omnes suo arbitratu, quibus voluerit, mandet magistratus, & procurationes publicas, mandabit enim maximè idoneis, omnia iudicia reddat, vel constituat eos, per quos alia, & alia sint reddenda: atque hunc sanè verum, & ex iure naturali legitimum regem fore. Similiter si extiterint fortè aliqui pauci, in quibus sit eadem virtus, cui nihil desit, supra humanam conditionem perfectissima, & fulgentissima: hisce paucis totam rempublicam esse committendam: quæ optimatum vera eodem modo respublica erit. At fortasse in neminem vnum tanta, & tam excellens virtus, in qua nihil omnino sit desyderandum, cadere unquam potest: certè eius exemplum ab omni vetustate nullum extat, quod synceri, & fide digni testes commendarint. Cyri enim, Alexandri, Antonini, Augusti quàm procul ab hoc splendore? quot vitia in illis cum paucis vmbris virtutum? Fortasse etiam potest cadere: siquidem cadit in totum genus humanum, dispersa, ac diffusa varijs particulis per homines singulos. & fortè Hercules, Bacchusq́ tales fuerunt. Vtcunque sit, seu*

Respublica, quæ propriè sic dicitur, cum regia, & cum optimatum republica de sententia philosophi comparata.

Pro quo bono, & quibus hominibus tribuendus ciuitati optimæ, & beatissimæ pro captu suo futuræ dominatus.

Rex verus quibus in ciuitatibus, & qui vir creandus.

Optimates veri quibus in ciuitatibus, & qui viri creandi.

Virtus uniuersa, omnibus numeris absoluta verum cadere in vnum aliquem virū possit.

Regiam rempublicā,

& rempublicam optimatum veras, ac simplices quas vocet philosophus; & quas nothas, ac mixtas.

sit; seu cadat aliquando Dei beneficio, seu non cadat in vnum hominem virtus vniuersa; solas hasce veras, simplicesq́; respublicas, regiam, & optimatum vocat Philosophus; illam, in qua vnus tantum; istam, in qua pauci quidam, qui imperarent, haberent vniuersam, & omni ex parte perfectam virtutem. caeteras, quae tum regiae, tum optimatum appellentur, vbi uel unus, uel pauci, licet optimi omnium, suae quique ciuitatis, uirorum, non habentes tamen perfectam, & vniuersam uirtutem, sed cui aliquid desit, possitq́; ex reliqua ciuitate suppleri, imperium teneant; censet esse nothas & mixtas; nominari autem illas optimatum, has regias ex eo, quod plurimum in utrisque cernatur. Itaque quibus in ciuitatibus, & populis diuini eiusmodi uiri, & plusquam homines, non reperiuntur, inter quorum uirtutes, virtutesq́; reliquorum nulla sit proportio, nulla possit fieri comparatio, proptereaquod sint quasi generum diuersorum virtutes: in unaquaque earum ciuitatum tribuendam esse uniuerso populo summam potestatem, & arbitrium reipublicae, ita ut omnes adhibeantur, praestantes uirtute, & non praestantes, diuites, & pauperes, nobiles, & ignobiles, in comitia magistratuum, melioribus semper mandandorum, & ad quaedam alia consilia, & iudicia, ut dictum est suprà in secunda parte capitis decimitertij: quae est respublica propriè sic nominata. quanquam enim alij alijs sunt meliores, & unus aliquis etiam esse optimus omnium propositae ciuitatis possit: tamen quia nemo habet uirtutem uniuersam, sed imperfectam, cui aliquid deest; erit aliorum omnium uirtus cum uirtute istorum meliorum, aut istius optimi comparabilis, idest ad extremum erunt particulae aliquae uirtutis, quae huic optimo, aut istis melioribus desunt, in illis reliquis minùs bonis. praestantiorq́; idcirco erit, & maiorem uirtutem habebit uniuersus populus coactus, & congregatus, quàm pauci quidam meliores, aut unus optimus de ipso: quod declaratum est suprà in tex. 75, 80, 82.

Quibus in ciuitatib', ac populis tribuenda sit populo vniuerso summa potestas, & constituenda respublica propriè sic nominata.

Quoniam ergo aut uix, aut nunquàm reperiuntur ullo in populo uiri diuini, suprà humanam conditionem, & naturam perfectissimà, integraq́; uirtute splendentes: praestat multis de causis, ut scribet Philosophus infrà in septimo libro, instituere in ciuitatibus, bene, beateq́; uiuere uolentibus, respublicas propriè sic appellatas, ueras, & simplices; ut uicissim ciues imperent, & pareant, committanturq́; melioribus semper, prout se ostenderint, & uirtutis suae specimen dederint, maiores magistratus; quàm nothas, & mixtas uel regias, uel optimatum, ijsdem hominibus per omne uitae suae tempus partim parentibus, partim imperantibus. Exquisità ratione igitur, ut loquitur Plato in primo lib. de Repub. praeferenda esset regia respublica, & respublica optimatum ei reipublicae, cui propriè nomen hoc tribuitur: si unus nimirum, aut pauci, tanquam Dij inter homines, perfectissimà virtute praediti usquam existerēt, quibus illae essent committendae. uerùm ut res nostrae se habent, nusquam apparentibus diuinis hisce viris; anteponendae sunt respublicae, quae propriè sic nominantur, suntq́; uerè, ac simpliciter tales, nothis, & mixtis ijs, quas regias, & optimatum vulgò appellant. Porrho autem quae in hoc textu, & in superioribus de uero rege Philosophus tradit; esse eū supra humanā conditionem, & naturā uirtute excellentissimum, tanquam Deum inter homines, oportere; & libenter tali uiro caeteros obtemperaturos; sumpta sunt è Platonis Politico: ubi utrunque asseritur. Ad primum inducendum narrat ille fabulam de Saturni regno: sub quo hominum pastor, & rex Deus fuerit. subiungit: quemadmodum homines, quorum natura est diuinior, caeterarum animantium pastores, & rectores sunt; ita hominum reges conuenire, ut natura diuiniori sint praediti, quàm sint ij, qui ab illis reguntur. De secundo inquit, regium imperium nihil habere uiolenti, sed sponte subijci, parereq́; eos, qui parent. noster pro ἑκουσίως, pro sponte, dixit ἀσμένως, idest libenter; quod plus est, quàm sponte: addit enim ad illud iucunditatem, & alacritatem animi.

Cap. 14. (right margin)

num. 31. (right margin)

Regia respublica, & respublica optimatū exquisita rōne ei reipublicae, quae propriè sic nominatur, antefer[en]da sunt; pro usu autem ciuitatum haec illis, idest vera, ac simplices illae, vbi institui possent, esset huic anteferendae; haec vera, & simplex anteferenda est illis mixtis, & nothis.

Haec, quae tradit philosophus de uero rege (debere eum supra humanam conditionē esse virtute excellentissimum, tanquā Deū inter homines, & libenter caeteros ei obtemperaturos) sumpta sunt de Platonis Politico.

Libenter plus est, quàm sponte.

Secundę

* [Series aſi tex. 38.]

Secundæ formæ reipublicæ: earumque bonitas, & prauitas

Diſceptationes quinque: vna huius libri, quæ ipſius quarta, & vltima eſt, & quatuor priores libri ſequentis.

Secundæ formæ rerumpublicarum, in quas primæ, ſuprà in diſputatione ſecunda expoſitæ, vtcunque diuiduntur, ideſt partim ex natura rei, partim ex loquendi vſu: earumque omnium bonitas, & prauitas tam ſimpliciter hoc eſt quæ bona, quæ praua, ſeu iuſta, & iniuſta, vtilis, & damnoſa ſit ciuitati, quàm comparatè, quæ magis, quæ minùs, quæ maximè bona, aut praua; hoc verò triſariam, referendo ſcilicet vel ad ciuitatem ſimpliciter, tandemque ad beatam ciuitatem, qualis maximè ad votum prudentis hominis foret, vel ad certa genera ciuitatum, vel ad vſum ciuitatum communem. Diſputationes quinque; vna huius; quatuor libri quarti. Textus centeſimus ſecundus, & ſequentes, vſque ad quintam libri quarti diſputationem.

Scholium in Argumentum harum quinque diſputationum.

VNAQVAEQVE primarum ſex formarum reipublicę, regnum, ariſtocratia, reſpublica propriè appellata, oligarchia, democratia, tyrannis, in alias rurſus formas, vel potiùs modos diuiduntur. quorum quidem modorum ſinguli tantùm ſingularum earum formarum ſunt pleni, ſimplices, primi: cæteri omnes diminuti, mixti, ſecundarij. Et porrho trium rectarum, regni, ariſtocratiæ, reipublicæ propriè appellatæ omnes alij præter ſingulos vniuſcuiuſque non ſolùm ſunt poſteriores, & mixti, & diminuti; ſed prorſus nothi, ideſt aberramenta quædam à verè rectis; atque ex ſimilitudine, vſuque loquendi regni, ariſtocratiæ, reipublicæ propriè vocatæ nominibus nuncupati. ſunt autem recti verè modi, qui ijdem ſunt ſimplices, & primi, & pleni, ſinguli duntaxat in ipſis ſingulis; proptereaquòd rectum, bonumque ſimpliciter in omni genere rerum eſt vnum ſolùm; malum multiplex. Cæterùm hæc ex ipſa oratione Philoſophi legentibus quinque diſputationes ſequentes clariora euadent. Bonitas verò, & vnitas rei perinde, ac forma ad eſſentiam, & ad eſſentiam quidem formalem referuntur. idem enim ſunt fundamento, licet ratione differant, inter ſeque reciprocantur, rem eſſe, & vnam, bonamq; eſſe: quod alibi eſt declaratum. quamobrem ne mireris, ſi nos iſta omnia, quę in his quinque diſputationibus tradentur, vnà cum ijs, quæ in duabus ſuperioribus tradita ſunt, formalia reipublicæ vocauerimus.

Diuiſio rerumpublicarum in formas ſecundas, ſeu modos primarum.

Cur ea omnia, quæ duabus ſuperioribus diſputationibus, tribuſque ſequentibus traduntur: formalia reipublicæ vocentur ab Auctore.

A

Secundæ

A

Secundæ formæ rerumpublicarum, vel potiùs modi, in quos primæ à nobis appellatæ formæ vtcunque diuiduntur expositi: atq; omnium qui optimus sit, quiq; deinceps meliores, ac deteriores cùm ciuitati simpliciter, tandemque beatę futuræ ciuitati, tum certis ciuitatum generibus, declaratum. Disputationes quatuor: vna, quæ huius libri est postrema, & tres priores libri quarti.

E secundis formis rerumpublicarum, vel potius modis, in quos primæ à nobis appellatæ formæ vtcunque diuiduntur, qui optimus, & qui deinceps meliores, ac deteriores ad vsum communem ciuitatum, ostensum.

*

Disputatio quarta libri quarti.

- *Regij principatus formæ, siue modi; & bonitas ad ciuitatem simpliciter, & ad certa genera ciuitatis. Disputatio quarta libri tertij. ——— Cap. xvi.* Tex. 102.
- *Introductio in ea, quæ in hoc proprio de Republica tractatu, vsque ad exitum libri sexti pertinente, dicenda restant. Disputatio prima libri quarti.*
- *Rerumpublicarum monarchijs oppositarum, id est quæ à pluribus vno reguntur, democratiæ scilicet, oligarchiæ, aristocratiæ, reipublicæ sic propriè appellatæ formæ, seu modi explicati: & istarum bonitas; illarum prauitas maior, & minor partim expressa, partim saltem indicata. Disputatio secunda libri quarti.*
- *Tyrannidis formæ, seu modi expositi: & prauitas eorum maior, & minor clarè notata. Disputatio tertia libri quarti.*

Disputatio quarta libri tertij.

† Regij principatus modi, & bonitas ad ciuitatem simpliciter, & ad certa genera ciuitatis. Quinque modi explicati. Iidem inter se, & quintus ipsorum, qui solus est verus, simplex, omnibusq; numeris absolutus, cum dominatu ex optimis legibus, cumq; optimatum, & cum totius populi, quam propriè rempublicam appellamus, principatibus, quis melior, hoc est quis iustior, vtiliorq; ad ciuitatem simpliciter, tandemq; ad beatam futuram ciuitatem, & ad certa genera ciuitatis, comparati. Capita huius disputationis nouem, Decimumsextum, & sequentia per totum librum. Textus nouem & triginta, 102, videlicet, & sequentes, vsque ad exitum libri. †Tex.102.138

A

Propositio

A { —Propositio, causa, & series deinceps in hoc libro dicendorum. —— Cap.xvi. tex.102.
—Pars prima quartæ disputationis, quæ est de modis regij principatus. —— Cap.xvij.tex.103.
—Pars secunda quartæ disputationis, quæ est de bonitate, seu iustitia, & vtilitate regij principatus. —— } Cap.xviij. & tres sequen. tex. iii.
—Conclusio huius quartæ disputationis per commemorationem eorum, quæ sunt explicata. —Cap.xxij.tex.138.
—Appendix, vel, si hoc malis, tertia pars quartæ disputationis: De disciplina, & moribus futuri veri regis; vnaque futuri veri optimatis, à vero rege excellentiâ virtutis minimè differentis. —— } Cap.xxiij.tex.139.
—Continuatio ad ea, quæ in hoc proprio de Republica tractatu restant dicenda. —— Cap.xxiv.tex.140.

CAPVT DECIMVMSEXTVM. TEXTVS CII.

Argumentum Textus CII.

b.d.e.f.g.i. c. a.h. [b] *Propositio,* [c] *causa, &* [a] *series deinceps in hoc libro dicendorum.*

[a] Fortasse autem rectè habet, post expositas disceptationes, procedere, [b] & de regno consyderare. [c] dicimus enim rectarum rerumpublicarum hanc vnam esse. [d] Consyderandum est autem, utrum probè administrandæ, incolendæque & ciuitari, [e] & regioni conducat, regali subijci imperio; [f] an non, uetùm alij alicui reipblicæ magis; [g] an quibusdam quidem conducat, quibusdam verò non conducat. [h] Sed primùm explicasse oportet, [i] utrum unum sit genus ipsius, an plures habeat differentias. Tex.102.

[a] Ἴσως δὲ καλῶς ἔχει μετὰ τοὺς εἰρημένους λόγους μεταβλῆναι, [b] καὶ σκέψασθαι περὶ βασιλείας. [c] φαμὲν γὰρ τῶν ὀρθῶν πολιτειῶν μίαν εἶναι ταύτην. [d] σκεπτέον δὲ, πότερον συμφέρει τῇ μελλούσῃ καλῶς οἰκήσεσθαι καὶ πόλει, [e] καὶ χώρᾳ βασιλεύεσθαι· [f] ἢ οὐ, ἀλλ' ἄλλη τις πολιτεία μᾶλλον· [g] ἢ τισὶ μὲν συμφέρει, τισὶ δ' οὐ συμφέρει. [h] δεῖ δὲ πρῶτον διελέσθαι, πότερον ἓν τὸ γένος ἐστὶν αὐτῶν, ἢ πλείους ἔχει διαφοράς.

EXPLANATIO.

b. d.& inde. [b] Materia huius disputationis regnum erit. [d] Non tamen omnia eius percurrentur attributa: neque enim quæ ad constituendum, conseruandum, mutandum ipsum pertinent. Sed duo tantum de eo nunc tractabuntur. [d] Vnum, consilio, & instituto prius: Vtrum [d] ciuitati simpliciter, quod idem est, atque vtrum cuiuis ciuitati probè administrandæ, [e] aut potiùs regioni, vt in ea probè incoli, ciuitasque beata consistere possit (quippe ciuitas impropriè ante constitutam rempublicam nominantur) vel & [d] ciuitati, [e] & regioni, hoc est tam vni, quàm multis ciuitatibus in vnum quasi corpus conflatis, quod regionem, & prouinciam appellant, expediat simpliciter, regium principatum in eam introduci; [f] &, comparatè, vtrum magis expediat ciuitati, & regioni cuiuis, introduci in eam

De regno deinceps in hoc libro consyderandum. Quærenda de illo duo ad essentiam formalem ipsius pertinentia; & quis inter ista ordo cum propositum, tum doctrinæ. Vnum: Bonitas, siue iustitia, & vtilitas.

hunc, quàm quemuis alium principatum: [g] an quibusdam regionibus,& ciuitatibus probè incolendis,ac gubernandis conducibilis sit regius principatus; quibusdã aduersus hic, & commodior aliquis alius. Alterum, de quo [h] priori loco tractabitur, propterea quòd sine eo tractari primum, dissoluique omnino non potest, est hoc: [i] Quot, & qui sint regij principatus modi. [h] Hæc igitur series, hic ordo inter se harum duarum disputationis partium: quibus quidẽ addetur, quasi appendix, in exitu tertia, de disciplina, & moribus futuri regis. [a] At seriem vniuersæ huius disputationis ad reliquas, essentiam regni formalem propriè attingentes, hanc esse arbitror: vt post primas formas rerumpublicarum, meditationesque ad eas pertinentes, quas secunda, & tertia huius libri disputatio explicarũt; de formis secundis, seu de primarum formarum modis posthac differatur; & priùs de modis regiæ reipublicæ, quàm de modis aliarum. [c] Causa verò, cur de his differendum, & cur hoc loco differendum, illa est: quòd regia respublica est vna, & optima quidem trium rectarum, quoniam igitur respublica est, & recta respublica: de eius modis exponi oportet, quom de aliarum modis exponitur, secundùm ea scilicet, quæ suprà sunt disputata. & quoniam est optima rectarum; optimumque semper est perfectissimum, cæterorumq; regula, ac mensura in vnoquoque genere: ante aliarum modos modi eius sunt consyderandi. † Accedit ad hanc causam, quòd in extrema parte superioris disputationis, per dubitationis cuiusdam solutionem, veri, & integri regni iacta sunt fundamenta.

Alterum: Medi.

Tertium addetur quasi appendix, educatio futuri regis.

Series huius & reliquarum disputationũ essentiam formalem reipublicæ propriè attingentium.

Seriei, & ordinis huius causæ.

SCHOLIA.

2 Consyderandum est autem, &c. *Similem huic propositioni, conclusionem inuenies in tex. 138. Quæ autem in libro quarto, vbi Philosophus disputationem hanc citat, addit ad ea, quæ in istis, propositione, & conclusione persequitur, videntur; discrimina scilicet regni, & aristocratiæ; & quando regnum sit existimandum; & quod; & vnde; & quomodo constituendum: sunt eum his copulata, & vnà cum ipsis necessario declarabuntur, vt in progressu apparebit.* d. per totum. Cap. 1. & 10.

Vtrum conducat, regali subijci imperio, &c. *In quæstionibus de bonitate cuiusque principatus duo semper sunt, quæ quæruntur, iustitia, & vtilitas. Sed Philosophus noster breuitatis fortasse nimis studiosus rarò vtrunsque simul meminit, vt infrà in tex. 133, & 134; sæpenumero alterius tantum, modo iustitiæ, vt in tex. 119, 120, 124. 137; modo vtilitatis, ut in hoc, & in 111, & 113, & 138. itaque tu ubi alterum solùm exprimitur, alterum in eo comprehendi intelligito. sunt enim naturâ coniuncta, nec separari alterum ab altero potest: quum sint idem re, differant sola ratione. sed de his posteà.* e. & seq. In comm. 138. & 137.

Propositio huius loci perfecta.

[e] In quæstionibus de bonitate principatuum, seu modorum reipublicæ quæ quæruntur.

* [Series aũ tex. 102.

Regij principatus modi.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Pars prima quartæ disputationis.

De modis Regij principatus. Quinque numerati: vnus, qui nouissimus, verus, simplex, perfectus: quatuor priores nothi, diminuti, mixti; tandem nomine, non re principatus regij. Textus octo; à 103. ad 111.

Scholium in Argumentum huius capitis.

† Tex. 110. PRINCIPATVS regius, alio nomine regnum, verum, simplex, perfectum est principatus, seu imperium vnius viri ex virtute perfecta optimi in parêre volentes, & longe inferiores virtute, cum libera rerum omnium, perpetuaque potestate, atque ideo non ex legibus quidem, sed ex sua propria sententia (quæ, virtute, prudentiáque summâ quum nitatur, est lex omnium præstantissima) siue consentiant, siue non consentiant cum ea leges positæ, ad vtilitatem suorum ciuium ciuitatem, totamq; regionem administrantis. Hoc solum esse verum regnum liquet ex ijs, quæ in parte extrema superioris disputationis, & in disputatione secunda dicta fuerunt: magisque liquebit ex ijs, quæ deinceps dicentur. Vocantur tamen præter hoc regna etiam vbicunque vnus aliquis, qui tyrannus prorsus non sit, idest qui in volentes, non in inuitos, lege, suffragijsúe imperium, & summam potestatem aut absolutam rerũ omnium, aut præfinitam certis rebus, locis temporibus obtinuerunt. Et vocantur quidem hoc nomine ex his notis, similitudinibusque veri regni: quòd à volentibus tribuatur imperium; quòdque summum, & absolutum imperium sine prouocatione vlla tribuatur vel in omnibus, vel in quibusdam saltem rebus. cæterùm notha, & adulterina, hoc est partim diminuta, partim mixta tyrannide, non vera, & iusta regna illa sunt. In quatuor autem ad summum modos concluduntur. quorum primus, & quartus imperium diminutum habent: secundus, & tertius tyrannide admixtum. Primus igitur modus est; si vnus aliquis aut hæreditario iure ex certa lege, quemadmodũ olim in Spartana republica; aut etiam electione, & suffragijs, vt nostro tempore apud Polonos, cum perpetua, & summa omnium rerum in bellicis expeditionibus potestate imperium acceperit. Secundus, cuiusmodi extat apud quosdam barbaros; si vnus iure hæreditario ex certa lege summam, & perpetuam omnium omnino rerum potestatem habeat. Tertius, qui apud antiquos Græcos floruit, vocabaturque Aesymnetia; si suffragijs permittatur alicui vni, vel per totam eius vitam, vel ad certum tempus, aut omnium rerum, aut præfinitarum summa, & absoluta potestas. Quartus, priscorum, heroicorumque temporum proprius; quom populi eos, à quibus maximum aliquod beneficium accepissent, eorumq; liberos, & posteros suffragijs, legeque reges sibi creabant cum libera, & absoluta in bellicis expeditionibus, in causisque ciuium dijudicandis pote-

Margin notes: † Tex. 104. (beside "habent: secundus"); † Tex. 105. (beside "pore apud Polonos"); † Tex. 107. (beside "mam, & perpetuam"); † Tex. 108. (beside "Quartus, priscorum").

Regni veri, simplicis, perfecti definitio.

Aliorum, quæ regna vocantur, nec verà sunt regna, sed notha idest diminuta, & mixta, descriptio quędã.

Cur regna vocentur hæc regna notha: & quæ sint ipsis cum vero regno communia.

Distinguuntur, exponuntur, ac quasi desciuntur singuli modi regni nothi.

Primus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Similitudines horum quatuor modorum regni nothi, & inter ipsos, & cum vero regno.

ſtate. Horum quatuor modorum communia ſunt ea, quibus ipſos vero regno eſſe ſimiles diximus: quòd à volentibus, hoc eſt lege, ſuffragijsúe conferatur imperium: & quòd abſolutum imperium vel in omnibus, vel in quibuſdam certis rebus, locis, temporibus conferatur. Adde his tertium; tribui tale imperium per totam vitam, niſi quibuſdam Aeſymnetis, quibus tribuitur ad certa tempora. Et quartum: videri, quoniam ex lege, ſuffragijsúe in volentes imperium obtineatur; exercitum iri illud ad parentium vtilitatem ab imperantibus; nemo enim ſponte damnum ſuum vellet. hoc tamen in primo, quartoque modo cernitur non ſemper; in ſecundo, & tertio aut nunquam, aut rariſſimè. Differunt

Differentiæ horũ quatuor regni nothi modorum à vero, & inter ſe.

autem à vero regni modo quatuor iſti adulterini; primùm omnes, quoniam in nullo iſtorum optimus, præſtantiſſimusque perfecta virtute vir imperet (quod quidem veri regni ſummum eſt caput, à quo cætera proficiſcuntur) ſed quiſquis fuerit ex conditionibus paulo antè expoſitis: deinde quòd in nullo ad parentium vtilitatem ſemper imperetur. Differunt ab eodem vero primus, & quartus, & aliquando tertius modus: quòd certis rebus, temporibus, locis aſtrictam, non abſolutam omnium ſummam poteſtatem reges illi habeant. Contrà, quòd nimis ſolutam, hoc eſt, non ſolùm à legibus, ſed etiam à perfectæ prudentiæ, virtutisq; freno liberam, libidine ſua exerceant, ac retineant, tyrannicę, & dominicę ſimilem; differunt à vero tertius aliquando, & ſemper ſecundus modus. Quòd poteſtatem non perpetuam accipiunt, ſed temporariam, differunt à vero quædam Aeſymnetiæ. Tandem, quòd ſint imperia hæreditaria, ſiue ex genere, & gentilitia, à vero diſcriminantur ſecundus, & quartus, & aliquando primus modus. Et inter ſe diſtinguuntur hi modi adulterini: primus, & quartus; quòd ampliorem hic habeat poteſtatem: ambo à ſecundo, & tertio; quòd ſecundus, & tertius obtineant multo maiorem, & diuerſi generis, quippe tyrannicam, & dominicam: tertius à ſecundo, quòd non ſit hæreditarium imperium; & ab omnibus, quòd ſit tyrannis ſuffragio delata. Verũ hæc omnia fuſiùs ſuis locis à Philoſopho explicabũtur.

Multos regij principatus modos eſſe, confirmatur bifariam. — Tex. 103.
Vnus regni modus: cuius exemplum apud Lacedæmonios. — Tex. 104.
Alter regni modus: cuius exempla multa apud barbaros. — Tex. 105.
Concluſio de duobus hactenus expoſitis regni modis. — Tex. 106.
Tertius regni modus: cuius exemplum in vocatis Aeſymnetis. — Tex. 107.
Quartus regni modus: cuius exemplum in regnis, quæ heroicis, hoc eſt priſcis temporibus fuerunt. — Tex. 108.
Epilogus, ordine permutato, quatuor expoſitorum regni modorum: & breuis vniuſcuiuſque eorum quaſi definitio. — Tex. 109.
Quintus regni modus, qui ſolus eſt verus, & perfectus. — Tex. 110.

Regij

Argumentum Textus CIII.

[b] Regij principatus modos multos esse, bifariam confirmatur: [a] primum ab euidentia: [c] deinde à causa vera, & perfecta.

[a] Facile igitur hoc quidem est intelligere, [b] pluraq; esse eius genera, [c] & imperij modum non esse unum omnium. Tex. 103.

[a] Ῥᾴδιον δὴ τοῦτό γε καταμαθεῖν, [b] ὅτι πλείω τὰ γένη ταύτης, [c] καὶ τῆς ἀρχῆς ὁ τρόπος ἐστὶν οὐχ εἷς πάντων.

EXPLANATIO.

Prima confirmatio: [a] Palàm est, & nullo negotio perdiscitur, multos esse regni modos. Confirmatio secunda: [c] Eorum, qui reges appellantur, non vna, sed multæ, differentesq; ad modũ imperij, & potestatis rationes funt: nam alij ad publicam, alij ad priuatam imperant vtilitatem: & alij absolutam, alij astrictam legibus; alij maiorem, alij minorem; alij perpetuam, alij temporariam; alij paternam, alij dominicam potestatem obtinent, & exercent: in imperio autem, ac potestate summa principatus consistit; qui propterea, variatis illis, variatur.

Multos esse regni modos, facile intelligitur.

Eorũ, qui reges appellantur, multę, differentesq; imperij, & potestatis rationes sunt.

Variato imperij, potestatisque modo, modos principatus variatur.

Argumentum Textus CIV.

Unus regni modus, diminutus tam [a] potestate, & [b] imperio, quàm regum virtute: [c] cuius exemplum apud Lacedæmonios.

[a] Nam quod in Laconica est republica, [b] videtur quidem esse regnum maximè eorum, quæ sunt ex legibus. [c] non est autem in eo summa rerum omnium potestas; [d] sed quom è regione exiérit, [e] eorum, quæ ad bellum pertinent, penes ipsum est arbitrium. [f] præterea verò res diuinæ commissæ sunt regibus. [g] Hoc igitur regnum est tanquam militaris quidam principatus [h] ex eorum numero, qui suo arbitratu res gerunt: [i] atque is perpetuus. [k] Necandi enim liberam facultatem non habent, [l] nisi in quodam regno: [m] quemadmodum apud antiquos in bellicis expeditionibus [n] quom manus consererentur. [o] declarat autem hoc Homerus: [p] nanq; Agamemnon, in concionibus quidem malè audiens, ferebat: [q] exeuntibus autem etiam necandi ius, & arbitrium habebat. inquit igitur. Tex 104.

Quem

[t] *Quem procul à pugna, &c.*

Effugiet non ille canes, non ille volucres.

[v] *Me penes arbitrium nanque est necis.*

[t] Vna igitur est hæc regni species: [u] militaris principatus per totam vitam. [x] Horum autem alia quidem ex genere sunt: [y] alia verò ex electione.

[a] Ἡ γὰρ ἐν τῇ λακωνικῇ πολιτείᾳ, [b] δοκεῖ μὲν εἶναι βασιλεία μάλιστα τῶν κατὰ νόμον. [c] οὐκ ἔστι δὲ κυρία πάντων: [d] ἀλλ᾽, ὅταν ἐξέλθῃ τὴν χώραν, [e] ἡγεμών ἐστι τῶν πρὸς τὸν πόλεμον. [f] ἔτι δὲ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἀποδέδοται τοῖς βασιλεῦσιν. [g] αὕτη μὲν οὖν ἡ βασιλεία οἷον στρατηγία τις [h] αὐτοκρατόρων: [i] καὶ ἀΐδιός ἐστι. [k] κτεῖναι γὰρ οὐ κύριος, [l] εἰ μὴ ἔν τινι βασιλείᾳ: [m] καθάπερ ἐπὶ τῶν ἀρχαίων ἐν ταῖς πολεμικαῖς ἐξόδοις ἐν χειρὸς νόμῳ. [o] δηλοῖ δ᾽ ὅμηρος. [p] ὁ γὰρ ἀγαμέμνων κακῶς μὲν ἀκούων ἠνείχετο ἐν ταῖς ἐκκλησίαις: [q] ἐξελθόντων δὲ καὶ κτεῖναι κύριος ἦν. λέγει γοῦν.

[r] Ὃν δὲ κ᾽ ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης: —οὔ οἱ.

Ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας, ἠδ᾽ οἰωνούς.

[s] Πὰρ γὰρ ἐμοὶ θάνατος.

[t] Ἓν μὲν οὖν τοῦτ᾽ εἶδος βασιλείας: [u] στρατηγία διὰ βίου. [x] τούτων δ᾽ αἱ μὲν κατὰ γένος εἰσίν, [y] αἱ δ᾽ αἱρεταί.

Var. Lect. Αὐτοκρατόρων. *Putauit aliquando Victorius mendosum esse locum, scribique debere* αὐτοκράτωρ. *sed nulla ratione.*

Ἐν χειρὸς νόμῳ. *Gencsius putat legendum* ἐγχείρῳ νόμῳ. *contra quem Victorius rectè. Significat autem* ἐν χειρὸς, *siue* ἐν χειρῶν νόμῳ, *consertis manibus, & in ipsa pugna, qua loquutione historici passim vtuntur.*

Ὃν δὲ κ᾽ ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης. *In Aldino perperam additur* φεύγοντα νοήσω. *nam Homerus, vt hic.*

EXPLANATIO.

Definitur primus modus conditionibus quibusdam potestatis, creationis, administrationis regû eius. Potestas regum huius modi, rebus locis, viendi temporibus et ætate, durationis tempore ampla. Creatio, & administratio huius modi regû maximè à legibus pendens. Diuiditur hic modus, quod alibi ex successione, alibi ex electione. Declaratur magna quæ hic sit potestas, & quale imperium, siue quæ his administratio regum huius modi per similes administrationem, & potestatem. Diuinarum rerum cura adiuncta regibus huius modi.

[a] DEFINITVR hic modus [c] summâ, [i] & perpetuâ in bellicis expeditionibus, extra ciuitatis fines, eorum omnium, quæ ad bellum, militiamque referuntur, [l] illo ipso tempore, quò bellum geritur, potestate: [h] & quòd sit maximè cũctorum regnorum ex legibus, tam quod ad constitutionem regum, quàm quod ad gubernationem pertinet. [x] Diuiditur per differentiam constitutionis: quòd certâ lege alibi familiæ iure, alibi suffragiò mandari soleat. [g] Declaratur, quales sint, quæ propositæ fuerunt, summa regum istorum potestas, atque administratio, per potestatem, administrationemque similem, [g] quas exercituum duces, libero rerum gerendarum arbitrio sibi permisso, habent; [m] & quas antiqui habebant imperatores: [o] id quod Homeri testimonio confirmatur, & illustratur. [f] Adiungitur ad talem potestatem hisce regibus cura tam domi, quàm foris rerum diuinarum.

SCHOLIA.

Lacedemoniorum regno simile nostris têporibus Polonorum regnum.

Nam quod in Laconica est republica. *Regno antiquo Lacedæmoniorum valde simile est nostris temporibus Polonorum regnum: nisi quòd Sparta defunctis regibus eorum filij; vel, si filios non habuissent, propinquiores ex ijsdem familijs succedebant: Poloni arbitratu suo reges eligunt.*

Videtur

b. Videtur quidem,&c.*Laconicum regnum maximè omnium legibus astrictum erat: legibus reges ex duplici Aristodemi progenie creabantur; legibus eorum potentia, & administratio post Lycurgum, Theopompumq́, pracisa, & præfinita fuit, vt ex græca historia est notum. Ita quidem D. Thomas, & cuncti alij, quos libenter sequor: Regnorum omnium maximè legibus astrictum esse regnum Laconicum. Non dissimulabo tamen: aliter etiam exponi hunc locum posse referendo, aduerbium, maximè, ad nomen regnum, hoc modo: Eorum regnorum, quæ ex legibus, regnum Laconicum esse maximè regnum. Cur verò maximè regnum erit regnum Lasonicum inter ea, quæ legibus astricta sunt? fortaße ob eius dignitatem, & maiestatem: vel quia liberior, pleniorq́, ipsius potestas esset, quàm vllius cæterorum, quæ simpliciter legibus astricta dicerentur.* — Laconicum regnum legibus astrictum. Alia expositio huius loci.

c.d.e. Non est autem in eo summa, &c. *De potentia, auctoritateq́, regum Spartæ, diminutà domi, & in pace, plenà foris, & in bello; eadem, quæ hic Philosophus, scribunt omnes, Herodotus, Thucydides, Xenophon, Dionysius, Trogus, Pausanias, Plutarchus, & alij. Sed & Romani imperatores extra vrbem duntaxat imperium habebant, nullum in vrbe. vnde triumphandi in monte Albano, quibus in vrbe triumphus negaretur, mos fuit.* — Regum Spartanorum auctoritas. Romani Imperatores extra vrbem duntaxat imperium habebant.

f. Res diuinæ commissæ sunt regibus. *Idem apud Xenophontem in Lacedæmoniorum republica, & Herodotum in Erato. Romani eiectis regibus regem sacrificulum crearunt, necubi regem desyderium esset: quia quædam publica sacra per ipsos reges factitata erant. narrat Liuius in lib. secundo. Iuncta item rerum diuinarum cura cum regia potestate in priscis Imperatoribus, qui se maximos Pontifices appellarunt; in Caliphis Saracenorum; in regibus Malabarum; & in alijs.* — Res Diuinæ regibus commissæ.

g.h.i. Est tanquam militaris quidam principatus, &c. *Similia infrà in tex. 109, 151, & 118.* — Locus similis.

i. Atque is perpetuus. *Per totam vitam. Qua re differunt ab exercituum imperatoribus, plenam potestatem in bello similiter habentibus. horum nanque talis auctoritas vnà cum bello, ad quod gerendum electi sunt, finitur; aliquando etiam durante bello, pro arbitrio principis.* — Tempore imperandi differũt reges primi modi ab exercituum imperatoribus.

k. Necandi enim liberam facultatem non habent. *Non est ergo eorum summa, & absoluta potestas, sed diminuta.* — Potestas regum Spartanorum, & primi modi est diminuta.

l. Nisi in quodam regno. *In quadam parte regiæ administrationis: hoc est in bellica duntaxat vita, & necis sunt domini; omniumq́, rerum summam potestatem habent.* — Regnum quoddam quid hic.

p. In concionibus male audiens, ferebat. *In primo Iliados libro ab Achille; & in secundo à Thersite conuicijs proscinditur.* — Homeri carmina.

r. Quem procul à pugna, &c. *Scripta sunt hæc in secundo Iliados, vbi Agamemnon Græcos pugnæ parare se iubet.*

s. Me penes arbitrium, &c. *Hemistichium hoc fortasse alio loco legitur apud Homerum, quem non inueni: certè non est in eodem, in quo superiora.*

n. Per totam vitam. *Idem valet, quod* { perpetuum } *paulo antè à Philosopho vsurpatum.* — Per totam vitã quid.

Argumentum Textus CV.

a. † c.d.e.K.& inde per totum. Ex b.f.g.h.i. [a] *Alter modus regni, † diminutus virtute regum, [c] mixtus què ex regno & tyrannide: [b] cuius exempla multa apud barbaros.*

Præter

Tex. 105. [a] Præter hanc autem est alia monarchiæ species: [b] qualia sunt regna apud nonnullos barbarorum. [c] Habent autem hæc omnia potestatem tyrannicæ parem: [d] sed tamen sunt ex lege, [e] & hæreditaria. [f] nam quia seruiles sunt magis gentes naturâ, [g] barbari quidem Græcis, [h] Asiani autem Europæis; [i] perferunt dominicum imperium minimè molestè. [k] sunt igitur tyrannica quidem propter hoc: [l] at tuta, proptereaquòd hæreditaria, [m] & ex lege sunt. [n] Et verò custodia regia est, non tyrannica ob eandem causam. [o] ciues enim armis reges tuentur: [p] tyrannos autem externi. [q] nam illi quidem ex lege, [r] & volentibus; [s] isti autem inuitis imperant. [t] quamobrem illi quidem à ciuibus; [u] hi verò contra ciues custodiam habent.

[a] Παρὰ ταύτην δ' ἄλλο μοναρχίας εἶδος: [b] οἷαι παρ' ἐνίοις εἰσὶ βασιλεῖαι τῶν βαρβάρων. [c] ἔχουσι δ' αὗται τὴν δύναμιν πᾶσαι παραπλησίαν τυραννικῇ: [d] εἰσὶ δ' ὅμως κατὰ νόμον, [e] καὶ πατρικαί. [f] διὰ γὰρ τὸ δουλικώτερα εἶναι τὰ ἤθη φύσει, [g] οἱ μὲν βάρβαροι τῶν ἑλλήνων, [h] οἱ δὲ περὶ τὴν ἀσίαν τῶν περὶ τὴν εὐρώπην, [i] ὑπομένουσι τὴν δεσποτικὴν ἀρχὴν, οὐδὲν δυσχεραίνοντες. [k] τυραννικαὶ μὲν οὖν διὰ τὸ τοιοῦτόν εἰσιν: ἀσφαλεῖς δὲ, διὰ τὸ πατρίαι, [m] καὶ κατὰ νόμον εἶναι. [n] καὶ ἡ φυλακὴ δὲ βασιλικὴ καὶ οὐ τυραννικὴ, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. [o] οἱ γὰρ πολῖται φυλάττουσιν ὅπλοις τοὺς βασιλεῖς: [p] τοὺς δὲ τυράννους ξενικόν. [q] οἱ μὲν γὰρ κατὰ νόμον, [r] καὶ ἑκόντων [s] οἱ δ' ἀκόντων ἄρχουσιν. [t] ὥσθ' οἱ μὲν παρὰ τῶν πολιτῶν· [u] οἱ δ' ἐπὶ τοὺς πολίτας ἔχουσι τὴν φυλακήν.

Var. Lect. Οὐδὲν δυσχεραίνοντες. *In Aldin.* οὐδὲ.

EXPLANATIO.

Tres conditiones, quibus secundus hic regni modus definitur.
Prima: Potestas, administratioque eius plena, sed tyrannicę similis, non regia.
Secunda: Constat iure hæreditario hic modus, ideoque lege, &, quia lege, in volentes.
Tertia: Custodiuntur reges huius modi à ciuibus suis.
Oritur tertia harum conditionum ex secunda.

Definitur tribus conditionibus hic regni modus. Quarũ vna: [e] potestatem, administrationemq; eius plenam quidẽ esse; at non regiam, sed tyrannicæ parẽ, duplici ex capite; primùm quia non virtute, non lege, verùm libidine; deinde quia ad proprium plerunq; imperantis commodum imperium exerceatur. Altera conditio: [e] Constare hæreditario iure huiusmodi regnum: [d] quamobrẽ lege constare: [r] &, quia lege, omnino in volentes. Tertia conditio: [n] Custodiri à ciuibus; quæ sit regia custodia, contraria tyrannicæ. [n] Oritur tertia hæc conditio à secunda. nam [q] quia lege, & in volentes imperium istud accipitur, ac geritur: [o] par est, vt ab ijsdem ciuibus, qui ipsum volunt, armis protegatur, & custodiatur. [s] quemadmodum ex aduerso, [s] qui inuitis imperant, tyranni, [u] armant se meritò contra inuitos subditos externis custodibus. [d] Et secunda conditio pugnare cum prima videtur. [e] quũ enim defunctis regibus succedere filij alijue propinquorum sine vllo tumultu possunt; [d] atque vltro subijcere se vlli ciues ijs velint, [e] quorum administratio dominica est, & tyrannicę assimilis? [f] Sed euellitur hic scrupulus dupliciter: [f] primò per expositionem ingenij populorum, in quibus modus hic regni constituitur. [g] sunt nanque hi barbari, & Asiam, regibus Persarum ex maiori parte subiectam,

Pugnare secunda conditio cum prima videtur duabus rationib.: quæ ambæ dupliciter tollentur.

Barbarorum, Asianorum, Europæorum hominum ingenia.

e. K.
c. l.
d. m. q.
r.
n. o. p. t. u.
s pp eandem causam.
q r.
o t.
u p.
f.
d ex f. nam pugna quòd.
Ex e. l.
Ex d.
Ex e.
f. ad n.
f. ad K.
Ex g. h.

tam,

f. tam, incolentes homines: [f] quos quidem (quum naturâ magis serui-
g. h. les sint [g] barbari quàm Græci, [h] Asiani, quàm Europæi) [i] minimè mi-
i. l.m. rum iugum seruitutis, & dominicum imperium æquo animo ferre. [l] De-
inde euellitur per repetitionem conditionis secundæ. etenim hæreditaria sunt huiusmodi regna, vt sumptum fuit. quapropter morte regum nihil penè noui accidit, quod ciues mouere debeat. Harum autem trium
e.K. conditionum [e] prima tyrannidis propria est; ex quo [k] & hoc eodem in — Trium conditionum, quibus modus iste est definitus, quæ regia, quæ tyrannica, quæ vtriusque generis.
Cap. 10. K. textu, & infrà in lib. quarto inter tyrannides regnum huiusmodi nume-
n.o. ratur: [n] postrema est propria regij principatus: [o] media est vtriusque
e.l. communis.

SCHOLIA.

a. Qualia sunt regna apud nonnullos barbarorum. *Hic regni modus priscis seculis apud Assirios, Medos, Persas, Indos floruit: nostris etiamnum apud Indos, & Persas viget; tum in Gallia, Britannia, Hispania, Italia maxima parte, & multis alijs in regionibus. Inuertit hunc locum Bodinus, & calumniatur in cap. 5 lib. sexti de Republica. sed nihil proficit.* — Hic modus regni in multis orbis partibus semper.

Cap. 10. Apud nonnullos barbarorum. *Idem in lib. quarto, vbi agitur de tyrannide.* — Loci similes.

c.d.e. Habent autem hæc omnia potestatem, &c. *Repetuntur omnia hae infrà in tex. 109.*

c. Habent autem hæc omnia, &c. *Repete* { regna, qualia sunt apud nonnullos barbarorum. }

Tyrannicæ parem. *Non tyrannicam, sed similem, & parem tyrannicæ: quoniam tyranni ui, & præter legem; regei isti lege, consensuq; ciuium potestatem plenam, liberamque rerum omnium ciuitatis vsurpant.* — Potestas regum huiusmodi non est tyrannica, sed tyrannicæ similis.

e. Hereditaria. *Succedunt defunctis regibus iure hereditario uel mares tantùm, ut in Gallia; vel etiam fæmina, ut in Hispania: si mares tantum; vel filij, ut in nostris regionibus, & plerisque aliarum; uel fratres defunctorum regum, † ut in imperio Mexicano, antequam Cortesius id euerteret, obseruabatur; uel filij sororum, ut in Malabarum regnis: si filij; vel natu maiores, ut in antiquis regnis Persarum, Macedonum, & nostra ætate apud complures nationes; uel illi, quos patres delegissent, ut olim † in Bohemia, & † in prouincia Mithuacanensi.* — Regnorum hæreditariorum varij modi.

† Ferd. Lopez. in hist. Mexicana.
† Aeneas Sylu. in hist. Bohemica.
† Ferd. Lopez. loco citato.

f.l. Seruiles sunt magis gentes naturâ. *Vtrum, & quatenus, & cur serui naturà dici barbari debeant; declaraui in primo libro ad tex. 8, 63, 64, 65.* — Barbari serui naturâ.

f. Gentes, barbari. *Sume duo ista in παραλλήλου. omnes enim alias nationes Græci appellabant barbaros, vt ad tex. 62 libri primi adnotaui.* — Gentes, & barbari pro eodem.

f.i. Seruiles naturâ. *Hac vna causa, cur ferant barbari, Asiani præsertim, dominicum imperium sponte, & minimè molestè. quod enim naturale est, iucundum est, & sponte suscipitur: est autem naturale ijs, qui seruiles natura sunt, ut dominico regantur imperio. Altera causa est consuetudo, quam indicat Philosophus verbis sequentibus* { At tuta, propterea quòd hæreditaria. } *Assueuerunt enim populi illi parere eiusmodi imperio, & eiusmodi familiarum hominibus: quæ uero facere, patiq; consueuimus; ea sine molestia, ac tandem libenti animo facimus, & patimur.* — Causæ duæ, cur barbari, Asiani præsertim, ferant dominicum imperium minimè molestè.

h. Asiani autem Europæis. *Cur qui Asiam incolunt seruilioribus sint ingenijs, quàm qui incolunt Europam, causa sumi potest ex ijs, quæ in lib. de Aere, aquis, & locis ab Hippocrate scribuntur.* — Asianis seruiliora ingenia, quàm Europæis cur.

Hh Propter

Syntaxis.

Propter hoc. *Quia potestate, & imperio dominico in subditos reges huiusmodi vtuntur.*

Ob eandem causam. *Quoniam hæreditaria, & in volentes.*

Locus similis.

Ciues enim, &c. *Idem infrà in lib. quinto.* Cap. 10.

Ex lege imperare reges quomodo.

Illi quidem ex lege imperant. *Quomodo ex lege imperant veri reges, qui propriè sic nominantur: si ipsi sunt lex viua; liberam omnibus alijs legibus, solâque prudentia, & uirtute sua constrictam potestatem habentes, quod sæpe & dictum est antea, & iterabitur? Nimirum communis consensus, quo omnes ab eiusmodi viris imperari sibi in perpetuum exoptant, ut in tex. 101 fuit declaratum, lex quædam est; & lex simpliciter à Philosopho hic uocari potuit, addente præsertim ad vocem* { ex lege } *participium* {volentibus} *quo indicaret, esse talem legem consensum uniuersi populi parère uolentis. Vel* { ex lege imperant } *sic expone. ex lege scripta imperium accipiunt reges huius secundi modi regnorum nothorum: & ex lege intima prudentia, virtutisque suæ gerunt, atque exercens illud ueri reges,*

Argumentum Textus CVI.

Conclusio de duobus hactenus expositis regni modis.

Duæ igitur sunt hæ quidem monarchiæ species

Δύο μὲν οὖν εἴδη ταῦτα μοναρχίας.

Argumentum Textus CVII.

ª *Tertius regni modus diminutus cùm † virtute regum, tum alicubi tempore potestatis; mixtus que ex* ᵇ *regno, &* ᶜ *tyrannide:* ᵈ *cuius exemplum in vocatis Æsymnetis apud antiquos Græcos.*

Tex. 107.

ª Alia autem, quæ apud priscos Græcos erat, quos Æsymnetas appellant. ᵇ Est autem hæc, vt summatim dicam, tyrannis ex electione: ᶜ differens porrhò à barbarica, non quòd non sit ex lege, ᵈ sed eo tantùm, quòd non sit hæreditaria. ᵉ Tenebant verò hoc imperium alij per totam vitam; ᶠ alij vsque ad quædam definita tempora, ᵍ vel acta. ʰ sicut elegerunt quendam Mitylenæi Pittacum aduersus exules, ⁱ quibus Antimenides, & Alcæus poeta præerant. ᵏ Declarat autem Alcæus, electum ab eis tyrannum Pittacum, ˡ in quodam obliquorum carminum. ᵐ obijcit enim, quòd calamitosum patriæ Pittacum ⁿ lentæ, ᵒ & infœlicis ciuitatis tyrannum constituerint, ᵖ magnopere in conuentibus laudantes. ᵠ Hæ igitur & sunt, & fuerunt, propterea quòd tyrannicæ sint, ʳ dominicæ: ˢ regiæ autem, ᵗ propterea quòd ex electione, ᵘ & in volentes.

[a] ἕτερον δ', ὅπερ ἦν ἐν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν, οὓς καλοῦσιν αἰσυμνήτας. [b] ἔστι δὲ τοῦθ', ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, αἱρετὴ τυραννίς· [c] διαφέρουσα δὲ τῆς βαρβαρικῆς, οὐ τῷ μὴ κατὰ νόμον, [d] ἀλλὰ τῷ μὴ πάτριος εἶναι μόνον. [e] ἦρχον δ' οἱ μὲν διὰ βίου τὴν ἀρχὴν ταύτην· [f] οἱ δὲ μέχρι τινῶν ὡρισμένων χρόνων, [g] ἢ πράξεων. [h] οἷον εἵλοντό ποτε Μυτιληναῖοι Πιττακὸν πρὸς τοὺς φυγάδας, [i] ὧν προειστήκεσαν Ἀντιμενίδης, καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητής. [k] δηλοῖ δ' Ἀλκαῖος, ὅτι τύραννον εἵλοντο τὸν Πιττακόν, [l] ἔν τινι τῶν σκολιῶν. [m] ἐπιτιμᾷ γὰρ ὅτι τὸν κακοπατρίδαν Πιττακὸν [n] πόλιος τᾶς ἀχόλω, [o] καὶ βαρυδαίμονος ἐστάσαντο τύραννον, [p] μέγ' ἐπαινέοντες ἀόλλεες. [q] αὗται μὲν οὖν εἰσί τε, καὶ ἦσαν, διὰ μὲν τὸ τυραννικαὶ εἶναι, [r] δεσποτικαί· [s] διὰ δὲ τὸ αἱρεταί, [t] καὶ ἑκόντων, [u] βασιλικαί.

EXPLANATIO.

b. ex electione. c. non quod non sit è lege. — NOTAE, quibus hic modus regni definitur, duæ. Vna, [b] optione, seu suffragio populi, & ita [c] lege, & [t] à volentibus constitui. [r] Altera potestatem, administrationemque eius esse prorsus liberam, & dominicam, siue tyrannicam, perinde ac eam, quæ erat modi superioris. [u] Prima nota è regno est: [q] secunda è tyrannide. [c] Et secundâ quidem notâ prorsus similis est superiori iste modus: primâ partim similis, partim dissimilis: similis, quòd vtrunque lex, & consensus populi facit: dissimilis, quòd superiorem consensus, & lex vetus, quæ hæreditarium eum constituit; hunc consensus, & lectio noua eius tantùm, qui in præsens legitur, non etiam hæredum. [e] Variatur autem hic dominatus trifariam ex triplici temporis, in quod tribuitur, differentia. [e] nam aut perpetuus confertur, idest quoad vixerit is, cui confertur; vel ad quoddam tempus: [f] quod quidem aut simpliciter, & per se fit præfinitum, verbigratia si in decem annos creetur Aesymneta: [g] aut ex conditione, siue rebus gerendis; vt si creetur, donec quiddam gestum, confectumque fuerit. [h] Exemplum huius tertiæ differentiæ proponitur in Pittaco, vno è septem sapientibus. hunc Mitylenæi ciues sui aduersus certos exules, eos scilicet, quorum Antimenides, & Alcæus poeta fuerunt duces, Aesymnetam, vel, vt idem Alcæus in Scholijs carminibus vocat, tyrannum sibi delegerunt: & ipse, ijs exterminatis, extinctisque, imperio se abdicauit.

Duæ notæ, siue conditiones huius tertij modi regnorum, quibus definitur.
Prima: Suffragio populi, atque ita lege, & à volentibus constitui.
Secunda: Potestas, administratioque eius esse prorsus libera, & dominica, siue tyrannica.
Harum duarum notarum vera è regno sit, altera è tyrannide.
Qua similis, qua dissimilis sit hic tertius modus secundo superiori.
Huius tertij modi tres quasi species, vel differentiæ pro triplici tempore tenendæ potestatis.
Exemplum tertiæ istarum differentiarum.

SCHOLIA.

a. Quæ apud priscos Græcos, &c. *His Aesymnetis, quum eos crearent prisci Græci, custodias ab ijsdē dari solitas, & quales darentur, scribitur infrà in tex. 118.* — Aesymnetarum custodiæ.

Quos Aesymnetas appellant. *Quæ de Aesymnetis in quinto libro Romanarum Antiquitatum à Dionysio Halicarnasseo scribuntur, neque ijs, quæ hic dicit Philosophus, neque ueritati sunt consentanea. Inter cætera falsum uidetur, Dictaturam Romanorum à Græcorum Aesymnetia esse desumptam, & eundem vtriusque modum esse, quæ ualde differunt.* — Dionysius Halicarnasseus non rectè de Aesymnetis.

Quæ apud priscos Græcos erat, quos, &c. *Talem dominatum suæ ciuitatis dederunt Florentini anno à Christo nato 1312 Ruberto Neapolitanorum regi ad annos quinque: & anno 1325 Carolo Duci Calabriæ eius filio per totam uitam: item per totam uitam Gualterio Athenarum Duci anno 1342.* — Florentiæ principatus similis Aesymnetiæ aliquando constitutus.

b. Est autem hæc tyrannis ex electione. *Idem infrà in tex. 109. Scriptum autem hoc idem fuisse à Theophrasto in libro de Regno, tradit Dionysius Halicarnas-* — Theophrastus idem scripsit de Aesymnatia: esse eam tyrannidem ex electione.

sius in quinto Antiquitatum Romanarum. qui liber Theophrasti iniuriâ temporum perijt. Hinc igitur id sumpsisse Theophrastum est verisimile. ex quo argumentari eodem modo de his libris Politicis quis posset, quo Alexander apud Boethum de libris de Interpretatione argumentatur: esse eos legitimum Aristotelis opus.

Cur inter tyrannides infra in 4. lib. numerata Aesymnetia.

Tyrannis ex electione. *Itaque inter tyrannides etiam numerabitur infrà in libro quarto.* Cap. 10.

E tribus modis Aesymnetiæ solum postremum agnoscit Dionysius.

Tenebant hoc imperium alij per totam vitam, &c. *Solum tertium modum agnoscit Dionysius: scribens, Aesymnetas eligi solitos à ciuitatibus non in infinitum, neque in continuum tempus; sed pro re nata, quando, & quantisper postularet reipublicæ vtilitas.* e. f. g.

Strabo, & Diogenes de Pittaci principatu paulo aliter.

Sicut elegerunt quondam, &c. *Referunt hoc factum paulo aliter Strabo in lib. 13. & Diogenes in vita Pittaci.* b. c. d.

Antimenides, & Alcæus poeta.

Antimenides, & Alcæus poeta. *Fratres hi fuerunt, vt scribit Strabo in loco proximè citato.* k.

Σκολιὰ μέλη idest obliqua carmina.

In quodam obliquorum carminum. Σκολιὰ μέλη, *obliqua carmina: genus cantilenæ, de quo apud interpretem Aristophanis in Vespis, & auctorem Adagiorum in adagio Admeti Nænia.* l.

Conuicijs multis insectatus est Pittacum Alcæus.

Calamitosum patriæ. κακοπάτριδα. *Etiam alijs conuicijs insectatus est Pittacum Alcæus: quæ Diogenes in vita Pittaci collegit.* m.

In postrema parte textus sit ne sermo de Aesymnetiæ speciebus, an de Aesymnetia, & barbarica monarchia.

Hæ igitur, &c. *Quænam? vtrum barbarica monarchia, & Aesymnetia: an huius tantummodo differentiæ? Locus libri quarti, in quo penè eadem, numerans species tyrannidis, Philosophus repetit, indicaret loqui eum hic simul de vtraque, de barbarica, & de Aesymnetia. At vox sequens,* {propter eaquòd ex electione}, *argumento est, de modis duntaxat Aesymnetiæ hæc pronuntiari. eligi nanque proprium est Aesymnetiæ: sicuti esse hæreditarium est proprium barbaricæ monarchiæ.* q. per totum.

Aesymnetia, siue tertius modus regni, mixtus ex regno, & tyrannide.

Sunt & fuerunt, propter eaquòd, &c. *Ergo mixta ex regno, & tyrannide.*

Verba huius loci transposita esse Genesius putat.

Sunt, & fuerunt, propter eaquòd tyrannicæ sint, dominicæ. Διὰ μὲν τὸ τυραννικαὶ εἶναι, δεσποτικαί. *Genesius putat transposita esse verba, quæ restitui sic debeant:* διὰ μὲν τὸ δεσποτικαὶ εἶναι, τυραννικαί. *Eius sententiæ suffragatur tum locus proximè citatus libri quarti, vbi similia scribuntur: tum consilium Philosophi in hac parte, quemadmodum nos eam exposuimus. Vtriusq; tamen scripturæ sensus est verus, ut idem Genesius declarat.* q.

Aesymnetia est dominica, & tyrannica.

Propter eaquòd tyrannicæ, dominicæ. *Quia liberam prorsus Aesymnetæ obtinent potestatem, imperantq; suo arbitratu, hoc est ex libidine, & cupiditate quisque sua, vt in loco illo libri quarti Philosophus interpretatur: tum suam priuatam non communem vtilitatem in imperando spectant. quæ omnia tyrannis, & dominis attribuuntur.* q. r.

Argumentum Textus CVIII.

• *Quartus regni modus diminutus* [a] *&* † *virtute regum,* [f] *&* [h] *potestatis aliqua parte.* [a] *Exemplum eius in regnis, quæ heroicis, hoc est priscis temporibus fuerunt* [f] *tam quorundam, qui dicti sunt heroes, sed non vsquequaque perfectæ virtutis;* [g] *quàm filiorum, posterorum, propinquorum ipsorum, ad quos, veluti hæreditatis iure, regna illa perueniebant.* a. f. h. & inde. a. f. g. e.

[a] Quarta verò ſpecies monarchiæ regiæ eas continet, quæ heroicis fuerunt temporibus, [b] voluntariæque, [c] & hæreditariæ, [d] factæ per legem. [e] quia enim primi benemeriti de multitudine fuiſſent artibus, aut bello, aut propterea quòd in vnum congregaſſent, aut regionem paraſſent, & tribuiſſent; [f] creabantur reges à volentibus; [g] fiebantque ſucceſſoribus hæreditaria. [h] Penes eos autem erat & bellici principatus; [i] & ſacrificiorum, quæcunque ad ſacerdotes non pertinerent, ſumma auctoritas: [k] & ad hæc controuerſias iudicabant. [l] hoc autem faciebant alij quidem iniurati; [m] alij verò iurati: iuſiurandum autem erat ſceptri ſublatio. [n] Qui igitur priſcis temporibus; & in res ciuitatis, [o] & in eas, quæ populi, { *ſeu quæ domi, intraque populi ſui fines* }, [p] & in eas, quæ extra fines, [q] continenter imperium habebant. [r] ſed poſtea, partim quidem dimittentibus, & negligentibus ipſis regibus, [s] partim verò adimentibus turbis populorum; [t] in alijs quidem ciuitatibus ſacrificia duntaxat relicta fuerunt regibus: [u] vbi autem regnum eſſe ſit dignum dictu; [x] rerum bellicarum extra fines principatum tantummodo obtinebant.

Tex. 108. — g [fiebantq;] Habuere talio regna. — n [qui igitur priſcis temporibus] ubiuis reges fuerunt.

[a] Τέταρτον δ' εἶδος μοναρχίας βασιλικῆς αἱ κατὰ τοὺς ἡρωϊκοὺς χρόνους, [b] ἑκούσιαί τε, [c] καὶ πάτριαι, [d] γιγνόμεναι κατὰ νόμον. [e] διὰ γὰρ τὸ τοὺς πρώτους γενέσθαι τοῦ πλήθους εὐεργέτας κατὰ τέχνας, ἢ πόλεμον, ἢ διὰ τὸ συναγαγεῖν, ἢ πορίσαι χώραν· [f] ἐγίγνοντο βασιλεῖς ἑκόντων, [g] καὶ τοῖς παραλαμβάνουσι πάτριοι. [h] κύριοι δ' ἦσαν τῆς τε κατὰ πόλεμον ἡγεμονίας· [i] καὶ τῶν θυσιῶν, ὅσαι μὴ ἱερατικαί· [k] καὶ πρὸς τούτοις τὰς δίκας ἔκρινον. [l] τοῦτο δ' ἐποίουν, οἱ μὲν οὐκ ὀμνύοντες, [m] οἱ δ' ὀμνύοντες. ὁ δ' ὅρκος ἦν τοῦ σκήπτρου ἐπανάτασις. [n] οἱ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν ἀρχαίων χρόνων καὶ τὰ κατὰ πόλιν, [o] καὶ τὰ ἔνδημα, [p] καὶ τὰ ὑπερόρια [q] συνεχῶς ἦρχον. [r] ὕστερον δὲ, τὰ μὲν αὐτῶν παριέντων τῶν βασιλέων, [s] τὰ δὲ τῶν ὄχλων παραιρουμένων· [t] ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πόλεσι θυσίας κατελείφθησαν τοῖς βασιλεῦσι μόνον: [u] ὅπου δ' ἄξιον εἰπεῖν τὴν βασιλείαν, [x] ἐν τοῖς ὑπερορίοις τῶν πολεμικῶν τὴν ἡγεμονίαν μόνον εἶχον.

EXPLANATIO.

a.b.c.d. Dvae ſunt præcipuæ conditiones iſtius modi. [b] Prima ad conſtitutionem eius pertinet, quaſi trium capitum: [b] Voluntarium ipſum eſſe, hoc eſt
b.f.à uolentib'. in parēre volentes, ſeque ſpontè ſubijcientes ſuſceptum, [c] hæreditarium,
c.g. [d] lege conſtantem. [b] volunt enim parēre, ſeque ſponte ſubmittunt, [d] qui-
b.f. d. cunque ſuffragium, & legem de aliquo cum poſteris, propinquiſque ſuis in regem aſſumendo ferunt, ac ſeruant: atque ab eadem lege ſeu ſcriptâ,
c.g. ſeu non ſcriptâ per conſenſionem populi manat [c] ius hæreditarium huius
e.f.g. principatus. [e] Declaratur hæc prima conditio, quanam ratione, inquam,
e. in volentes, hæreditaria, & per legem ſint huiuſmodi regna. [e] Quippe primos familiarum, qui regnare incœperint, propter magna aliqua beneficia in

Duæ conditiones huius modi, quibus definitur. Prima ad conſtitutionem eius pertinens, trium capitum: Voluntarium eſſe; hæreditarium; lege conſtantem.

Declaratur hæc conditio, expoſitâ cauſâ creandi priſcis temporibus reges, quo erat magnum aliquod be-

neficium in populos collatum.

ciain populos collata, [f] ab ijsdem populis communi consensu creatos reges: [g] atque decretum vel eodem tempore, vel paulopòst, vt filij, posterique eorum, vel propinqui regno succederent. [e] Beneficiorum autem eiusmodi exempla proponuntur: artes traditæ; bella profligata; congregati in vnum, qui fuerant dispersi; sedes, & agri parti, & tributi. [h] Secunda conditio pertinet ad potestatem, & munus regale. [q] Perpetuam fuisse hanc potestatem, ex tribus item veluti partibus compactam: quarum [h] vna fuerit, In bellis gerendis, rebusque omnibus, quæ ad bella referuntur, plenum arbitrium habere: [i] altera, Sacrificijs, quæ modò sacerdotum propria non forent, præesse: [k] tertia, De controuersijs ciuium cognoscere, ac iudicare. [l] quibus quidem in iudicijs controuersiarum tantam auctoritatem reges illi obtinuerint: vt [l] vel iniurati sententiam dicerent; [m] vel pro iureiurando sola sceptri sublatione vterentur. [r] Quoniam verò [r] posterioribus seculis valde diminuta hæc auctoritas, & potentia fuit, adeo vt [t] in quibusdam ciuitatibus sacrificia tantùm regibus relicta essent; [u] in alijs relictus ijsdem de vniuerso imperio regio solus extra fines bellicarũ rerum principatus; [r] exponitur, quasi tacitè dubitationi occurrendo, quo modo id euenerit. Duplicem porrho rationem, & causam huius imminutionis extitisse: [r] vnam in ipsis regibus; qui vel inertiâ, vel animi magnitudine de iure suo cesserint; & potestatem, quam habebant, [t] alij totam, sola sacrificia sibi seruantes; [u] alij magnam eius partem, retento bellicarum dumtaxat rerum extra fines imperio, deposuerint. [f] alteram causam extitisse in populis: qui regibus inuitis talem potentiam, vel partem eius detraxerint, iure aliquando propter aliquam posteriorum regum à prioribus degenerantium culpam; aliquando iniuriâ ex præpotenti suo quopiam animi affectu.

Secunda conditio triũ item veluti partium, pertinens ad potestatem, & munus regale: bellicarum rerum, sacrificiorum, quæ modò sacerdotum propria non forent; iudiciorum de ciuium controuersijs plenum arbitrium.

Talis potestas q̃ valde imminuta posterioribus temporibus, & quibus ex causis.

Margin references: f. g. e. h. ad t. q. h. p. i. o. k. n. o. l. m. l. m. r per totum. r. t. u. x. r. s. r. ex t. ex x. u. f.

SCHOLIA.

Locis similes:

Voluntariæque. *Et paulo pòst*. Creabuntur reges à volentibus. *Idem in tex. sequenti.d.* b. c. e. f.

Quia enim primi benemeriti, &c. *Repetuntur hæc eadem infrà in tex. 116 huius, & in cap. 10. lib. quinti.* Cap. 10.

Penes eos autem, &c. *Repetuntur hæc in textu sequenti f. g. h.* h. i. k.

Iusiurandum iudicũ.

Hoc autem faciebant alij quidem iniurati, &c. *De iureiurando, sine quo nec apud Græcos, nec apud Romanos ulli iudici ferre sententiam licebat, alibi dixi. Multo maxima autem est auctoritas, & plurimum fidei haberi videtur ei, cuius iudicio, nec Deum quidem veritatis testem, ac vindicem inuocantis, à litigantibus statur.* l. m. n.

Expositio verborum.

In res ciuitatis, & in eas, quæ populi, &c. *Fortè hîc repetuntur eadem illa tria, quæ paulo antè sunt exposita: vt sacrificia vocentur res ciuitatis; res populi nominentur controuersiæ; res extrà fines dicantur res bellicæ.* n. o. p.

Regum nomen non merebantur, quibus sola sacrificiorum relicta cura; quibus autem bellicarum rerũ extra fines summa auctoritas, fortasse merebantur.

Vbi autem regnum esse, &c. *Sine imperio non est regnum omnino: nec vsurpari vocabulum eius debet. In quibus igitur ciuitatibus sacrificia tantùm regibus fuerunt relicta: quanquam ipsi reges nuncuparentur, vt rex sacrificulus Romæ; auctoritas tamen, & munus eorum, positum in sacris administrandis, regij principatus nomen minimè meretur. sacerdotium enim, & cura rerum sacrarum per se* u. x.

impertum

imperium non habet. at in quibus apud reges vel exigua pars remansit imperij, verbigratia principatus, & summa potestas in exercitu, quem extra fines bella geruntur; regnum nominatur, & fortasse haud prorsus immeritò.

Argumentum Textus CIX.

Epilogus, ordine permutato, quatuor expositorum regni modorum: & breuis uniuscuiusque eorum quasi definitio.

[a]Hæ igitur sunt regni species, [b]quatuor numero. [c]Vna, quæ heroicis extitit temporibus. [d]hæc autem in volentes quidem, [e]sed quarundam definitarum rerum erat. [f]rex enim dux erat in bello, [g]& iudex; [h]& eorum, quæ ad Deos pertinerent, summam habebat auctoritatem. [i]Secunda autem barbarica. [k]hæc verò est principatus ex genere, [l]dominicus, [m]lege constans. [n]Tertia, quam Æsymnetiam appellant. [o]hæc autem est tyrannis ex electione. [p]Quarta harum est Laconica. [q]est autem hæc, vt simpliciter dicam, militaris principatus, [r]ex genere, [s]perpetuus. [t]Hæ igitur hoc modo inter se differunt. Tex.109.

[a]Βασιλείας μὲν οὖν εἴδη ταῦτα, [b]τέτταρα τὸν ἀριθμόν. [c]μία μὲν ἡ περὶ τοὺς ἡρωϊκοὺς χρόνους. [d]αὕτη δ' ἦν ἑκόντων μὲν, [e]ἐπί τισι δ' ὡρισμένοις. [f]στρατηγὸς γὰρ ἦν, [g]καὶ δικαστὴς ὁ βασιλεὺς, [h]καὶ τῶν πρὸς τοὺς θεοὺς κύριος. [i]δευτέρα δ' ἡ βαρβαρική. [k]αὕτη δ' ἐστὶν ἐκ γένους ἀρχὴ, [l]δεσποτικὴ, [m]κατὰ νόμον. [n]τρίτη δὲ, ἣν αἰσυμνητείαν προσαγορεύουσιν. [o]αὕτη δ' ἐστὶν αἱρετὴ τυραννίς. [p]τετάρτη δ' ἡ λακωνικὴ τούτων. [q]αὕτη δ' ἐστὶν, ὡς εἰπεῖν ἁπλῶς στρατηγία, [r]κατὰ γένος, [s]ἀΐδιος. [t]αὗται μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον διαφέρουσιν ἀλλήλων.

SCHOLIA.

a.b. Hę igitur sunt regni species, &c. *Solet Philosophus in epilogis penè semper, à postremis partibus incipiens, per medias, pergere ad primas itaque minimè mirum, si primo loco nunc numerat, & pro primo regni modo eum, quem proximè, & pro quarto numerauerat; pro quarto autem, quem suprà numerauit pro primo. Sed illud habet dubitationem, cur Aesymnetiam, quam inter heroicum & barbaricum regnum collocauit, nunc ponat inter barbaricum, & Laconicum: barbaricum autem, quod collocauerat inter Laconicum, & Aesymnetiam, ponat hic inter Laconicum, & heroicum. Fortè post heroicum, quod, vltimo loco expositum, continuò resumit; sequitur ordinem maioris, & minoris potestatis: quæ quidem amplissima in barbarico; minus laxa in Aesymnetarum; cęteris angustior est in Laconico modo.* Ordo horũ quatuor nothi regni modorũ inuersus, & diuersus in hoc epilogo, & ante in expositione.

d. Hæc autem in volentes quidem. *Prima duarum conditionum in textu superiore expositarum, ad constitutionem pertinens. Subaudi autem in voluntario hæreditariũ, & lege constans, duas alias partes huius conditionis, vt ibi declaraui.* Quartus modus nothi regni, seu heroicus. Prima eius conditio ad cõstitutionem pertinens.

e.f.g.h. Sed quarundam definitarum, &c. *Secunda conditio, pertinens ad potestatẽ, & munus regale: cuius tres similiter partes, in superiori tex. exposita, repetũtur.* Conditio secunda eiusdem modi, pertinens ad potestatem & administrationem.

Hæc verò

Secundus modus, seu barbaricus. Tres cōditiones eius: quarum tertia hic tacetur, & cur.

Hæc verò est principatus, &c. *Trium conditionum, quibus barbaricum regnum notabatur, postremam, de custodia, hic omittit Philosophus: erat enim illa penè aduentitia; à secunda nascens. Ex genere autem, hoc est hereditarium, & lege constans ad eandem secundam pertinent, vnà cum eo, quòd sit tale imperium in volentes, quod quidem in legitimo, seu lege constanti continetur.* K.l.m.

Hæc verò. *Hæc barbarica species regni.* K.

Tertius modus, seu Aesymnetia.

Hęc autem est tyrannis ex electione. *Sic suprà in tex.107.* {Est autem hęc vt summatim dicam, tyrannis ex electione:} o.

Primus modus, seu Laconicus.

Est autem hæc militaris principatus, &c. *Hæc eadem suprà in textu 104. Sed hic additur ad principatum militarem perpetuum, siue per totam uitam, vt sit etiam hæreditarius: fortè quia Spartæ hereditarius uerè erat. nam huius speciei, cuius exemplum propositum est in Spartana republicà, duo in exitu illius textus facti sunt modi: quorum vnus per electionem, & suffragia constitueretur; alter esset hæreditarius. Vel fortè ab aliquo, nimis sibi tribuente, inducta est uox, κατὰ γένος, in textum Philosophi. quam hac de causa Lambinus non uertit.* q.s.t.

Argumentum Textus CX.

[a] *Quintus modus regni, qui solus est verus, & perfectus:* [b] *Si vir vnus,* † *absolutà omnibus numeris virtute præditus, & tanquam inter homines Deus,* [b] *summam rerum omnium communium* [f] *in vna, multisue ciuitatibus, aut gentibus,* [b] *& plenam, liberam,* [d] *perpetuam potestatem, in se* [f] *vel ab vno, vel à multis populis* [d] *sponte translatam, haberet;* [d] *illasque res, vt paterfamiliàs domum, familiamq; suam, ad vtilitatem subditorum administraret.*

a. b. †Ex tex.95.101. Ex b.& tex.95. Ex f. Ex b. Ex d.e.f.& tex. 102. f.ciuitatis,& gentis vnius aut plurium. Ex d.e.f.& tex. 101. d.e.f.

Tex.110.

[a] Quinta autem species regni est, [b] quom rerum omnium communium, vnus qui sit, summam habeat potestatem, [c] quemadmodum vnaquæque gens, & ciuitas vnaquæque, [d] ad similitudinem rationis domesticæ ordinatarum. [e] sicut enim ratio domestica est regnum quoddam domus: [f] sic regnum est ciuitatis, & gentis vnius, aut plurium domestica administratio.

[a] Πέμπτον δ' εἶδος βασιλείας, [b] ὅταν ᾖ πάντων κύριος, εἷς ὤν, ([c] ὥσπερ ἕκαστον ἔθνος, καὶ πόλις ἑκάστη) τῶν κοινῶν, [d] τεταγμένη κατὰ τὴν οἰκονομικήν. [e] ὥσπερ γὰρ ἡ οἰκονομικὴ βασιλεία τις οἰκίας ἐστίν: [f] οὕτως ἡ βασιλεία πόλεως, καὶ ἔθνους ἑνὸς, ἢ πλειόνων οἰκονομία.

Var. Lect. Τεταγμένη. *Sic scriptum est in omnibus libris. Ego τεταγμένη ex τεταγμένων, vel ex τεταγμένης factum esse omnino existimo. vt referatur hoc participium ad πάντων τῶν κοινῶν: aut saltem ad nomen βασιλείας. quò enim referas nominatiuum fœmininum, τεταγμένη: quum πέμπτον εἶδος, idest quinta species in græca dialecto sit neutri generis?* d.

Exponun-

EXPLANATIO.

Duæ cõditiones quinti modi regnorũ, qui solus est verus, & perfectus.

a. [a] Exponvntvr nunc duæ quasi partes, vel conditiones, vel proprietates quinti modi regni, qui solus est verus, & perfectus, ad naturam eius, & essentiam aperiendam: vna de persona imperante, propriaque eius potestate: altera de modo, & fine vtendi eiusmodi potestate, ciuitatemque administrandi.

b.c.& tex. 95.

f ciuitatis, & gentis vnius, aut plurium.

Prima conditio hic expressa.

c.

[b] Prima est hæc: vt penes vnum virum sit summa, & plena, liberaque cunctarum rerum communium [f] vnius, vel etiam multarum ciuitatum, aut gentium potestas: [c] qualis erat penes vnamquanque illarum ciuitatum, & gentium, antequam ei viro, aut vlli alij tribueretur.

d. e.f.

Secunda conditio hic expressa.

[d] Altera conditio est hæc: quòd iste vir summa hac potestate vtatur; resque illas communes administret ad exemplum rationis, & administrationis domesticæ: vt denique sit tale regnum domestica quædam ciuitatis, aut gentis vnius, vel multarum administratio.

Ex b. vnus qui sit.

In prima conditione tria subaudienda, & addenda ex tex. 95. 101. 105. exuperantia virtutis: & sponte tributa: per totamq; vitam tributa potestas.

In priori conditione [b] subaudiendum primò id, quod suprà in textibus 95, & 101 positum fuit, iterabiturque infrà in 134, 137, 139: Exuperantiâ virtutis tantopere præstare suis ciuibus, populisque virum illum, penes quem sit summa hæc potestas, debere, vt sit ipse inter eos vniuersos, quasi Deus inter homines.

Ex b. habeat potestatem.

item sunt subaudienda: [b] Sponte tributam debere esse; & Perpetuam, hoc est per totam ipsius vitam tributam ei viro, à ciuibus, populisque suis, qui libenter ei pareant, eiusmodi potestatem: quorũ quidem istud similiter in textu 101; illud in eodem 101, & in 105 est traditum: continenturque ambo vnà cum primo quodammodo in conditione posteriori.

Ex d.e.f.

In conditione secunda significatus præter modum etiam finis: vt ad commodũ vel proprium eorum, qui parent, vel commune parentium imperantiumque imperetur.

[d] In qua conditione posteriori præter modum administrandæ ciuitatis perspicuè apparet etiam finis, idest nota illa communis, qua omnes rectæ respublicæ in tex. 43. fuerunt definitæ: vt ad cõmodum eorum, qui parent, vel ad commune parentium, & imperantium imperetur, ciuitasque administretur. siquidem talis est ratio domesticæ procurationis; & ad bonum sæpe commune, aliquando proprium eorum, quibus imperatur, planè tendit.

†

† Adde his duabus conditionibus, si placet, tertiam expositam suprà in tex. 105: Custodiri verum regem à ciuibus suis.

e.f.

e.

[e] Confirmatur autem secunda conditio, & prima per eam contentione, siue argumento à comparatis. nam [e] quemadmodum domestica ratio, & procuratio sit regnum quoddam domus (quam domum scilicet pater, vxori, & filijs, præcipuis eius partibus, ætate his saltem, his, & illi virtute longè præstans, ad eorum, & communem vtilitatem summâ, plenâ, liberâ, perpetuâque auctoritate, & potestate gubernat)

f.

[f] ita regnum esse vel ciuitatis, vel gentis vnius, aut multarum domesticam procurationem; hoc est illi similem.

SCHOLIA.

Plena, & libera potestas quibus verbis hic significata.

b.c.

Rerum omnium communium summam habet potestatem, &c. *Si rerum omnium: ergo plenam. si summam, qualemq; vnaquaque gens, & ciuitas, antequam vlli subijciatur, habet: certè liberam, & à se omnino pendentem.*

Locus similis.

d.e.

Ad similitudinem rationis domesticæ. *& infrà.* regnũ est ciuitatis, &c. domestica administratio. *Simile infrà in tex. 139. vbi optima respublica definitur esse ea, quæ ab optimis viris more domus curatur.*

Ordinatas esse res cōmunes veri regni ad similitudinem rationis domesticæ quid.

Ad similitudinem rationis domesticæ ordinatarum. *Res communes regni veri, & perfecti ita ordinantur, administranturq́ per ciuilem prudentiam à sua rege: quemadmodum per domesticam ordinantur, administranturq́ à patrefamiliâs res domus.* a

Translatio ex proportione.

Sicut enim ratio domestica, &c. *Translatio ex proportione: quæ perfectissima iudicatur, vt in lib. de Poetica est declaratum.* e.f.

* [Series ab tex. 111]

Regij principatus bonitas simpliciter, & comparatè.

Pars secunda quartæ disputationis. Capita quatuor, à 18. ad 22.

† Ex text. 102. 112. 113. 114. 115. 119. 120. 124. 133. 136. 137. 138.

† De bonitate, seu de iustitia, vtilitateq́ regij principatus simpliciter, & comparatè: hoc est vtrum iustum sit, expediatque ciuitati in vniuersum, ac tandem beatæ futuræ ciuitati subijci eam sub regium principatum, & vtrum magis sub hunc subijci, quàm sub quemlibet alium: tum quibus populorum hic, quibus aliquis alius magis conueniat. Capita quatuor. Textus vigintiseptem, 111. & sequentes vsq; ad 138.

- *Quædam quasi propositio, & distinctio expositorum regni modorum, in quibus, propositæ de bonitate regij principatus in vniuersum quæstiones, disceptandæ nunc videntur, aut non disceptandæ.* — Cap. xviij. tex. 111
- *Disceptatur rationibus probabilibus de bonitate regij principatus, nimirum quinti eius modi, singillatim cum legum optimarum, cum optimorum paucorum, cum populi vniuersi principatu comparati.* — Cap. xix. tex. 113.
- *Aliæ quædam rationes probabiles pro republica, quæ propriè hoc nomen habet, pro aristocratia, pro dominatu ex optimis legibus contra regnum, promiscuè allatæ.* — Cap. xx tex. 117.
- *Deciditur tota quæstio de bonitate, seu de iustitia, & vtilitate regij principatus simpliciter, & comparatè.* — Cap. xxi. tex. 132.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

Quædam quasi propositio, & distinctio expositorum regni modorum, in quibus, † propositæ de bonitate regij principatus in vniuersum quæstiones (vtrum is sit iustus, & vtilis: & vtrum magis, quàm alius iustus, & vtilis: & quibus vtilis sit ciuitatibus) disceptandæ nunc uideantur, aut non disceptandæ. Textus duo, 111, & 112. Tex. 102. d. e. f.

Contrahuntur proposita quæstiones de bonitate regij principatus ad duos eius modos, primum, & postremum.	*Excluso etiam primo modo, retinetur alter.*
* Tex. 111.	* Tex. 112.

Contra-

Argumentum Textus CXI.

a.b.c.g. [a] *Contrahuntur proposita quæstiones de bonitate regij principatus ad*
h.i.k.l. *duos eius modos, primum, & postremum:* [b] *&, quæ propriè in vtroque horum duorum modorum per propositas quæstiones quærantur, explicatur.*

[a] Penè verò duæ sunt, [b] vt ita dicam, regni species, de quibus est consyderandum: [c] hæc nimirum, & Laconica. [d] Aliarum enim multæ inter has sunt interiectæ: [e] nam pauciorum quidem, quàm plenum regnum; [f] plurium autem, quàm Laconicum, summam potestatem habent. [g] Itaque disceptatio ferè in duobus versatur. [h] quorum vnum est, virum conducat ciuitatibus, ducem exercituum esse perpetuum; [i] & hunc vel ex genere, vel ex distributione; [k] an non conducat. [l] alterum, vtrum expediat, summam potestatem rerum omnium penes vnum esse, an non expediat. Tex.111.

[a] Σχεδὸν δὴ δύο ἐστὶν, [b] ὡς εἰπεῖν, εἴδη βασιλείας, περὶ ὧν σκεπτέον: [c] αὕτη τε, καὶ ἡ λακωνική. [d] τῶν γὰρ ἄλλων αἱ πολλαὶ μεταξὺ τούτων εἰσίν: [e] ἐλαττόνων μὲν γὰρ κύριοι τῆς παμβασιλείας. [f] πλειόνων δ' εἰσὶ τῆς λακωνικῆς. ὥστε τὸ σκέμμα σχεδὸν περὶ δυοῖν ἐστιν. [h] ἓν μὲν, πότερον συμφέρει ταῖς πόλεσι στρατηγὸν ἀΐδιον εἶναι. [i] καὶ τοῦτον ἢ κατὰ γένος, ἢ κατὰ μέρος. [k] ἢ οὐ συμφέρει. [l] ἓν δὲ, πότερον ἕνα συμφέρει κύριον εἶναι πάντων, ἢ οὐ συμφέρει.

EXPLANATIO.

d.e.f. [d] Ratio primi thematis per locum à toto, & partibus. [d] Nam alij modi in primo, & postremo quasi inclusi sunt, & penè cuncti interiecti inter eos medij. [f] siquidem primi modi rex, qualis erat apud Spartanos, angustissimam; [e] rex postremi, seu quinti, idest veri, ac perfecti modi, quem παμβασιλείαν ob hoc Philosophus appellat, augustissimam, & amplissimam; [e] reliqui, [d] præter barbarici modi regem, [e] minorem, quàm hic postremi, [f] maiorem, quàm ille primi, obtinent potestatem. † modi enim barbarici rex habet quàm laxissimam, verùm dominicam, & tyrannicā, vt in tex. 105, & 109 apparuit: † at tyrannis in contentionem de bonitate, vtilitateque cum rectis principatibus non descendit. † est autem potestas principatuum omnium firmissimum fundamentum. sine qua nec à perfecta quidem virtute, & prudentia vel ad priuatam, vel ad publicam vtilitatem quicquam efficietur vnquam: quum tamen sine his multa efficiantur à potestate sæpenumero priuatim, aliquando & publicè vel ex consecutione quadam, vel forte fortuna vtilia. denique potestas in principatu tanquam pes, manusque est; virtus, & prudentia tanquam oculus, & mens. [h] Explicatio thematis secundi. [h] Dictum est in tex. 104. & 109, La-

Quare duo tantum regnorum modi, primus, & postremus, venire in consyderationem debeant.

Quantam vnusquisque modorum regni potestatem habeat.

Potentia principatuū omnium fundamentū firmissimum.

Quæ in primo, & quæ in postremo modo re-

gnorum per proposi- tas quæstiones, quid quærantur.

Quæ in primo.

109. Laconicum, seu primum modum regni esse principatum quendam militarem per totam vitam; [g] qui alicubi quidem electione, & suffragio populi mandetur; alicubi sit hæreditarius. [h] Quęrere igitur de modo Laconico ea, quæ de regno vniuersè sunt proposita, vtrum regnum conducat, &c; est quærere vtrum conducat ciuitatibus; &, si conducit, conducatne omnibus, an quibusdam; & quibus conducat, quibus minimè, esse in ipsis imperatorem belli perpetuum; [i] talemque vtrum eligi deinceps liberè à populis, an esse hæreditarium certarum familiarum: [k] vel præstet ius huius imperij vniuersum etiam penes populum esse, aut penes paucos, vt eligatur belli imperator, eique imperium abrogetur, & in locum alterius alter substituatur, quotiescunque libuerit, & res postulauerit. § *Locus à definitione*. § [l] Rursus postremus, verusque modus regni in tex. 110. & ex 95. & 101. existebat, si vir vnus Inter omnes præstantissimus, ac perfectâ quidem prestantissimus virtute, summam, plenam, liberam, perpetuamque potestatem rerum omnium ciuitatis, vel regionis, ac prouincię, sponte à ciuibus, populisúe in se translatam, obtinuisset, qua ad publicum bonum, ciuitatem, regionem, prouinciā administrando, vteretur. [l] Ergo similiter § *per eundem locum à definitione* § quom ad postremum hunc modum quæstiones propositæ adhibentur; nihil aliud quæritur, nisi an expediat ciuitatibus, & vtrum omnibus ciuitatibus, an quibusdam, quibusq; expediat, vni tali viro tribui rerum omnium summam, liberam, ac perpetuam potestatem; & an magis vni tali viro tribui, quàm pluribus optimis, quàm populo vniuerso, quàm optimis legibus.

Quæ in postremo.

SCHOLIA.

Verborum quorundā ponderatio, & expositio.

Hæc nimirum. *Quinta, & postrema, de qua proximè est dictum.* c.

Aliarum enim multæ. *Quippe è tribus modis saltem duo. Vel multa aliarū: quoniam vnusquisque trium illorum modorum in multos diuidi potest.* d.

Nam pauciorum quidem, &c. *Comprobatio eius, quod proximè est dictum: multos aliorum modorum inter verum, & Laconicum esse interiectos.* e.f.

Pauciorum. *Vel rerum, vel temporum, vel arbitrij, vel horum omnium, uel quorundam.* e.

Παμβασιλεία.

Plenum regnum. *παμβασιλεία. Hoc nomine vtitur etiam infrà in tex. 118.*

Plurium autem. *Huc tempus non venit. nam Laconicum regnum erat perpetuum.* f.

Ducem exercituum esse perpetuum. *Quoniam regnum Laconicum tanquam militaris principatus erat, atque is perpetuus, in superioribus tex 104. & 109.* h.

Vel ex genere, vel ex distributione. *Vel ex eadem semper familia, quasi hæreditario iure: vel ex vniuerso populo per electionem. quod enim suprà in tex. 104. αἱρετὸν vocauit, hic uocat κατὰ μέρος.* i.

αἱρετὸν. κατὰ μέρος.

Exclusio

Argumentum Textus CXII.

d. e.g. [d] *Excluso etiam primo modo;* [e] *retinetur alter, in quo propositæ quæ-*
a.b.c. *stiones sint disceptandæ.* [a] *Ratio excludendi, à disparatis, seu repugnan-*
e. *tibus. Ratio retinendi, à definitione.*

[a] Consyderare igitur de huiuscemodi militari principatu, legum magis speciem habet, [b] quàm reipublicæ. [c] In omnibus enim rebuspublicis fieri hoc potest. [d] itaque in præsens omittatur. [e] Reliquus autem regni modus reipublicæ species est. [f] quare de hoc consyderare, [g] & dubitationes, quæ in eo insunt, persequi oportet. Tex. 112.

[a] Τὸ μὲν οὖν περὶ τῆς τοιαύτης στρατηγίας ἐπισκοπεῖν, νόμων ἔχει μᾶλλον εἶδος, [b] ἢ πολιτείας. [c] ἐν ἁπάσαις γὰρ ἐνδέχεται γίνεσθαι τοῦτο ταῖς πολιτείαις. [d] ὥστ' ἀφείσθω τὴν πρώτην. [e] ὁ δὲ λοιπὸς τρόπος τῆς βασιλείας πολιτείας εἶδός ἐστι. [f] ὥστε περὶ τούτου δεῖ θεωρῆσαι, [g] καὶ τὰς ἀπορίας ἐπιδραμεῖν τὰς ἐνούσας.

EXPLANATIO.

a. [a] In qualibet forma reipublicæ existere militaris principatus perpetuus potest, vt quispiam expeditionum, & rerum bellicarum omnium summam potestatem, donec vixerit, assequatur, & præsit exercitibus: b. [b] non ergo formam vllam reipublicę constituit principatus militaris perpetuus, [c] sed ad legum rationem pertinere videtur. † reducitur autem ad militarem principatum perpetuum primus modus regni, seu Laconicus, vt in tex. 104. & 109. est positum. [e] Ex aduerso modus quintus vnam certam formam facit reipublicæ; nec inuenitur in reliquis. [d] Ergo ille dimittendus; [f] de hoc consyderandum est. † De rerumpublicarum namque formis tota est præsens disputatio. Pleraque horum autem, quæ in hoc textu dicuntur, repetentur, & confirmabuntur infra in tex. 118.

Ratiocinationes textus ad suas formas reuocantur.

* [Series est tex. 111.]

Disceptatur rationibus probabilibus distinctè.

CAPVT DECIMVM NONVM.

Disceptatur rationibus probabilibus de bonitate regij principatus (nimirum, ex propositione textus superioris, quinti eius modi) singillatim cum legum optimarum, cum optimorum paucorum, cum populi vniuersi principatu comparati. Partes tres. Textus quatuor, à 113. ad 117.

Scholium in Argumentum huius capitis.

Regis veri virtus incomparabilis. Eiusdem potestas in ciuitatem plena, & soluta lege, & uinculo omni præterquàm virtutis, prudentiæq; solutus.

Ex quibus intelligitur, cur tres tantùm, quæ proposita sunt, in hoc capite contentiones de bonitate regij principatus fiant.

Verus rex, qui est rex quinti modi, tantopere alijs præstat virtute, ut cum ea virtus aliorum omniũ, in quos ipse imperium habet, nequeat comparari, ex tex.95, & 101. quocirca ipse per virtutem, prudentiamq; eiusmodi lex optima est, & norma rerum agendarum: nec ponuntur ei leges, ex eodem 95.textu: sed omnium rerum plenam, & liberam prorsus habet potestatem, ex 101. & 110.quod 118.repetetur. Non cadit igitur in controuersiam, vtrum hunc potiùs, an non probos, vnum, paucos, multos, qui liberâ potestate administrent, expediat imperare. res enim per se clarissima est. Sed tres tantùm contentiones faciendæ sunt; seu tria problemata, tresúe controuersiæ de probitate regij principatus ex contentione disceptandæ: † vna, quia rex verus, non astrictus legibus, suo arbitrio ciuitatem, resque eius omnes gubernat; vtrum sit melius, ipsum, qui optimus est, longeque optimus omnium, ita gubernare suo arbitratu; an quenuis, aut quosuis alios, probos, aut non probos, gubernare ex optimis legibus. quæ quidem quæstiuncula facilis solutu videtur, vbi, & quibus de rebus optimæ leges positæ sunt: nanque gubernatione ex optimis legibus, quoad sunt optimæ, nulla esse melior potest, vt in tex.85, fuit conclusum. at sæpe nos deficiunt leges: vir optimus nunquam deficit, qui illarum quoque defectus de virtute, prudentiaque sua supplet, & emendat. hic igitur anteferendus. Restant aliæ duæ controuersiæ, vbi, & pro quibus rebus leges optimæ non sunt positæ: † altera, vtrum vnum optimum virum, qui rex est, an plures optimos, qui sunt optimates; † altera vtrum vnum optimum virum, qui est verus rex, an populum vniuersum, quæ est respublica propriè vocata, imperare sit melius.

† Tex.113.
† Tex.115.& 116.
† Tex.114.

Controuersia, & contentio prima principatus vnius optimi viri ciuitatem liberè administrantis, idest veri regis cũ cuiusuis et quorumuis optimis legibus astricto principatu. — Pars Prima. — Pars I. — Tex.113.

Controuersia, & contentio secunda principatus vnius optimi viri, idest veri regis cum populi ingenui vniuersi principatu, quem propriè rempublicam appellant. — Pars Secunda. — Pars II. — Tex.114.

Controuersia, & cõtentio tertia principatus vnius optimi viri, idest veri regis cum plurium vno optimorum principatu, hoc est cum aristocratia. — Pars III.

- *Comparatur principatus vnius optimi viri cũ plurium vno optimorum principatu, hoc est regni cum aristocratia.* — Tex.115.
- *Dubitationes contra aristocratię præstantiã, ab euentis quibusdam nascentes, proponuntur, & per causas dissoluuntur.* — Tex.116.

Controuersia

PARS PRIMA CAPITIS DECIMINONI, TEXTVS CXIII.

Argumentum Textus CXIII.

a.b.i.k. [a] *Controuersia prima, & prima contentio principatus vnius optimi viri, libera potestate, virtute que perfecta ciuitatem administrantis, hoc est veri regis cum principatu cuiuslibet, & quorumlibet optimis legi-*
c d e.l. *bus astricto. Rationes pro optimi viri principatu duæ; [e] vna à rebus*
f g h. m.n o.p. q.r.f.t. *subiectis; [f] altera à simili. [m] Tertia ratio pro principatu optimis legibus astricto, per locum à causis. Decisio pro optimo viro contra optimas leges.*

[a] Caput verò, & principium quæstionis hoc: [b] vtrum conducat magis penes virum optimum imperium esse, an penes optimas leges. [c] Ijs itaque, qui conducere existimant, à rege gubernari, videntur [d] leges solùm id, quod vniuersale est, exponere; [e] sed non ad ea, quæ incidunt, præcepta dare. [f] Quapropter in qualibet arte id, quod scripto continetur, imperare stultum. [g] & in Ægypto post quartum diem mouere licet medicis: [h] si verò priùs, suo periculo. [i] Planum igitur, non esse eam, quæ literis, [k] & legibus nititur, optimam rempublicam propter eandem causam. [l] Atqui illam quoque rationem vniuersalem adesse imperantibus oportet. [m] Melius autem est id, in quo non inest patibile omnino, quàm id, cui est congenitum. [n] at legi quidem hoc non adest: [o] animam verò humanam omnem necesse est id habere. [p] Sed fortasse diceret aliquis, huius vice meliùs de rebus singularibus consultaturum. [q] Necesse igitur esse, latorem legum esse eum, clarum est; [r] & leges esse positas; [s] sed non ratas, qua digrediuntur: [t] nam in cæteris oportet ratas esse. Tex.113.

[a] Ἀρχὴ δ' ἐστὶ τῆς ζητήσεως αὕτη· [b] πότερον συμφέρει μᾶλλον ὑπὸ τοῦ ἀρίστου ἀνδρὸς ἄρχεσθαι, ἢ ὑπὸ τῶν ἀρίστων νόμων. [c] δοκοῦσι δὴ τοῖς νομίζουσι συμφέρειν βασιλεύεσθαι, [d] τὸ καθόλου μόνον οἱ νόμοι λέγειν. [e] ἀλλ' οὐ πρὸς τὰ προσπίπτοντα ἐπιτάττειν. [f] ὥστ' ἐν ὁποιᾳοῦν τέχνῃ τὸ κατὰ γράμματα ἄρχειν, ἠλίθιον. [g] καὶ ἐν Αἰγύπτῳ μετὰ τὴν τετρήμερον κινεῖν ἔξεστι τοῖς ἰατροῖς. [h] ἐὰν δὲ πρότερον, ἐπὶ τῷ αὑτοῦ κινδύνῳ. [i] φανερὸν τοίνυν, ὡς οὐκ ἔστιν ἡ κατὰ γράμματα, [k] καὶ νόμους ἀρίστη πολιτεία, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. [l] ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνον δεῖ ὑπάρχειν τὸν λόγον τὸν καθόλου τοῖς ἄρχουσι. [m] κρεῖττον δ' ᾧ μὴ πρόσεστι τὸ παθητικὸν ὅλως, ἢ ᾧ συμφυές. [n] τῷ μὲν οὖν νόμῳ τοῦτο οὐχ ὑπάρχει· [o] ψυχὴν δ' ἀνθρωπίνην ἀνάγκη τοῦτ' ἔχειν πᾶσαν. [p] ἀλλ' ἴσως ἂν φαίη τις, ὡς ἀντὶ τούτου βουλεύσεται περὶ τῶν καθ' ἕκαστα κάλλιον. [q] ὅτι μὲν τοίνυν ἀνάγκη νομοθέτην αὐτὸν εἶναι, δῆλον· [r] καὶ κεῖσθαι νόμους, [s] ἀλλὰ μὴ κυρίους, ᾗ παρεκβαίνουσιν· [t] ἐπεὶ περί γε τῶν ἄλλων εἶναι δεῖ κυρίους.

EXPLANATIO.

Quæstio huius loci de optimi verus viri, id est veri regis, & legum optimarum principatibus inter se comparatis.

[a] AMBIGITVR primùm: [b] vtrum vnius optimi absolutâ virtute viri, arbitratu suo, & liberâ potestate rempublicam administrantis; an cuiuslibet, vel quorumlibet, qui non sint absolutâ virtute optimi, sed, optimis astricti legibus, eam administrent, principatus sit melior, & commodior ciuitatibus, ijs præsertim, in quibus populi bene, beatéque sint uitam traducturi.

Rationes pro vero rege.

Prima.

[c] Ratio pro principatu optimi viri non astricti legibus, idest pro regni principatu, prior, à rebus subiectis. Leges, vel ab optimis quantumuis legumlatoribus conditæ; [d] vniuersa duntaxat persequuntur; [e] singula, & quæ in dies eueniunt, non attingunt: sicut in textu 121. libri secundi, & in 85. huius tertij fuit declaratum, repetiturque infrà in 121, & 128, & alijs in locis. administratio autem ciuitatum, imò actiones omnes nostræ propriè in singulis, & ijs, quæ accidunt, vertuntur (id quod & in eodem textu 121. & alijs multis in locis legitur, atque per se est manifestum) [l] quanquam rationes etiam illas vniuersales, & decreta legum quisquis rectè vel acturus aliquid, vel ciuitatem est administraturus, teneat, oportet.

Secunda.

[f] Altera ratio per locum à simili, qua etiam maior propositio superioris rationis confirmatur. [f] Nulla est ars, in qua, si ad præceptorum præscriptum operari, & imperare semper artifex velit, non stultus existimetur: [g] quod exemplo artis medicæ, & inepto quodam de ea Aegyptiorum instituto, ne mouerent quidquam medici ante diem quartum; corroboratur. est autem artis vsus administrationi ciuili: & sunt magistratus ciuitatis artificibus; sunt præcepta artium legibus similia.

Ratio pro optimis legibus.

[m] Ratio pro principatu astricto optimis legibus; per locum à causis. [m] Inter causas probæ administrationis, probique imperij numeratur, non concitari affectibus. [n] affectuum autem radice, & subiecto, [n] quod est anima patibilis, lex omnino caret; [o] nullus homo carere potest; [o] est enim animæ humanæ anima patibilis, hoc est facultas, & pars appetens naturâ congenita; atq; cum tali facultate affectus omnis generis in ea, & in nobis insiti. [p] Eleuatur hæc ratio per eundem locum à causis. Nam vna causarum etiam probæ administrationis est recta de rebus singularibus, & quæ in dies eueniunt, consultatio; [p] de huiusmodi autem rebus rectè pro tempore consultabit vir optimus; lex, & qui legem ferunt, quantumuis optimi consultores, ac coniectores, consultare prorsus non possunt, vel [p] minus possunt. Itaque [p] tametsi vir optimus non sit vacuus affectibus; + præterquam quòd ab eis non ducitur, sed sequitur perpetuò rationem; [p] etiam ex aduerso istud habet, vt multo meliùs, quam lex, & quam ij, qui legem tulerunt, consultare pro re nata de accidentibus, & rebus singularibus queat.

Ex m. patibile. Ex o. p. sed p fortasse, melius. Ex p. huius vice.

Decisio quæstionis.

[q] Dirimitur controuersia hoc pacto. Optimum perfectâ virtute virum, qui futurus sit, aut iam sit rex; [l] tum legum optimarum ante se in ciuitate conditarum scientem; [q] tum, opus quom fuerit, similium conditorem bonũ esse oportet; ex illisq;, quoad fuerint optimæ, & quas ipse, & quas alij ante ipsum tulerint, ciuitatem administrare; [r] atque inuiolabiles vt maneant, omniaque fiant, quæcunque ab eis iubentur, operam dare.

Tres legum defectus, in quibus omnibus ab optimo rege supplentur.

[s] quòd si aut tempore, euentuúe aliquo, quæ optimæ latæ fuerant, optimæ esse desierint; aut ab initio latæ fuerunt non optimæ, aut quibusdam de rebus nullæ latæ; emendare, supplereque eas, atque suo arbitra-

tu ex

tu ex prudentia, virtuteque suâ propriâ rempublicam gubernare debet. Hactenus anteferendum est optimi perfectâ virtute viri, ac regis imperium imperio cuilibet optimis legibus astricto: quatenus scilicet vir talis supplet, & corrigit, quicquid est, quò leges latæ non perueniunt, & quæ a.i.k. optimæ non sunt, aut nullæ sunt; ipse verò latis legibus vllis non eget, propterea quòd habeat in anima, à virtute, prudentiaque quasi descriptas, & inustas, cunctas leges, quotquot ad ciuitatem optimè gubernandam faciunt, quantum esse possunt, optimas, & sit vera ipse, viuaque lex omnium, quæ imperari, poniderique conuenit.

Leges optimæ latæ viro, & rege optimo egent: vir, & rex optimus nullis egent legibus latis.

SCHOLIA.

a. Caput verò, & principium quæstionis. *Cur principium, & caput quæstionis appelletur hæc prima contentio, clarũ est ex scholio ad huius capitis argumentũ affixo. Anteponitur autem hic imperium hominis legum imperio; quum suprà in cap. decimoquarto è contrario antepositum fuerit imperium legum imperio hominis: propterea quòd ibi generaliter, vt annotauimus, cum quolibet imperio hominis communis, idest non perfectissimà virtute, de qua nondum quidquam dictum fuerat, alijs præstantis, comparabatur legum rectè conditarum imperium: hic propriè comparantur legum optimarum, & optimi ex perfectissimà virtute viri, idest veri regis, inter se principatus.*

Principium, & caput quæstionis illud quare.

Legum imperium; & principatus alibi anteponitur, alibi postponitur hominis imperio, & principatui quomodo.

b. Virum optimum. *Optimum virum dupliciter dici sæpe annotauimus: vno modo κατά τι, & ex medijs virtutibus, vt cum certa quadam hominum multitudine comparatur: altero modo simpliciter, ex vniuersa, perfectaq; virtute, vt comparatur cum cæteris omnibus hominibus. Hic propriè sermo est de simpliciter optimo: quando rex est talis: & de vero rege est disputatio instituta. Attamen Philosophus, dum argumentatur, loqui interdum videtur de primo optimo, vt statim in textu sequenti 114, & in 117, & in multis alijs.*

Optimus vir duobus modis.

De vero optimo loquatur in præsentia Philosophus.

c.d.e. Iis itaque, qui expedire, &c. *Repetitur hæc ratio, & diluitur infrà in tex. 121.*

Loci coniuncti.

d.e. Videntur leges solum, &c. *Eadem infrà in tex. 121. & 128.*

f.g.h. Quapropter in qualibet arte, &c. *Respondetur ad hanc rationem infrà in tex. 123.*

g h. In Aegypto post quartum diem, &c. *Quanto meliùs Hippocrates rem, non tempus præfiniuit.* { Concocta }, *inquit*, { medicari, atq; mouere; non cruda, neque in principiis, modò non turgeant. }

Hippocratis præceptum de tempore propinādi medicamentū.

i.k. Literis, & legibus *Nam sunt etiam leges non scripta.*

Cur additũ [literis.]

m.n.o. Melius autem est id, in quo, &c. *Similia his suprà in tex. 73, & infrà in 122. vbi hæc eadem ratio pro principatu legibus astricto penè repeti uidetur.*

Loci similes.

m. In quo non inest patibile omnino. *Non solùm non insint affectus, sed ne subiectum quidem affectuum, hoc est τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς μέρος.*

Locus à maiori.

r.s.t. Et leges esse positas, sed non ratas, &c. *Sumpta sunt hæc ex Platone in septimo libro de Legibus. Vide quæ de eadem re scribat Philosophus infrà in tex. 121.*

Platonis locus.

[Series ab tex. 113.

Controuersia, & contentio secunda.

PARS SECVNDA CAPITIS DECIMINONI. TEXTVS CXIV.

Argumentum Textus CXIV.

[a] *Controuersia secunda, & secunda contentio de principatu vnius optimi viri, idest veri regis, qua cum populi ingenui vniuersi principatu, hoc est cum republica propriè appellata confertur* [b] *in rebus ijs iubendis, & ordinandis,* [c] *singularibus nimirum,* [d] *de quibus lex statuere aut prorsus, aut bene non potest,* [e] *& omnino in ijs, de quibus vel nullæ latæ sunt, ferriùe leges possunt, uel latæ optimæ non fuerunt, vel desierunt esse optimæ aliquà de causa. Rationes pro vniuersi populi principatu quatuor:* [d] *à testimonio:* [e] *à simili:* [f] *à partibus:* [k] *à causis.* a. a.b. Ex c. a.b. Ex b. d e. g.h. i. K.& inde.

Tex.114. [a] De quibuscunque autem lex statuere non potest aut omnino, [b] aut bene, [c] vtrum vnum optimum virum, an omnes imperare, & potestatem habere oportet? [d] Etenim nunc conuenientes in vnum, congregatique disceptant, & consultant, & decernunt. [e] hæc autem iudicia sunt omnia de rebus singularibus. [f] Singillatim igitur comparatus quilibet fortasse deterior est. [g] At ciuitas ex multis constat. [h] Quemadmodum epulatio collaritia lautior est, quàm vna, & simplex. [i] Ob hanc causam etiam turba meliùs multa iudicat, quàm vnus, quisquis sit. [k] Præterea corruptioni minus opportunum, quod multum; [l] quemadmodum aquæ maior pars; [m] sic & multitudo paucis incorruptior. [n] vno autem ab ira, aut aliquo alio huiusmodi affectu superato; [o] necesse est iudicium corruptum esse. [p] illic verò difficile est, simul omnes esse iratos, [q] & peccare. [r] Sit autem multitudo ea liberorum hominum, [s] nihil præter legem agentium, [t] nisi quibus in rebus necesse est ipsam deficere.

[a] Ὅσα δὲ μὴ δυνατὸν τὸν νόμον κρίνειν ἢ ὅλως, [b] ἢ εὖ, [c] πότερον ἕνα τὸν ἄριστον δεῖ ἄρχειν, ἢ πάντας; [d] καὶ γὰρ νῦν συνιόντες δικάζουσι, καὶ βουλεύονται, καὶ κρίνουσιν. [e] αὗται δ' αἱ κρίσεις εἰσὶ πᾶσαι περὶ τῶν καθ' ἕκαστον. [f] καθ' ἕνα μὲν οὖν συμβαλλόμενος ὁστισοῦν ἴσως χείρων. [g] ἀλλ' ἔστιν ἡ πόλις ἐκ πολλῶν. [h] ὥσπερ ἑστίασις συμφορητὸς καλλίων μιᾶς, καὶ ἁπλῆς. [i] διὰ τοῦτο καὶ κρίνει ἄμεινον ὄχλος πολλά, ἢ εἷς ὁστισοῦν. [k] ὅτι μᾶλλον ἀδιάφθορον τὸ πολύ, [l] καθάπερ ὕδωρ τὸ πλεῖον, [m] οὕτω καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὀλίγων ἀδιαφθορώτερον. [n] τοῦ δ' ἑνὸς ὑπ' ὀργῆς κρατηθέντος, ἤ τινος ἑτέρου πάθους τοιούτου. [o] ἀναγκαῖον διεφθάρθαι τὴν κρίσιν. [p] ἐκεῖ δ' ἔργον ἅμα πάντας ὀργισθῆναι, [q] καὶ ἁμαρτεῖν. [r] ἔστω δὲ τὸ πλῆθος οἱ ἐλεύθεροι, [s] μηδὲν παρὰ τὸν νόμον πράττοντες, [t] ἀλλ' ἢ περὶ ὧν ἐκλείπειν ἀναγκαῖον αὐτόν.

Var. Lect.

Var. Lect. Ἡ πάντας. *In Aldino codice scriptum est* πολλούς. *quam scripturam Vetus interpres, Genesius, Aretinus, D. Thomas. & Acciaiolus uerterunt. At Isingr. & libri quidam manu scripti habent* πάντας. *eos sequitur Victorius, & nos probamus.*
3 a.b. κρίνει ἄμεινον. *Sic Isingr, quam scripturam multi sequuntur. In Aldino scriptum est* κρίνειν ἄμεινον.

EXPLANATIO.

a.b.c. [a] Venit in controuersiam secundo loco, quoniam multæ res in administranda republica occurrunt, de quibus, vt proximè est dictum, aut nihil omnino leges ciuitatis cauent, aut non optimè; vtrum earum rerum arbitrium tributum esse vni optimo viro, hoc est vero regi, an populo vni-
Ex f. & inde. uerso magis expediat. [f] Duo autem quum sint populorum modi, quemadmodum suprà in textu 77 explicatum fuit; vnus, belluinus, ac malè; alter ingenuus, ac bene moratus: de populo primi modi minimè dubiũ, multo deteriorem esse eius principatum principatu veri regis, hoc est vnius optimi perfectâ virtute viri: quandò principatu etiam optimi, opti-
r. morumque ex medijs virtutibus idem perspicuè deterior erat. [f] Sed quæ-
c. ritur de altero populo, cuius homines, ingenui, & modesti, [c] nihil præter
c. legem agerent, [c] nisi ubi lex eos destitueret quia vel non lata esset, vel
d.e. non esset optima. [d] Prima ratio pro talis populi principatu à testimonio,
d. & consensu omnium, penè dicam, hominum ducitur. [d] Nanque omnes; quotiescunque disceptare, consultare, decernere de aliqua re opus est, ac
e. volunt; solent hæc facere in vnum coacti, & congregati: [e] sunt autem consilia, & iudicia huiusmodi omnia de rebus singularibus, & in dies na-
a.b. scentibus; [a] de quibus leges nec feruntur, nec ferri possunt, aut feruntur
g.h. non rectè, aut non perfectè, si aliquis aggrediatur. [g] Secunda ratio ex
h. quodam simili. [h] Quemadmodum enim conuiuium, ex contributione multorum instructum, splendidius est epularum copiâ, quàm simplex, & sumptu vnius apparatum; licet in hoc simplici epulæ aliquæ forent, nul-
Ex g. lis illius multiplicis non lautiores: [g] ita multorum, & populi vniuersi principatus est principatu cuiusuis vnius de illis, quantumuis optimi, præ-
i. stantior. [i] Tertia ratio per locum à partibus. Complura sunt, quæ multo meliùs à turba, & multis simul hominibus iudicantur, quàm ab vno so-
K.l.m.n.o.p.q. lo, quisquis is fuerit. [k] Quarta ratio à causis rectam administrationem im-
K. pedientibus. [k] Multitudo tutior est à periculo corruptionis, qua corrum-
l.m. pitur, & peruertitur rationis iudicium. Probatur hæc minor bifariam.
m.n.o p.q. Primùm à simili: quandoquidem plus aquæ minus corrumpitur. [m] Dein-
Ex p.m.n. de probatur per locum à parte. [p] Facilè enim est, vnum hominem ab ira,
Ex m.n.o. aut aliquo alio affectu superari; difficile multos simul: [m] superante autem ira, aut quouis affectu alio; necesse est rationis iudicium hebetari, &
q. corrumpi: [q] quo corrupto peccatur in consultando, in decernendo, in
r. agendo. [r] sermo autem est, vt diximus, de multitudine bene educata, non de belluina. hæc enim nullo negotio in perturbationes ferinas in-
Ex f. ducitur, & delinquit. [f] Probant hæ quatuor rationes, multos simul congregatos meliùs semper (quod in tex. 75 propositum fuit) aut certè (vt additum est in 82) non deteriùs agere quidlibet, & decernere, & iudi-
f. care, quàm optimum vnum ex ipsis: [f] cui quidem vni vnusquisque reli-

Quæstio huius loci de optimi unius viri, id est veri regis, & populi uniuersi principatibus inter se comparatis.

Quæstio est, & controuersia de populo ingenuo, non de belluino.

Prima ratio pro populi ingenui principatu, à testimonio.

Secunda, à simili.

Tertia, à partibus.

Quarta, à causis.

Omnes istæ rationes confirmant enunciatũ tex 75 ex quo sequi continuò propositum videtur contra verũ regnum pro republica propriè sic appellata.

quorum singillatim comparatus, est fortasse eo deterior, quia is optimus existimatur; sed omnes vnà cum eo sunt eo solo, ac seorsum sumpto, quāuis optimo, præstantiores, vel æque præstantes ad quiduis agendum, & indicandum. [g] Ex hoc autem videtur confici, multorum, populique tandem vniuersi principatum principatu vnius è populo vel verè optimi, vel optimi opinati, esse anteferendum. † Nec tamen vim habent rationes istę pro republica propriè appellata contra verum regnū, idest contra vnius optimi absolutâ virtute viri principatum: licet haberent contra vnius optimi ex medijs virtutibus, & contra regna adulterina: quemadmodum ex ijs, quæ ad textum 101 annotauimus, intelligi potest. est nanque verus rex, & vir integra virtute optimus instar Dei inter homines, ex tex. 95. sicut ergo Deus pręstantior non euadit reliquarum rerum præstantijs sibi adiunctis; quinimo redderetur, nisi esset Deus, minùs præstans rerum minùs præstantium, imperfectarumque admixtione: sic cum viro integrâ, absolutâque virtute optimo, hacque de causa Deo simili, si congregarentur ad consultandum, & iudicandum homines non probi, & cum magna turba affectuum exiguas virtutum particulas nacti; impedirent potiùs eum, quàm adiuuarent.

Responsio pro vero regno contra rempublicam propriè sic appellatam.

SCHOLIA.

Similis quęstio tractata supra, & decisa cōtrariè. quomodo. Optimus dupliciter: & de vero hic propriè sermo.

Vtrum vnum optimum virum, &c. *Similis quæstio tractata est suprà in cap. 13. præferendusne sit vnius optimi uiri, an populi vniuersi principatus. Veruntamen optimus vir ex communibus, medijsq́; virtutibus ibi accipiebatur: hic accipitur ex uirtute omnibus numeris absolutà. Itaq; ibi etiam antepositus est principatus vniuersi populi: hic optimi unius uiri imperium anteponetur, in vigesimo primo scilicet capite. sed quanquam hic de optimo absolutà virtute quærere consilium est: tamen transfert in argumentando orationem ad alterum, ex communibus virtutibus appellatum optimum, sicut paulo antè ad tex. 113. annotaui.* [a]

Tres partes reipublicæ indicatæ.

Disceptant, & consultant, & decernunt. *Alludit fortasse ad tres reipublicæ partes, iudicia, deliberationes, magistratus.* [d]

Sententia horum verborum.

Singillatim igitur comparatus, &c. *Fortè in populo uniuerso inuenietur vnus aliquis ex communibus virtutibus adeo probus, vt cum eo vnusquisque aliorum singillatim comparatus sit ipso deterior: vniuersus tamen populus, & vniuersa multitudo, ex qua constat ciuitas, non est deterior.* [e f]

Enunciatum tex. 75.

Singillatim comparatus, &c. *Hoc parem vim habet illi enuntiato, quod supra in textu 75. propositum, & quatuor rationibus confirmatum fuit. de quo lege ea, quæ ibi annotauimus.* [g]

Locus similis.

Quemadmodum epulatio, &c. *Hæ duæ rationes, vna à cœna collatitia, altera à recto plerisque de rebus multitudinis iudicio, è textu superiori septuagesimoquinto sumptæ sunt, & repetitæ.* [h i]

Quæ res meliùs iudicentur a multitudine, quam ab uno solo vel maximé perito.

Turba meliùs multa iudicat, &c. *Quænam sint ista, quæ meliùs indicantur à multitudine, quàm ab vno uel peritissimo, dictum est in citato textu 75. sunt enim artium opera uel imitantium, uel simpliciter omnium, quæ pulchra, turpiaq́; facere dicuntur. Vel communiùs hic expone* { multa } *tum artis, tum naturæ.* [k]

Locus à maiori.

Paucis. *Non solùm uno, cuius hic fit comparatio, verum etiam paucis.* [m]

Locus similis.

Aut aliquo alio huiusmodi affectu, &c. *Affectus iudicium rationis corrumpunt. Idem infrà in exitu tex. 123.* [n o]

Necesse

Corruptionis animi nostri quot, & quae genera, & species.

Necesse est iudicium corruptum, &c. *Corruptio animi nostri, ex qua in agendo peccamus, duplex est; una est peruersio iudicij, & rationis: altera est peruersio voluntatis, sano manente iudicio. Prior nonnunquam à corporis morbo; saepius ab affectu animi nascitur: posterior ab affectu duntaxat animi. & utriusque ab affectu animi nascentis tot species sunt, quot sunt genera affectuum, & rerum expetendarum. Inter omnes autem primò, ac pene propriè corruptionis nomen sibi vendicauit, quā pecunia, earumq; cupiditas faciunt. Nec tamen de hac est sermo Philosopho in hoc loco: sed de ijs, quae ab ira, alijsq; nobilioribus affectibus oriuntur. Loquitur enim, vt statim admonebit, de multitudine hominū honestorum, qui nihil quidem agerent sponte praeter legem, & aequitatem: sunt tamen homines, pleni scilicet perturbationum, rectum mentis iudicium, quom vehementiores fuerint, in ijs peruertentium.*

Corruptionis animi nomen propriè quae harum specierum sibi vendicauerit. De quibus harum specierum sit hic sermo philosopho, & quare.

Affectuum vis etiam in homines probos.

* [Series ad tex. 113]

Controuersia, & contentio tertia.

PARS TERTIA CAPITIS DECIMI NONI.

Controuersia tertia, & tertia contentio principatus unius optimi viri, idest veri regis cum plurium uno optimorum principatu, hoc est cum aristocratia comparati in ijs rebus iubendis, & ordinandis, singularibus nimirum, de quibus lex statuere aut prorsus, aut perfectè non potest, & omnino in ijs, de quibus vel nullae latae sunt, ferriue possunt leges, vel latae optimae non fuerunt, vel desierunt esse optimae aliqua de causa. Textus duo 115, & 116.

Argumentum Textus CXV.

a.b.b.c. [a]*Comparatur principatus unius optimi viri cum plurium uno optimorum principatu,* [b] *hoc est regni cum aristocratia.* [c] *Rationes in utramque partem singulae, ambae per locum à causis:* [g] *& eius, quae contra aristocratiam affertur, dissolutio:* [h] *unde conclusio contra regnum pro aristocratia.*

(margin: h.i.K. c.ad K. & K.l.m.)

[a] Quòd si hoc iam non facile in multis; [b] at si plures sint boni & viri, & ciues: [c] vtrum vnus incorruptior, imperium tenens; an magis plures quidem numero, boni autem omnes? [d] An perspicuè plures. [e] Sed hi quidem dissident inter se, laborantque seditionibus: [f] vnus autem dissidiorum, seditionumque est expers. [g] Verùm huic rei fortasse opponendum est, probos animo { viros } instar vnius illius esse. [h] Si igitur plurium quidem imperium, bonorum autem virorum omnium Tex. 115.

nium

nium aristocratiam esse ponendum est; [i] id autem, quod vnius est, esse regnum: [k] optabilius quiddam sit ciuitatibus aristocratia regno; [l] siue cum potestate, siue sine potestate sit imperium; [m] si plures similes sumere liceat.

[a] Εἰ δὲ δὴ τοῦτο μὴ ῥᾴδιον ἐν πολλοῖς, [b] ἀλλ' εἰ πλείους εἶεν ἀγαθοὶ καὶ ἄνδρες, καὶ πολῖται; [c] πότερον ὁ εἷς ἀδιαφθορώτερος, ἄρχων, ἢ μᾶλλον οἱ πλείους μὲν τὸν ἀριθμὸν, ἀγαθοὶ δὲ πάντες; [d] ἢ δῆλον ὡς οἱ πλείους. [e] ἀλλ' οἱ μὲν στασιάσουσιν: [f] ὁ δὲ εἷς ἀστασίαστος. [g] ἀλλὰ πρὸς τοῦτ' ἀντιθετέον ἴσως, ὅτι σπουδαῖοι τὴν ψυχὴν, ὥσπερ κἀκεῖνος ὁ εἷς. [h] εἰ δὴ τὴν μὲν τῶν πλειόνων ἀρχὴν, ἀγαθῶν δ' ἀνδρῶν πάντων, ἀριστοκρατίαν θετέον: [i] τὴν δὲ τοῦ ἑνὸς βασιλείαν: [k] αἱρετώτερον ἂν εἴη ταῖς πόλεσιν ἀριστοκρατία βασιλείας, [l] καὶ μετὰ δυνάμεως, καὶ χωρὶς δυνάμεως οὔσης τῆς ἀρχῆς· [m] ἂν ᾖ λαβεῖν πλείους ὁμοίους.

Var. Lect. Πλείους ὁμοίους. *Hanc scripturam sequitur Victorius. Aretinus, & Lambinus sequuti sunt alteram, ὁμοίως quam habent Aldin. & Isingr.* m.

EXPLANATIO.

Ratio pro aristocratia contra regnum. Administrationem rectam impediens causa vna.

[a] Ratio pro aristocratia contra regnum, similis quartæ textus superioris, & per eundẽ locũ ab vna causa rectam administratione͂ impedient[e]: quæ est corruptio vel iudicij, vel voluntatis, vel vtriusque. Plures enim numero boni, seu optimi tum viri, tum ciues, [h] quorum principatus nomen habet aristocratia; incorruptiores sunt, quàm vnus eiusdẽ notæ, [i] cuius principatus regnum vocatur. [e] Ratio pro regno contra aristocratiam, ab altera causa impediente rectam administrationem: hæc autem est discordia, & seditio dominantium inter ipsos. [f] Vnus bonus vir à seipso dissidere, & seditionem facere non potest; [e] plures vno, quanquam boni, plerunque dissident inter se, & seditionibus agitantur. [g] Sed eleuatur hæc ratio ex conditione apposita bonitatis. nam quicunque animo, hoc est verè, non simulatè, non fictè, boni sunt; haud plus inter se discordant, & seditiones mouent, quàm ille vnus verè bonus secum. sicut etiam è contrario, vnus solus, qui nomine tantùm, non re, vir bonus fiet; animum non minus seditiosum, & secum discordantem habet, quàm dissentiant inter se, seditionesque concitent praui multi.

Ratio pro regno contra aristocratiam. Altera causa rectam administrationem impediens.

Eleuatur ratio allata pro regno contra aristocratiam.

b.c.d.h.l. h. i. e.f. f. e. g.

SCHOLIA.

Syntaxis.

[a] Si hoc iam non facile, &c. *Hoc, quod proximè dictum est de multitudine, ac populo penè vniuerso è ciuibus honestis constante, qui præter legem, æquitatemq́; nihil agerent. Si itaque talem populum inueniri difficile esse cuipiam videatur, vel omnino non inueniri: fortasse non erit difficile inueniri in populo non belluino plures vno probos, aut etiam optimos, saltem ex communibus virtutibus, tum viros, tum ciues: de quibus quærendum eodem modo erit, vtrùm ersi ne minùs corruptioni sint opportuni, quàm vnus optimus, ex illis: vnde intelligatur vter principatus alteri sit præferendus.* a.b.

In mul-

In multis. ἐν πολλοῖς. *Multitudinem, & populum uniuersum intellige ex textu proximè antecedenti.* — Multi pro populo uniuerso.

b. Plures sint boni, &c. *Plures uno: at pauci, non multi. fieri enim omnino non potest, ut multi in una ciuitate sint uiri optimi, & perfectà uirtute præstantes, imò sint optimi uel ex communibus uirtutibus.* — Plures pro paucis.

Boni & viri, & ciues. *Nam in certis rebuspublicis, quales sunt regnum, & aristocratia, eadem est ciuis boni virtus, quæ & uiri boni: in deprauatis non statim, qui est bonus ciuis, idem & uir bonus est, ut suprà est declaratum.* — Cur viri, & ciues hic coniungantur.

d. An perspicuè plures. *Sunt incorruptiores.* — Syntaxis.

g. Verùm huic rei, &c. *Dum soluit Philosophus hanc rationem de seditionibus, contra aristocratiam allatam, fortè unà indicat, solui etiam priorem de corruptione contra regnū eodem modo posse. nam qui uera est uirtute præditus, unus non magis, quàm multi, corrumpi & auelli à recta ratione solet.* — Solutio rationis de corruptione, contra regnum allatæ, indicatur.

h. Plurium quidem imperium, &c. *Definitiones aristocratiæ, & regni.* — Definitiones regni, & aristocratię.

k. Optabilius quiddam sit ciuitatibus, &c. *Vterq; horum principatuum eam habet differentiam: ut quidam sit uerus, & perfectus; quidam nothus, & imperfectus. Si igitur perfectus perfecto comparetur: anteponendus est regius: si imperfectus imperfecto; anteponendus est optimatum principatus: si perfectus imperfecto: perfectus semper est anteponendus. Hæc ex isto textu, & ex capite sequenti colliguntur. Quanquam autem Philosophus de perfecto regno quęstionem instituerit, ut ex tex. superiori 112. liquet: tamen in præsentia dum rem disceptat, & probabiliter in utranque partem argumentatur, uidetur aristocratiam regno præferre: nimirum tam perfectam, quàm imperfectam aristocratiam imperfecto regno.* — Regnum perfectum anteponendum; regnū imperfectum postponendum aristocratiæ tam perfectæ, quàm imperfectæ. Aristocratiam regno quo simpliciter hic præferat Philosoph.

Optabilius quiddam, &c. *Conclusio præferens aristocratiam regno ea de causa, quòd plures sint uno incorruptiores: postquam eiecta est ratio de seditionibus, à regno faciens.* — Conclusio contra regnum pro aristocratia.

l. Siue cum potestate, &c. *Siue liberum, siue legibus astrictum imperium sit.* — Cum potestate, & sine potestate q.d hic.

m. Si plures, &c. *In hoc posita est difficultas, si plures uno præstantissimi virtute uno in populo possunt reperiri. Iis repertis, quia sunt uno incorruptiores; firmum uidetur, committendam illis potius esse rempublicam, quàm uni soli.* — Cur addita hæc uerba.

Plures similes. *Aequales omnes uirtute, aut non ualde inter se distantes. nam si multùm unus alijs antecelleret; ille rex esset constituendus.* — Similes quid hic.

Argumentum Textus CXVI.

Dubitationes contra aristocratiæ præstantiam, ab euentis quibusdam nascentes, tres proponuntur; & per causas eorundem euentorum dissoluuntur.

[a]Et idcirco fortasse [b] sub regum imperio antea erant: [c] quia rarò dabatur inuenire viros multùm virtute præstantes; [d] prę-sertim quum etiam tunc paruas habitarent vrbes. [e] præterea vero ob beneficentiam eges constituebant: [f] quod est bonorum virorum opus. [g] Postquam verò accidit, vt multi virtute similes existerent: [h] non amplius ferebant: [i] sed commune quiddam — Tex. 116.

quiddam quærebant; [k] & constituebant rempublicam. Vbi autem,[l] deteriores facti,[m] lucrabantur è publicis rebus;[n] hinc, consentaneum rationi est, natas oligarchias esse. [o] effecerunt enim, vt diuitiæ in pretio haberentur. [p] Ex his autem primùm in tyrannides abierunt: [q] ex tyrannidibus verò in democratiam. [r] semper nanque ad pauciores redigentes, propter turpis lucri studium, [s] multitudinem reddiderunt robustiorem: [t] ita vt conspirauerit; [u] & ortæ sint democratiæ. [x] Quoniam autem etiam maiores esse euênit ciuitates: [y] fortasse nec facile iam est aliam exoriri rempublicam, quàm popularem.

[a] Καὶ διὰ τοῦτ' ἴσως [b] ἐβασιλεύοντο πρότερον, [c] ὅτι σπάνιον ἦν εὑρεῖν ἄνδρας πολὺ διαφέροντας κατ' ἀρετήν· [d] ἄλλως τε καὶ τότε μικρὰς οἰκοῦντας πόλεις. [e] ἔτι δ' ἀπ' εὐεργεσίας καθίστασαν τοὺς βασιλεῖς: [f] ὅπερ ἐστὶν ἔργον τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν. [g] ἐπεὶ δὲ συνέβαινε γίγνεσθαι πολλοὺς ὁμοίους πρὸς ἀρετήν: [h] οὐκέτι ὑπέμενον: [i] ἀλλ' ἐζήτουν κοινόν τι, [k] καὶ πολιτείαν καθίστασαν. [l] ἐπεὶ δὲ χείρους γιγνόμενοι, [m] ἐχρηματίζοντο ἀπὸ τῶν κοινῶν: [n] ἐντεῦθέν ποθεν εὔλογον γενέσθαι τὰς ὀλιγαρχίας. [o] ἔντιμον γὰρ ἐποίησαν τὸν πλοῦτον: [p] ἐκ δὲ τούτων πρῶτον εἰς τυραννίδας μετέβαλλον: [q] ἐκ δὲ τῶν τυραννίδων εἰς δημοκρατίαν. [r] αἰεὶ γὰρ εἰς ἐλάττους ἄγοντες δι' αἰσχροκέρδειαν, [s] ἰσχυρότερον τὸ πλῆθος κατέστησαν: [t] ὥστ' ἐπιθέσθαι· [u] καὶ γενέσθαι δημοκρατίας. [x] ἐπεὶ δὲ καὶ μείζους εἶναι συμβέβηκε τὰς πόλεις: [y] ἴσως οὐδὲ ῥᾴδιον ἔτι γίνεσθαι πολιτείαν ἑτέραν παρὰ δημοκρατίαν.

Var.Lect. ὁμοίους. *Ita legitur in multis libris: & omnes interpretes excepto uetere ita legerunt. In Aldin. & Isingr. scriptum est* ὁμοίως. g.

EXPLANATIO.

Primo dubitatio: Priscis temporibus regna, non aristocratiæ, in ciuitatibus constituta fuerant.

Secunda dubitatio: Ab aristocratijs ad alias deinceps formas, & eas quidem prauas, declinarunt antiquitus ciuitates, atque etiam declinant.

Tertia dubitatio: Complures extabant Philosophi tempore democratiæ, neque in aristocratias mutabantur.

Cur in ciuitatibus cõstituta regna primo le-

[b] Prima dubitatio: Si aristocratia optabilior, quàm regnum, esset ciuitatibus; non primo seculo, quo homines naturam ducem sequebantur, regna in illis constituta fuissent, vt fuerunt, sed aristocratiæ. [n] Dubitatio secunda: Si aristocratia optabilior regno esset, & formarum reipublicæ omnium maxime optabilis: non ab ea declinassent antiquitus ciuitates, & in dies declinarent ad alias formas; vt declinarunt, declinantque, quemadmodum & à vocata republica; atq; ad eas quidem formas, quas omnes consentiunt prauas esse; [n] primùm ad oligarchias; [p] deinde per has ad tyrannides; [q] & per tyrannides ad democratias. [x] Dubitatio tertia: Complures extabant Philosophi nostri tempore respublicæ populares; neque in aristocratias mutabantur: in quas vtique mutari debuissent, si aristocratiæ sunt maximè optabiles. Soluuntur hæ omnes dubitationes, exponendo causas, ob quas, etiam si aristocratia esset optima rerumpublicarum, eadem nihilominus euenissent, & euenirent; extitissent nimirum priscis temporibus regij principatus; migrassentque, ac migrarent ordine proposito aristocratiæ, & respublicæ sic propriè appellatæ in oligarchias; oligarchiæ in tyrannides; tyrannides in democratias; ac tandem complures fuissent Philosophi tempore respublicę populares, nec in aristocratias abijssent. [a] Primi eueni duæ causæ tanguntur: [a] paucitas hominum

a hominum valde excellentium virtute: [a] & vtilitas publica. Prima causa duas partes habet: [c] vnam; quum pauci semper sint viri magnopere virtute præstantes, paucissimos certè priscis illis temporibus fuisse † tum quia paruus ab initio hominum numerus, † tum quia nondum recta institutio, doctrinaque, ex quibus virtus proficiscitur, adoleuerant: [d] alteram; paruas tunc fuisse ciuitates; & in paruis ciuitatibus rariores etiam inueniri homines eximios, qui longè cæteris virtute antecellant. [e] Secunda causa eiusdem primi euentis fuit vetus institutum creandi reges, publicæ vtilitatis gratiâ, viros eos, à quibus magna aliqua beneficia in populos collata essent: vt rerum multarum, ob imperitiam, inopiam, pericula imminentia, homines tunc indigebant. de quo instituto dictum est suprà in textu 108. [f] Hisce autem de causis regibus ab initio ciuitates se subiecisse, non quia regium principatum aristocratiâ putarēt meliorem; argumenta duo afferri possunt: [f] vnum ab illo ipso prisco instituto reges creandi. nam beneficijs magnis iuuare populos est hominum virtute valde præstantium: ex huiusmodi autem hominibus vtrunque imperium constat, tam aristocratiæ, quàm regium: ergo quasi diuinarent, ac vellent, præstantissimos viros in imperio fore, creabant reges eos, à quibus beneficia aliqua ingentia accepissent; [e] tales enim vix singuli in singulis ciuitatibus, prouincijsque reperiebantur; non autem quòd vnius solius imperium plurium præstantissimorum imperio anteponerent. [g] Alterum argumentum, quo etiam primum istud confirmatur: [g] Statim atque splendere virtute plures homines in ciuitatibus cœperunt; [h] non tulerunt ciuitates regios principatus; [i] sed in aristocratias, & vocatas propriè respublicas eos commutarunt. † probabant igitur magis proborum plurium, quàm vnius principatum: & aristocratiam regno præferebant. [l] Euenti secundi cur ex aristocratia æque, & ex vocata republica oligarchia primùm; deinde ex hac tyrannis; ex tyrannide tandem democratia nata; causæ item duæ, quas summas, & maximas putes, afferuntur. [m] Vna est lucri, diuitiarumque cupiditas: propter quam [n] tum vocatas respublicas, tum aristocratias in oligarchias; [p] & oligarchias in tyrannides fuisse conuersas, verisimile est: nam [l] deteriores facti, non primi illi quidem ad optimatum, vocatarumque rerumpublicarum imperia, commendatione virtutis, euecti, sed qui illis in principatu successerunt, filij, alijue quicunque, [m] habere quæstui publicas res cœperunt; † quod oligarchiarum est fundamentum; [o] diuitijsque pretium, & gloriam addiderunt. † quapropter non solùm re nocuerunt, sed multo magis exemplo. incitati enim sunt & reliqui ad oligarchias instituendas, diuitiasque comparandas: quum viderent, curari hæc à principibus; & diuitias ex honoribus, honores ex diuitijs suppeditari, lata lege, vt ne quis, nisi tantum censum haberet, maiorum magistratuum esse particeps posset. [r] Ob eandem quæstus cupiditatem, existimationemque diuitiarum [p] natæ sunt ex oligarchijs primùm tyrannides; [q] deinde ex tyrannidibus democratiæ. [r] siquidem pauci potentes, [m] quo ditiores ex rerum communiū, magistratuumque administratione fierent; numerum suum, idest eorum, quibus magistratus, & respublica communicaretur, minuere semper studuerunt: [p] donec tandem vnus eorum, cæteris eiectis, tyrannidem vsurpauit. [t] & hic ipse porro, turpe, iniustumque lucrum in dies magis consectatus, populum miserè expilando, [t] eò ipsum adduxit: vt, furore percitus, tyrannum oppresserit,

Left margin: a. — c. — † — † — d. — e. — f.g.h.i.K. — f. — e.c. — g.h.i.K. — g. — h. — i.K. — † — l.vsq; ad z. — m.n. — n. — p. — l. — m. — † — o. — † — r. — p. — q. — r. m. — p. — r. pp turpia lucri studium. — t.

Right margin: culo, nō aristocratiæ, causæq; duæ. Prima. — Secunda. — Cur aristocratiæ in aliasdeinceps formas prauas omnes abierint antiquitus, atque etiam nunc abeant, causæ duæ summæ, & maximæ. Altera istarum duarū causarum, quæ fuit cōmunis imitationem huiusmodi omnium.

Altera è duabus summis, maximisque caussis, nō communis omnium, sed propria mutationis tyrannidum in democratias.

Cur multæ Philosophi nostri tẽpore democratiæ extarent, nec in aristocratias mutarentur.

oppresserit, [u] democratiamque instituerit. [t] Altera causa etiam summa, & maxima, sed propria mutandarum tyrannidum in democratias, prioremque tunc comitata; fuit potentia populi: † quę tantum crescit, quantum decrescit multitudo imperantium; & maxima est, quom imperat vnus solus. [x] Atque hanc quidem alteram causam, vt mutarentur in democratias tyrannidas, fuisse item propriam, solamq; causam tertij euenti, cur Philosophi nostri seculo multæ extarent democratiæ, nec conuerterentur in aristocratias, licet optimas rerũpublicarum has esse concederemus; fortasse aliquis dicet, nec sine ratione; etenim [z] ciuitatibus tunc temporis iam maioribus factis, [a] aucto vniuscuiusque in multitudinem populo, & ex multitudine multo validiori reddito; [y] consonum rationi est, si quæ nouæ respublicæ instituendæ fuerant, eas populares à populis, maiorem potentiam habentibus, quàm vt singuli, aut pauci homines ei obsisterent, fuisse institutas; nec mutari institutas potuisse, retinentibus populis eâdem potentiâ, quâ illa parauerant, suarum ciuitatum imperia.

SCHOLIA.

Syntaxis.

a. Et idcirco. *Quod proximè est indicatum, Paucos omnino fuisse homines, qui magnopere uirtute cæteris antecellerent.*

Loci similes.

b. Sub regum imperio antea erant. *Idem in tex. 13 libri primi, & infrà in lib. quarto, & alijs in locis.*

Cap. 13.

c. Ob beneficentiam reges constituebant. *Quære idem suprà in tex. 108.*

Non est certus ordo mutationis seu rerumpublicarum specierum inter ipsas.

Lad r.

Commune quiddam quærebant, & constituebant, &c. *Non est fixus hic ordo mutationis rerumpublicarum inter ipsas. Rarò admodum mutatur regnum in aristocratiam, & in uocatam rempublicam: tantum abest, ut in eas aut primas, aut solas mutetur: nec in solam oligarchiam aristocratiã; nec in tyrannidem solam oligarchia uertitur; nec tyrannis in popularem solam, aut primam. sed & popularis, & unaquæque aliarum abit in omnes vicissim, ut patebit in libro quinto. Verùm hæc inducuntur in præsentia à Philosopho ad dubitationes contra aristocratiam cum regno comparatam faciendas, & tollendas: quamobrem minimè mirum, si omnia, quæ hic traduntur, cum ijs, quæ alibi, non usquequaque consentiant. disceptat enim nunc Philosophus, non decernit. Caue igitur ab Expositoribus, corollariũ hoc esse dicentibus de ordine, quo rerumpublicarũ formæ sunt introductæ.*

Expositio verborum.

i. Commune quiddam quærebant. *Vt plures, uel omnes essent reipublicæ participes; nec unus solus inter pares dominaretur.*

Respublica pro aristocratia, & republica propriè appellata.

k. Et constituebant rempublicam. *Reipublicæ nomine significari hic arbitror vtranque duarum aliarum rerumpublicarum rectarum præter regnum; aristocratiam uidelicet, & uocatam rempublicam: quæ à pluribus gubernantur. Alij putant solam aristocratiam notari. At cur nomine communi abuteretur ad aristocratiam solam significandam, cui proprium est nomen? & cur uocatam propriè rempublicam solam de omnibus formis prætermisisset?*

Alia

(Series ab tex. 111.)
Aliæ quædam rationes probabiles contra regnum

CAPVT VIGESIMVM.

Aliæ quædam rationes probabiles pro republica, quæ propriè hoc nomen habet, pro aristocratia, pro dominatu ex optimis legibus contra regnum promiscuè allatæ. Textus quindecim: decimus septimus, & sequentes vsque ad 132.

- *Prima communis pro omnibus tribus contra regnum: A periculis, & malis imminentibus propter filios, aliosue propinquos regum.* — Tex. 117.
- *Secunda item cõmunis pro omnibus tribus contra regnũ: A potẽtia, seu custodia, & satellitibus regis.* — Tex. 118.
- *Tertia propria pro republica propriè sic nuncupata contra regnum: A definitionibus horum principatuum, illâ consentaneâ, hac dissentaneâ naturæ rerum, & iustitiæ distributiuæ.* — Tex. 119.
- *Quatuor rationes propriæ; quarta quinta, sexta, septima pro dominatu astricto legibus contra regium, & quemlibet alium ciuitatis liberum dominatum: additis infirmationibus duarum aduersarum rationum, quæ suprà in tex. 113 allatæ fuerunt.*
  - *Quarta ratio: Quoniam imperare, parereque vicissim cunctos ciues, sit dominatus astrictus legibus.* — Tex. 120.
  - *Infirmatio prioris è duabus rationibus, quæ in tex. 113. superiori pro veri regis libero dominatu contra dominatum legibus obstrictum allatæ fuerunt.* — Tex. 121.
  - *Quinta ratio: Quoniam lex sit mens sine appetitione Deo similis; homo coniunctas cum mente quasi duas belluas gerat, iram, & cupiditatem.* — Tex. 122.
  - *Infirmatio posterioris è duabus rationibus, quæ suprà in tex. 113 pro veri regis libero dominatu contra dominatum legibus astrictum allatæ fuerunt.* — Tex. 123.
  - *Sexta ratio quasi per appendicem: Quoniam omnes, qui quærunt iustum quærant medium, vt apparuit in posteriori parte textus superioris; & medium, ac lex idem sint.* — Tex. 124.
  - *Septima ratio: Quoniam ex legibus saltem naturalibus administratio sit perspicuè melior, & tutior administratione libera ex hominum voluntate.* — Tex 125.
- *Octaua ratio vel communis pro aristocratia, & republica propriè appellata; vel propria pro aristocratia contra regnum: Quoniam tam multa, quàm multa ciuitatem rectè administraturus animaduertat oportet, ab vno solo homine animaduerti vix, aut ne vix quidem potest.* — Tex. 126.
- *Nona ratio item vel communis pro aristocratia, & republica propriè appellata; uel propria pro aristocratia contra regnum: Quoniam duo, & plures viri probi sint uno meliores.* — Tex. 127.
- *Decima ratio similis, idest uel communis pro aristocratia, & republica propriè appellata; uel propria pro aristocratia contra regnum: Quoniam plerisque in ciuitatibus earum rerum statuendarum, quæ legibus comprehensæ non sunt, potestas multis vnà congregatis hominibus, idest collegijs quibusdam, non viris singulis tribuatur.* — Tex. 128.
- *Vndecima ratio communis pro republicâ propriè vocatâ, & aristocratia contra regnum: Quoniam meliùs à multis, quàm ab vno cognosci, agique possint ea, quæ in ciuitatibus administrandis sunt cognoscenda, & agenda.* — Tex. 129.
- *Duodecima ratio communis pro republica propriè vocata, & aristocratia contra regnum: Quoniam ijdem ipsi monarchi pares, & similes homines similiter in imperio esse censeant oportere.* — Tex. 130.
- *Conclusio duorum capitum, deciminoni, & vigesimi, in quibus contra regnum rationibus probabilibus hactenus est disputatum.* — Tex. 131.

Argumentum Textus CXVII.

[a] *Prima ratio contra regnum communiter pro omnibus tribus, republicâ proprie appellatâ, aristocratiâ, dominatu ex optimis legibus. Locus à connexis* [b] *hoc est à periculis, & malis imminentibus propter filios, aliosùe propinquos regum:* [c] *siue succedere vniuersè eos patribus, vel patrum ipsorum iussu, vel instituto, consensuùe ciuitatis dixeris;* [e] *siue idoneos tantùm arbitrio patrum.* a. b. c.d. e.f.g.h.

Tex. 117. [a] Si quis autem sanè ponat, optimum esse ciuitatibus regio imperio gubernari: [b] quomodo se habebunt ea, quæ ad filios pertinent? [c] Vtrum etiam genus, sobolemque regnare oportet? [d] at qualescunque prouenire contigerit, perniciosum. [e] Sed filijs non tradet: [f] quum penes eum sit potestas. [g] verùm non iam facile est hoc credidisse: [h] difficile enim est; [i] & maioris virtutis, quàm pro humana natura.

[a] Εἰ δὲ δή τις ἄριστον θείη τὸ βασιλεύεσθαι ταῖς πόλεσι, [b] πῶς ἕξει τὰ περὶ τῶν τέκνων; [c] πότερον καὶ τὸ γένος δεῖ βασιλεύειν; [d] ἀλλὰ γιγνομένων ὁποῖον τινὲς ἔτυχον, [e] βλαβερόν. [e] ἀλλ' οὐ παραδώσει, κύριος ὢν, τοῖς τέκνοις. [g] ἀλλ' οὐκ ἔτι τοῦτο ῥᾴδιον πιστεῦσαι: [h] χαλεπὸν γάρ, [i] καὶ μείζονος ἀρετῆς, ἢ κατ' ἀνθρωπίνην φύσιν.

Var. Lect. Ὁποῖοί τινες: *Sic in cod. Isingr. In Aldino, & quibusdam alijs scriptum est* ὁποῖον τινὲς. d.

EXPLANATIO.

Fundamentum argumentationis. [a] Filii non semper sunt patrum similes: sed ex strennis, sapientibus, probis, ignaui, stulti, vitiosi plerunque proueniunt. [b] De filijs ergo regum [f] libera potestate dominantium quid statuemus? [c] Num successuros eos, qualescunque tandem fuerint, patribus suis, vel patrum ipsorum iussu, [f] quorum in manibus, quia veri, perfectique reges sint, posita sint omnia; vel lege, consensuùe suæ quisque ciuitatis? [d] at si vitiosi, ignaui, stulti succedent regibus, quantumuis optimis: multa, maximaque mala ciuitatibus creabunt. [e] Num igitur fortasse dices, quia optimi patres ponãtur; exclusum ab ijs iri filios non idoneos; admissum iri solos idoneos? [g] verùm hoc committere patris iudicio non est satis tutum. [h] rectè enim iudicare aduersus res suas proprias, aduersus filios presertim, pro alienis; virtutis est supra conditionem, & naturam humanam. † Hæc autem pericula vel tyrannidis, vel prauæ alius administrationis futuræ, & perniciei ciuitatis regno imminent propter regum filios: longe absunt à tribus a.a. b. a.c. e. a.f. d. e. f.h. †

Argumentatio bceps vtrinque magna pericula ostendens. Si successuri filij, qualescunque fuerint, patribus in regno.

Si arbitrio, iudicioque patrum soli idonei successuri.

tribus alijs principatibus, aristocratiâ, republicâ propriè appellatâ, dominatu ex optimis legibus. [a] Quare hoc etiam nomine hi tres principatus regno præstant. — *Conclusio pro tribus alijs principatibus pericula illa non habentibus.*

SCHOLIA.

a. & inde. Si quis autem sanè ponat optimum esse, &c. *Comparari hic à Philosopho regnum hæreditarium cum optimo D. Thomas existimat. quod non fit. Et præfert ipse optimū tum quia electione ritè facta præstantissimis semper regnum confertur; successione sæpenumero obtingit minus præstantibus: tum quia in populo uniuerso inueniri vir aliquis præstantissimis faciliùs potest, quàm in vna certa familia. Accidere tamen ait, ut præstet hæreditarium, primùm propter turbas, seditionesq́ ciuium ab optimo inter eligendum nascentes: deinde quoniam in optimo is, qui paulo antè par, humilior q́ aliquando cæteris fuerat, fit cunctorum princeps, & dominus; quod multi grauiter ferunt: tertiò quoniam in regno hæreditario filijs promptiùs obediunt, ac se subijciunt ciues, quos antea honorare, quibusq́ parère, patribus regnantibus, assueuerunt: faciliora enim omnia, atque expeditiora facere consuetudinem. Adduntur ab alijs alia. Pro optimo: Aequum esse, rationiq́ consentaneum, ut imperaturus omnibus ex omnibus eligatur: atque esse minus seruile, locoq́ libertatis ijs, qui parent, si eligi incipiant. Pro hæreditario: Tutiùs, firmiusq́ aduersus prauas aliorum spes, ac cupiditates esse regnum; in quo, qui succedere debet, non est in incerto: † & bona communia, partesq́ regni in optimo, quod ad filios transire non debet, dissipari. Verùm quæcunque ab hæreditario regno contra optimum facere uidentur: ea mores hominum improbos notant; & modum electionis minimè idoneum, qui illos obsistat. nam idoneum haudquaquam tangunt. esset autem fortasse maximè idoneus: si, non multitudo, sed vnus solus perfectà præditus virtute, verusq́ rex eligeret sibi successorem: optimus nanque optimum eligeret, ut Nerua Traianum. itaque in perfectis regnis, ac regibus, quos in animo magis informes, quàm reipsa inuenias, melior est electio successione: in nothis autem, atque imperfectis, qui passim cernuntur, successio est anteferenda. Prætulit optimum etiam Philosophus in secundo libro tex. 161. & 190. aduersus quem Bodini cauillationes facilè per ea, quæ & hic, & ibi sunt annotata, refelluntur.*

Regnum hæreditariū, & optimum inter se comparata.

Vlysses cap. 4. lib. 2. ciuilis doctrinæ.

† Bodinus cap. 5. lib. 6.

Modus eligendi futurum regem maximè idoneus.

Bodinus in sex. suo de Republ. libro cap. 6.

b. Quæ ad filios pertinent. *Et ad propinquos alios, si filios non habuerint. est enim dubitatio communis de cognatione, & prosapia. quod ostendit uox, γένος, in sequenti membro vsurpata. sed ex fortiori loco Philosophus quasi argumentatur.* — *Dilatatio quæstionis ad propinquos.*

d. At qualescunque prouenire contigerit, &c. *Perniciosum, & detrimentosum erit ciuitatibus: si regnare oporteat filios regum, qualescunque nasci eos contigerit etiam minimè idoneos, & stultos, & improbos.*

e. Sed filijs non tradet. *Pater rex filijs suis minimè idoneis regnū non relinquet.* — *Expositio verborum.*

f. Quum penes eum sit potestas, Κύριος ὤν. *Duobus modis hoc exponitur. vno modo, à cæteris omnibus: esse in huius regis manu, ut relinquat filio regnum, uel non relinquat. Altero modo exponitur à Genesio: habere hunc regem res omnes ciuitatis in sua potestate. Hanc expositionem sequutus sum ego. nam de uero, plenoq́ rege, qui summum, liberumq́ rerum omnium arbitrium habet, sermonem institutum esse, sæpe admonui: intelligiturq́ potissimum ex tex. 111, & 112, & 118: quanquam Philosophus inter disceptandum sæpe reges nothos admisceat; ut etiam in uerbis sequentibus de uirtute maiori, quàm pro natura humana.* — *Duplex horum verborum expositio.*

Verùm

Patri de filio iudiciū committere non est tutum.

Verùm non iam facile est, hoc credidisse. *Ostendit id Marci Aurelij philosophi factum, qui, optimus, prudentissimusq; imperatorum; tamen filio suo Commodo, monstro hominis, & Romanorum omnium deterrimo regnum reliquit.* k

Ex persona disceptātis hoc dicit Philosophus.

Et maioris virtutis, &c. *Disceptantis, non decernentis hæc oratio est. siquidem de vero, perfectoq; regno in præsentia agitur: cuius rex esse heros debet, & tanquam Deus inter homines, virtute præditus præstantissimâ supra captum, & conditionem hominum communium. Ex quo respondere pro vero regno ad rationem huius loci potes.* l

Responsio ad rōnem huius tex. pro vero regno.

Argumentum Textus CXVIII.

Secunda ratio item communis pro omnibus tribus contra regnum. Locus rursus à connexis, hoc est à potentia, vel custodia, & satellitibus regis: quos seu dederis, seu non dederis vero regi, multos, aut paucos; absurda sequi videntur; nulla sequi in potentia cuicunque illorum trium dominatuum assignanda.

Tex. 118.

[a] Est autem & de potentia dubitatio, [b] vtrum eum, qui est regnaturus, habere vim quandam circa se oporteat, [c] qua parêre nolentes cogere poterit: [d] aut quomodo imperium administrare ei liceat. [e] Nam etiam si ex lege summum imperium teneat, [f] nihil agens suâ voluntate præter legem; [g] tamen necesse est, adesse ei potentiam, [h] qua leges tuebitur. [i] Fortasse igitur, quæ ad talem regem attinent, definiuisse non est difficile. [k] oportet enim ipsum sanè vim habere: [l] tantam autem esse vim, vt singulis quidem, & vno, & compluribus, validior sit; multitudine verò imbecillior. [m] sicut & antiqui custodias dabant, quando aliquem præficerent ciuitati, quem vocabant Æsymnetam, aut tyrannum. [n] & quidam Dionysio, quom custodes peteret, tot darent custodes, Syracusanos hortabatur. [o] Verùm de eo rege, qui cuncta pro voluntate sua agit, & sermo institutus est nunc, [p] & consyderatio facienda. [q] nam qui ex lege quidem rex appellatur, non est species, vt diximus, reipublicæ. [r] in omnibus enim esse potest principatus militaris perpetuus: [s] veluti in statu populari, & optimatum dominatione. [t] multique summam administrationis potestatem vni deferunt. [u] talis enim magistratus quidam est & Epidamni, & verò Opunte, aliqua ex parte minor. [x] Sed de pleno vocato regno: [y] hoc autem est, quo in omnibus voluntate sua imperat rex.

Exti

[a] Ἔχει δ' ἀπορίαν καὶ περὶ τῆς δυνάμεως: [b] πότερον ἔχειν δεῖ τὸν μέλλοντα βασιλεύειν ἰσχύν τινα περὶ αὐτόν, [c] ᾗ δυνήσεται βιάζεσθαι τοὺς μὴ βουλομένους πειθαρχεῖν: [d] ἢ πῶς ἐνδέχεται τὴν ἀρχὴν διοικεῖν. [e] εἰ γὰρ καὶ κατὰ νόμον εἴη κύριος, [f] μηδὲν πράττων κατὰ τὴν αὑτοῦ βούλησιν παρὰ τὸν νόμον: [g] ὅμως ἀναγκαῖον ὑπάρχειν αὐτῷ δύναμιν, [h] ᾗ φυλάξει τοὺς νόμους. [i] τάχα μὲν οὖν τὰ περὶ τὸν βασιλέα τὸν τοιοῦτον οὐ χαλεπὸν διορίσαι. [k] δεῖ γὰρ αὐτὸν μὲν ἔχειν ἰσχύν: [l] εἶναι δὲ τοσαύτην τὴν ἰσχύν, ὥστε ἑκάστου μὲν καὶ ἑνὸς καὶ συμπλειόνων κρείττω· τοῦ δὲ πλήθους ἥττω. [m] καθάπερ οἵ τ' ἀρχαῖοι τὰς φυλακὰς ἐδίδοσαν, ὅτε καθισταῖέν τινα τῆς πόλεως, ὃν ἐκάλουν αἰσυμνήτην, ἢ τύραννον. [n] καὶ Διονυσίῳ τις, ὅτ' ᾔτει τοὺς φύλακας, συνεβούλευε τοῖς Συρακουσίοις διδόναι τοσούτους τοὺς φύλακας. [o] περὶ δὲ τοῦ βασιλέως, τοῦ κατὰ τὴν αὑτοῦ βούλησιν πάντα πράττοντος, ὅ, τε λόγος ἐφέστηκε νῦν, [p] καὶ ποιητέον τὴν σκέψιν. [q] ὁ μὲν γὰρ κατὰ νόμον λεγόμενος βασιλεύς, οὐκ ἔστιν εἶδος, καθάπερ εἴπομεν, πολιτείας. [r] ἐν πάσαις γὰρ ὑπάρχειν ἐνδέχεται στρατηγίαν ἀΐδιον: [s] οἷον ἐν δημοκρατίᾳ, καὶ ἀριστοκρατίᾳ. [t] καὶ πολλοὶ ποιοῦσιν ἕνα κύριον τῆς διοικήσεως. [u] τοιαύτη γὰρ ἀρχή τις ἔστι καὶ περὶ Ἐπίδαμνον, καὶ περὶ Ὀποῦντα δὲ, κατά τι μέρος ἔλαττον. [x] περὶ δὲ τῆς παμβασιλείας καλουμένης: [y] αὕτη δ' ἐστὶ, καθ' ἣν ἄρχει πάντα κατὰ τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν ὁ βασιλεύς.

c. *Var. Lect.* Ἢ δυνήσεται. *In Aldin. & Isingr. scriptum est mendosè* ἢ.
q. Πολιτείας. *Sic legit Victorius, & rectè ex tex. 112. In Aldin. Isingr. Vet. Lambin. Genes. & alijs legitur* βασιλείας.

EXPLANATIO.

a. [a] Ardua in regno, [x] quod plenum vocant, [e] nullis legibus astricto, & perfecto, dubitatio accidit, [b] vtrum potentiam præsidiariorum, ac satellitum, & quantam rex eius, [o] digerens, dirigensque omnia suo arbitratu, habere circa se debeat [c] ad coercendos peccantes, eosque, qui parere nollent, compellendos. [d] Si non habeat, aut non habeat quidem ingentem: [d] munus suum, imperiumque sibi commissum, [o] regendi, moderandique omnia suo arbitratu, † vnus ipse aduersus multos nullo pacto administrare valebit: [d] nec tueri se; si plures vno impetum facere in eum vellent; in vnoquoque enim populo, quamuis optimo, multi reperiuntur refractarij, qui cupiditates, utilitatesq; suas vel cum publico detrimento sectentur. † Si habet; & vi agat, non monitione: tyrannus potiùs, quàm rex iudicabitur; & in nolentes, non in volentes imperium gerere. † In conditionibus autem quintum modum regij principatus, hoc est verum, perfectumque regnum definientibus hæ duæ, Auctoritatem, arbitriumq; liberum rerum omnium ciuitatis in rege esse, & Imperare ipsum volentibus, suprà in tex. 101. 105. 110. præcipuè sunt numeratæ. Vtrinque igitur absurda imminent: quæ vitare haudquaquam facile. Obijcies [e] regnum nothum; [e] cuius rex, legibus astrictus, nihil voluntate sua præter leges agat: [g] & tamen neminem dubitaturum, quin adesse ei potentiam oporteat, [h] qua leges, ex quibus imperat, & rex est, tueatur, conseruetq; sacrosanctas: [i] tum facilè definiri posse, quanta illa potentia esse debeat. [l] tantam enim concedendam videri, vt singulorum quidem viribus, siue vnus tantùm fuerit, siue plures etiam vno, qui imperium detrectare, legesque perfringere aggrediantur, sit maior: minor autem sit viribus totius populi, & multitudinis. [m] & confirmari præfinitionem hanc potentiæ duplici testimonio: [m] vno veterum Græcorum, dum ciuitatis aliquem, vt ipsi appellabant Aesymnetam, seu tyrannum crearent; tantum ei satellitium

Dubitatio de potētia præsidiariorum, & satellitum, habere⁻ne eam, & quantam rex vetus, suo arbitratu omnia administrans, circa se debeat.

Si non habeat, aut nō magnam habeat: quæ sequantur incommoda.

Quæ: Si habeat, & vi agat, non monitione.

Eleuatur dubitatio: qđ de rege astricto legibus quid ad vtrāque illius partem respondendum sit, satis constet.

Roboratur dubitatio, detracto eo, quo elucubatur: Propterea q; de vero, & liberè imperante rege, nõ de nothis, astrictisq; legum vinculo, sit nunc disputatio instituta.

Cur de solo vero, libereq; imperante rege sit nunc instituta disputatio.

tellitium tribuentium: [n] altero cuiusdam Syracusani, qui Dionysio, cu- n.
stodes petenti, tot dandos censuit. [o] Verùm non de notho regno vllo, le- Ex o.
gibusúe astricto est nunc sermo institutus; [o] sed de vero, & perfecto, [y] vbi o.x.
rex, omnibus solutus, legibus cuncta arbitratu suo gerit, & moderatur: y.
[p] & de hoc solo in præsentia, quæcunque in disputationem veniunt, sunt p.
consyderanda. [q] solus enim hic rex speciem reipublicæ à cæteris diuer- Ex q.
sam facit: [q] is, qui legibus astrictus est, minimè; [q] quemadmodum suprà q. q. ut diximus.
in tex. 112. est constitutum. [r] quippe legibus astrictus dominus ciuitatis, Ex r.t.
aut totius administrationis reipublicæ summam secundũ leges; aut rerũ
tantùm bellicarũ liberam, & absolutam auctoritatẽ per totam vitam suã
sibi collatam obtinet. [r] istum quidem, penè nihil aliud, quàm ducem bel- r. & ex q.
li perpetuum, vt in tex. 104. est demonstratum; in qualibet forma reipu-
blicæ esse posse dictum est eodem in textu 112. confirmaturque hoc loco
expositione democratiæ, atque aristocratiæ: [t] & illum, totius administra- t.u.
tionis legitimum dominum, posse similiter existere in formis alijs à regia,
Dyrrhachinorum, Opuntiorumque exempla nos docent. [x] De hoc au- x.o.b.c.
tem vero, perfectoque, ac legibus soluto regno plurimùm, vt dicebamus,
dubitatur, difficillimumque est definire, propter oborientia vtrinq; ab-
surda, de quibus proximè est expositum, potentiâne, & quantâ regem
eius, ad cogendos, puniendosque contumaces, succinctum esse oporteat.

De vero isto, liberéq; administrante rege quocunq; modo vtraque pars dubitationis definiatur, incommoda sequuntur.

† Quæ quidem dubitatio, absurdaque in republica propriè vocatâ non †
apparent. etenim in ea populus vniuersus dominatur. ideoque legibus,
decretisque suis aduersantium multitudinem, ac potentiam quancunq;
suâ semper longè inferiorem futuram, quum non timeat; eget solùm pau-
cis quibusdam maiorum magistratuum ministris, & exequutoribus: sicut
Consulem Romanum lictores duodecim; Dictatorem vigintiquatuor
sequebantur; Tribunum plebis viator vnus comitabatur. item in aristo-
cratia, quia multi sunt, qui imperium tenent, & amantur à populo; im-
petum rebellisũ, ne aduersus se exoriatur, minus formidant, quàm formi-
dare reges soleant: exiguâque idcirco magistratuum potentiâ contra
singulos legum, iussorumque suorum contemptores eis est opus. denique
dominatui cuilibet ex optimis legibus, simili ratione certum est, adesse
potentiam debere ad leges ipsas, quibus nititur, tuendas; ac tantam qui-
dem, quantam vni ipsorum, nempe notho regno, legibus astricto, conce-
dendam modò dictum fuit. † Ergo hoc quoque nomine; quoniam seu †
deberis, seu non dederis vero regi potentiam, paruam, aut magnam, ab-
surda sequuntur; nec sequuntur in assignandâ eâ reipublicæ propriè vo-
catæ, aristocratiæ, dominatui ex optimis legibus; videntur hi domina-
tus regno anteferendi. † Nos tamen pro regni præstantia ad hanc ratio- †
nem ita responderemus: Conuenire cùm regiæ maiestati, tum officio ci-
uitatem gubernandi, imperandique ciuibus ea, quæ publicè sunt profu-
tura, vt verus rex potentiam, custodiamque habeat: modicam verò, & è
ciuibus, non è peregrinis constantem. siquidem ciues regem; externi
tyrannum armis tuentur, ex tex. 105. atque ex 101. in populo, cui verus
rex imperat, paucissimi sunt, qui eum non ament, & reuereantur. tum
quod Agasicles Lacedæmoniorum rex, narrante Plutarcho, aliquando
dixit, verissimum est: Principem absque stipatoribus posse esse tutum; si
subditis ita imperet, vt pater filijs.

In republica propriè sic nominata, in aristocratia, & in quolibet principatu legibus astricto dubitatio, incommodaq; definitiones partium eius in pleno regno sequentia, aut prorsus non existunt, aut exigua sunt consequentia.

Conclusio: Præferendum igitur vero, plenoq; regno esse vnumquenq; trium illorum principatuum.

Responsio ad rationẽ huius tex. pro veri regni præstantia.

Nam

SCHOLIA.

e.f. Nam etiam si ex lege, &c. *Primi, & quarti modi reges propriè huiusmodi sunt; lege creati, nihilq; suà voluntate, & libidine agentes præter legem: de quibus in superioribus tex. 104. & 108.* Qui modi regum his verbis significentur.

l. Vt singulis quidem, & vno, & compluribus validior sit, multitudine verò imbecillior. *Ille, inquàm, rex sit validior, & imbecillior.* Syntaxis.

m. Aesymnetam, aut tyrannum. *De hoc modo regni, seu tyrannidis ex electione suprà in tex. 107.* Locus coniunctus.

q. Qui ex lege rex appellatur. *De quo pauloantè dictum fuit, tenere enim summum imperium ex lege, nihilq; agere suà voluntate præter legem.* Rex ex lege quis.

Vt diximus. *Hoc dictum de Laconico regno in tex. 112.* Locus citatus.

r. In omnibus enim, &c. *Notat primum regni modum, cuius exemplum apud Spartanos, expositum suprà in tex. 104. & 109. Atque hoc idem, quod hic dicitur, regnum istud, seu militarem principatum perpetuum reperiri in omnibus reipublicæ formis posse, dictum est antea in tex. 111, & 112.* Designatur primus regni modus, seu Laconicus. Loci similes.

s.t. Multique summam administrationis, &c. *Non est inter modos regni hic numeratus: vt quidam rex sit, cui vniuersa reipublicæ administratio sit demandata, nec quidquam agat suo arbitratu præter leges, sed omnia ex legibus. quarti enim modi potestas ex tex 108. & 109 non tam latè patebat, quum desultarum rerum esset: secundi & tertij ex 105. & 107 lege non omnino continebatur, sed erat par tyrannica. Fortasse igitur est hic potius summus in quibusdam popularibus rebuspublicis, oligarchijsq; magistratus: qualis, licet non satis plenus, nostro seculo Ducatus Genuæ, & Venetijs; apud Campanos olim Medixtuticus; & Opunte, Dirachyjs, alijs nominibus, quæ ignorantur. Istum vero summum in popularibus rebuspublicis, oligarchijsq; magistratum nihil vetaret alicubi regium vocari.* Non expositorum modorum regni vllus his verbis significatur, sed potiùs magistratus summus quarundam ciuitatú tam paucorum, & sua populi imperio.

u. Talis enim magistratus. *Vt tota reipublicæ secundum leges administratio vni soli committatur. referendum enim hoc est ad proximè antecedens membrum Alij perperam referunt ad superius, idest ad militarem principatum.* Syntaxis.

Strabo in 6. & 9. lib Ptolem. in 10. tab. Europæ.

Epidamni, & Opunte. *Epidamnus vrbs est in ora extrema Macedoniæ, quà Dalmatiæ iungitur. Opus oppidum, & Opuntij populi, ab eo nominati, in ea Locridis Achaiæ parte, quæ ad ortum vergit, inter Bœotiam, Euboicum sinum, Phocidem, Locrenses Epicnemidios, & Parnasum montem sunt siti. Quæ fuerit forma reipublicæ in Epidamno, apud neminem legi. colligitur tamen ex principio historiæ Thucydidis, de oligarchia in popularem mutatam tunc temporis fuisse. Opuntios regem habuisse sub belli Troiani tempus Aiacem Locrum, scribit Strabo in nono libro. sed tempore Philosophi nostri iam debebant aut paucorum, aut populi imperio regi, sicut cæteri Locrenses. Opuntiorum etiam rempublicam inter respublicas ab Aristotele descriptas idem Strabo in septimo libro numerat.* Epidamnus. Opus oppidum, & populi Opuntij.

Aliqua ex parte minor. *Hoc est paucorum rerum auctoritatem habens talis magistratus vel Opunte, quàm Epidamni; vel vtrobique, quàm habere omnino deberet, vt regni appellationem, saltem hoc nomine, idest ex laxata, si non ex libera potestate, mereretur.* Expositio horum verborum.

z. Sed de pleno vocato regno. *Repetenda sunt ex membro superiori illo,* { Verùm de eo rege, &c. } *hæc verba:* { & sermo institutus est nunc, & consyderatio facienda. } Syntaxis.

Pleno vocato regno. Περὶ τῆς παμβασιλείας καλουμένης. *A quo primùm vsurpatum* Vocabulum παμβασιλείας.

patum hoc nomen est? ab auctore nostro, an ab alio quopiam? Cæterùm hoc eodem nomine vsus ipse est etiam suprà in tex. 111.

Definitio quædam παμβασιλείας.

Quo in omnibus voluntate sua imperat rex. *Quædam pleni regni, παμβασιλείας græcè, quasi definitio.* f.

Argumentum Textus CXIX.

Tertia ratio propria pro republicâ propriè sic nuncupatâ contra regnum. Locus à definitionibus horum principatuum; illâ consentaneâ; hac dissentaneâ naturæ rerum, & iustitiæ distributiuæ: quibus quidem quæcunque sunt consentanea, salutaria; quæcunque sunt dissentanea, perniciosa sunt ciuitatibus.

Tex. 119.

[a] Videtur autem quibusdam nec secundum naturam quidem esse, vt vnus in omnes ciues summam potestatem habeat: [b] quandoquidem ex similibus ciuitas constitit. [c] Ijs enim, qui similes naturâ sunt; idem ius, eandemque dignitatem secundum naturam esse, est necessarium. [d] Quare si etiam victum, vestitumúe æqualem ab inæqualibus obtineri, perniciosum est corporibus: [e] ita & ea se habent, quæ pertinent ad honores. [f] Similiter igitur & inæquale ab æqualibus. [g] Quocirca nihilo magis imperare, quàm parêre, iustum est. [h] & vicissim igitur eodem modo.

[a] Δοκεῖ δέ τισιν οὐδὲ κατὰ φύσιν εἶναι τὸ κύριον ἕνα πάντων εἶναι τῶν πολιτῶν: [b] ὅπου συνέστηκεν ἐξ ὁμοίων ἡ πόλις. [c] τοῖς γὰρ ὁμοίοις φύσει τὸ αὐτὸ δίκαιον, ἀναγκαῖον, καὶ τὴν αὐτὴν ἀξίαν, κατὰ φύσιν εἶναι. [d] ὥστ' εἴπερ καὶ τὸ ἴσην ἔχειν τοὺς ἀνίσους τροφὴν, ἢ ἐσθῆτα, βλαβερὸν τοῖς σώμασιν: [e] οὕτως ἔχει καὶ τὰ περὶ τὰς τιμάς. [f] ὁμοίως τοίνυν καὶ τὸ ἄνισον τοὺς ἴσους. [g] διόπερ οὐδὲν μᾶλλον ἄρχειν ἢ ἄρχεσθαι δίκαιον. [h] καὶ τὸ ἀνὰ μέρος τοίνυν ὡσαύτως.

Var. Lect. Καὶ τὰ περὶ. *Sic Isingr. & Aldin. In quibusdam exemplaribus scriptum est* τὸ. *quæ Victorius sequitur.* e.

EXPLANATIO.

Syllogismus concludens, formam reipublicæ, propriè sic nuncupatæ, formæ regni esse anteponendam.

[a] Vnvm solum ciuium in cunctos alios potestatem perpetuam habere, quæ est regni forma, repugnat naturæ rerum, iustitiæque distributiuæ: [b] ex aduerso, imperare, ac parêre eos vicissim, quæ est forma reipublicæ propriè hoc vocabulo nuncupatæ, est naturæ rerum, iustitiæque distributiuæ consentaneum: [d] quorum quidem illud, repugnare scilicet naturæ, & iustitiæ, perniciosum; hoc, conuenire ijsdem, salutare est ciuitati: ergo forma reipublicæ propriè sic nuncupatæ est formæ regni anteferenda.

Ex d. detrimentorum.

Locus

b. § *Locus à fine.* § Assumptio hoc modo ostenditur. [b] Ciues eiusdem ciuitatis omnes, vt ad ipsam referuntur, similes, æqualesque inter se sunt naturâ & conditione; quod quidem ex definitione ciuis, in capite secundo huius libri traditâ, est manifestum. Huic minori propositioni additur duplex maior pro duplici parte assumpti. Vna ad naturalem conuenientiam & repugnantiam: [c] Similes naturâ, conditioneque homines, quatenus huiusmodi, [e] parem facultatem habent, [e] dignique pariter sunt, ex simili conditione, & naturâ, vt recipiant, habeantque paria. Altera maior ad repugnantiam, & conuenientiam iustitiæ distributiuæ: [f] Inæquales honores æqualibus hominibus tribui, † iustitiæ distributiuæ repugnat; [f] estque hac de causa perniciosũ ciuitati. Probatur hæc maior à pari: nam [c] æquales tribui inæqualibus, † quum eodem modo iustitiæ distributiuæ repugnet, [c] est ciuitati perniciosum. [d] & hoc à simili confirmatur in victu, & vestitu: quæ, si æqualia inæqualibus tribuantur, corporibus perniciem afferunt. [g] Sequitur vtraque pars assumpti: Iustum esse, naturæque consentaneum, atque ideo salutare ciuitati, vt [g] nullus ciuium magis imperet, quàm pareat, ne æquales inæqualia assequantur; [h] sed cuncti vicissim pareant, & imperant, quo assequantur æquales æqualia: [g] Iniustum itaq; etiam, ac naturæ repugnans, ciuitatique propterea perniciosum, vt vnus in omnes alios perpetuum retineat imperium; sic enim æqualibus inæqualiter honos tribueretur. Responde tu ad rationem istam pro uero regno: Regem eius, ex superioribus tex. 95, & 101, non esse in ciuibus numerandum; sed inter ciues eminere virtute, tanquam Deum inter homines; &, tanquam ad partem totum, ad eos sese habere, quod addetur in tex. 137. conuenire ergo, vt concludebatur in tex. 101. concludeturque in 137. naturæ, iustitiæque distributiuæ, virum vsque adeo præstantem perpetuò imperare, omnesque libenter ei perpetuò parêre.

Confirmatur assumptio seu minor propositio syllogismi.

Responsio ad rationẽ huius textus pro vero regno.

SCHOLIA.

b. Ex similibus ciuitas constitit. *Suprà in tex. 19. scriptum est, fieri non posse, vt similes sint omnes ciues. Nec tamen horum locorum alter alteri aduersatur: si, quemadmodum nos fecimus, exponantur.*

Conciliatio huius loci cum loco textus de cimi noni huius eiusdem libri.

d. Quare. *Hæc vox indicat, ex consentaneo, & repugnanti naturæ consentaneum, & repugnans iustitiæ quodammodo demonstrari. quia enim naturæ est consentaneum, vt similes similia recipiant; dissentaneum, vt similes dissimilia, & dissimiles similia: etiam consentaneũ est iustitiæ, vt æquales æqualia; dissentaneum, vt æquales inæqualia, & inæquales æqualia consequantur.*

Ex consentaneo, & repugnanti naturæ consentaneũ, & repugnans iustitiæ.

f. Similiter igitur & inæquale ab æqualibus. *Repetendum ex superiori inciso* § obtineri perniciosum est. § *Sicut, inquam, perniciosum est corporibus, obtineri ab inæqualibus æqualem victum, aut vestitum; & perniciosum est ciuitati, obtineri ab inæqualibus honores æquales: ita perniciosum est corporibus, si ab æqualibus inæqualis victus, vestitusue; & perniciosum ciuitati, si ab æqualibus ciuibus inæqualis honor obtineatur.*

Syntaxis.

h. Et vicissim igitur eodem modo. *Repete* § iustum est. § *Nam quia est iustum, ciues omnes, qui similes sunt naturâ, nihilo magis imperare, quàm parère: & simul imperare, vel simul parère omnes nequeunt: sequitur iustum esse, vt omnes inuicem pareant, & imperent, quemadmodum in tex. septimo libri secundi dicebatur.*

cebatur. Quomodo autem possint, debeantq́, ciues in optima republica, & beata ciuitate parere, imperareq́, vicissim, docebit Philosophus in libro septimo: eum scilicet modum esse, quem etiam demonstrat natura, vt iuniores pareant, imperent seniores. Cap. 9. & 14.

Argumentum sex textuum sequentium, à 20, vsque ad 26.

Quatuor rationes propriæ, quarta, quinta, sexta, septima, pro dominatu astricto legibus contra regium, & quenuis alium ciuitatis liberum dominatum: additis infirmationibus duarum aduersarum rationum, quæ in textu 113. superiori pro vnius optimi viri, seu veri regis libero dominatu contra dominatum legibus obstrictum allatæ fuerunt.

Argumentum Textus CXX.

[a] *Quarta ratio propria pro dominatu astricto legibus contra regium, & quenuis alium ciuitatis liberum dominatum:* [d] *indicatà ἐν παρόδῳ, & in sequentem textum dilatà quæstione quadam suboriente de auctoritate magistratuum in legum dominatu.* [a] *Locus rationis à partibus: quia imperare, ac parère vicissim cunctos ciues sit dominatus ex legibus.* a.b.c.g.h. d.e.f. a.b.

Tex. 120. [a] Hoc autem iam lex est. [b] ordo enim est lex. [c] legem igitur imperare, magis eligendum est, quàm vnum aliquem ciuium. [d] Hac verò eàdem ratione, etiam si aliquos imperare sit melius, [e] hi constituendi sunt legum custodes, & ministri legum. [f] necesse enim est, esse aliquos magistratus. [g] sed non vnum hunc esse, aiunt esse iustum: [h] quum omnes quidem sint similes.

[a] Τοῦτο δ' ἤδη νόμος. [b] ἡ γὰρ τάξις νόμος. [c] τὸν ἄρα νόμον ἄρχειν αἱρετώτερον μᾶλλον, ἢ τῶν πολιτῶν ἕνα τινά. [d] κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον τοῦτον, κἂν εἴ τινας ἄρχειν βέλτιον, [e] τούτους καταστατέον νομοφύλακας, καὶ ὑπηρέτας τοῖς νόμοις. [f] ἀναγκαῖον γὰρ εἶναι τινὰς ἀρχάς. [g] ἀλλ' οὐχ ἕνα τοῦτον εἶναι φασὶ δίκαιον: [h] ὁμοίων γε ὄντων πάντων.

Var. Lect. Ὁμοίων γε ὄντων. *Sic in Isingr. Victor. Lambin. In Aldino, & quibusdam alijs scriptum est* ὁμοίως. h.

Dominatus

EXPLANATIO.

Ex g. [g] Dominatus ciuitatis, quo viciſſim cuncti ciues imperant, & parent, g. ſolus cum natura, iuſtitiaque diſtributiua conſentit: cæteri, quibus [g] vel Ex d.e. vnus tantùm, vt in regno, [d] vel etiam plures vno, vt in alijs quibuſdam formis, imperant, parentibus reliquis, repugnare iiſdem naturæ, & iuſti- h. tiæ videntur: [h] propterea quòd ciues omnes eiuſdem ciuitatis, quatenus ad eam referuntur, ſint inter ſe naturâ, & conditione ſimiles, ſicut ad textum ſuperiorem ex definitione ciuis, traditâ in ſecundo capite huius li- a. bri, eſt annotatum. [a] eſt autem dominatus ciuitatis, quo viciſſim cuncti Ex b.a. ciues imperant, & parent, dominatus obſtrictus, nitenſque legibus: [b] ſiquidem certum ordinem ſeruari, & imperare, imperarique ordine certo, b. vbicunque viciſſim cuncti ciues imperant & parent; neceſſe eſt: [b] & ordo Ex g. & text. ſuperiori. lex eſt, [g] ergo dominatus ciuitatis obſtrictus, nitenſq; legibus ſolus cum Ex d. natura, iuſtitiaque diſtributiua conſentit: regius, & [d] quilibet alius à legibus liber, hac quidem ratione, quoniam nullo eorum ciues cuncti viciſſim imperant, & parent, inducente ſecum legem, atque ordinem certum viciſſitudine imperandi, & parendi; pugnant cum natura, & cum iu- c. ſtitia diſtributiua. [c] ergo dominatus ciuitatis obſtrictus legibus regio dominatui, omniq́ue alij, qui ſit à legibus ſolutus, eſt anteferendus: † Ex text. ſuperiori. † quippe conſentiens cum natura, iuſtitiaque dominatus ciuitatis eſt anteferendus cuilibet, qui ab illis diſſentiat, vt ex annotatis ad textum ſu- d.e.f. periorem, per loca ab effectibus, & finibus, eſt manifeſtum. [d] Sed quæ- f. ſtio exoritur. [f] Quoniam omnino in ciuitatibus, vt etiam in libris ſequentibus declarabitur, neceſſe eſt eſſe aliquos magiſtratus, & ciuium aliquos imperare: [d] concedatur melius eſſe, quàm vnum ſolum, imperare plures vno, vel omnes viciſſim, vt in hoc & in ſuperiori textu conſtituitur: vtrum verò ij, qui erunt in imperio, & magiſtratu, præterquam quòd ordine cer- e. to, legeque alijs ſucceſſerint, [e] etiam munus eius magiſtratus exequi, ciuitatemq́ue gubernare ex præſcripto legum, an ex mente, & ſententiâ ſuâ d. debebunt? [d] illud ſuadent, quæ dicta ſunt in hoc, & in ſuperiori textu: † Ex g. & text. 113. ſuperiori, & 121. ſeq. † iſtud, conditio legum, quia nequeant omnia, quæ facienda ſunt, legibus comprehendi. verùm de hac re, & controuerſiæ deciſione expoſitū eſt Ex g.h. ſuprà in tex. 113. exponeturque adhuc clariùs in ſequenti 121. [g] nunc g. rationem eorum, qui regnum oppugnant, explicaſſe ſit ſatis: [g] ſcilicet non eſſe naturæ, iuſtitiæque conſentaneum, vt vnus ciuium in cæteros omnes Ex g. imperium perpetuum teneat: [g] ſed omnes viciſſim imperare, parêreque h. debere, [h] quum ſint omnes inter ſe, vt ad ciuitatem referuntur, naturâ, & conditione ſimiles. Attamen iſta ratio conficere vult in primo modo tertiæ figuræ, præter eius naturam, concluſionem vniuerſalem. ſumitq́ue præterea pro fundamento id, quod in commentario ſuperiori, ex ſuperioribus tex. 95. & 101. reiectum fuit: eſſe verum regem ciuibus ſuis, vt ad ciuitatem refertur, ſimilem, & in ijs numerandum. quamobrem regnum verum, & perfectum minimè lædit.

Lib. 6. c. 4. 14. 95. lib. 6. cap 8. lib. 7 c. 8. 14. & alijs in locis.

d. etiam ſi aliquos imperare melius.

Solus principatus ciuitatis, quo viciſſim ciues imperant, & parent, eſt naturæ, iuſtitiæq́; diſtributiuæ cōſentaneum.

Principatus ciuitatis, quo viciſſim cuncti ciues imperāt, & parēt, eſt principatus obſtrictus legibus.

Sequi videtur: Solum principatum ciuitatis legibus obſtrictum naturæ, iuſtitiæque diſtributiuæ conſentaneū eſſe.

Sequitur concluſio inſtituta: Principatum ciuitatis obſtrictum legibus regio cuilibet, quec alio legibus ſoluto præferendum eſſe.

Exoritur quæſtio pp magiſtratus neceſſarios ciuitatibus: vtrū illi in principatibus obſtrictis legibus munera ſua exequi, ciuitatemque gubernare ex præſcripto legum ſemper debeant, an aliquando ex mente, & ſententia ſua.

Reijcitur deciſio huius quæſtionis ad aliū locum.

Summa rationis huius textus.

Refutatio eius pro veri regni præſtantia.

Infirmatio

Argumentum Textus CXXI.

Infirmatio prioris è duabus rationibus, quæ in tex. 113. superiori pro vnius optimi viri, seu veri regis libero dominatu contra dominatum legibus obstrictum allatæ fuerunt. Locus rationis à rebus subiectis: Locus infirmationis ab actibus.

Tex.121.

[a] At verò quæcunque non videtur lex posse definire; [b] nec homo quidem cognoscere queat? [c] Sed vbi accuratè instituit lex;[d] mandat reliqua [e] iustissimâ sententiâ [f] iudicari,[g] administrarique ab imperantibus. [h] præterea verò instaurari permittit quicquid experientibus melius esse, quàm ea, quæ sancita sunt, visum fuerit.

[a] Ἀλλὰ μὴν ὅσα γε μὴ δοκεῖ δύνασθαι διορίζειν ὁ νόμος· [b] οὐδ' ἄνθρωπος ἂν δύναιτο γνωρίζειν; [c] ἀλλ' ἐπίτηδες παιδεύσας ὁ νόμος· [d] ἐφίστησι τὰ λοιπά· [e] τῇ δικαιοτάτῃ γνώμῃ [f] κρίνειν, [g] καὶ διοικεῖν τοὺς ἄρχοντας. [h] ἔτι δ' ἐπανορθοῦσθαι δίδωσιν, ὅ, τι ἂν δόξῃ πειρωμένοις ἄμεινον εἶναι τῶν κειμένων.

Var. Lect. Ἐφίστησι. *Puto legendum* ἐφίησι. *Omnes tamen codices habent* ἐφίστησι. d.

EXPLANATIO.

Ratio allata in tex. 113
Capita rerum, in quibus à legibus destituimur.

Infirmatio rationis illius.
In vnoquoque eorum capitum quo pacto princeps ciuitatis, & maximi magistratus destitutioni subueniant.

[a] Dvbitatvr ratio illa à subiectis rebus, de quibus sunt leges, ciuitati rectè gubernandæ opportunis: [a] quarum quidem multas lex partim omnino definire [f] aut non potest, quia in dies nascentes, & singulares; [g] aut, quia leuiores sunt, non debet; [h] partim sine quodam temporis spatio, vsuque, ijs probandis necessario, definire in perpetuum nequaquam valet. [c] Infirmatio ducitur ab officio legumlatoris, [d] vtrasque committentis principi ciuitatis, & maximorum magistratuum arbitrio: [e] illas quidem, [e] vt mente iustissima, [f] quæ definiri non potuerunt, iudicent; [g] quæ non debuerunt, administrent: [h] has verò, vt, periculo facto, quicquid de ipsis melius sanciendum, vtiliusque ciuitati inuenerint, quam quod latis legibus sancitum fuerat, sanciant.

a.b. a. b.c.f. g. h. c. per totum. d. e.f.g. h.

SCHOLIA.

Plana, & distincta loci huius expositio.

At verò quæcunque non videtur lex, &c. *Sunt hæc legenda per interrogationem: & sunt verba opponentis ad id, quod in superioribus textibus inducebatur, Tantum præstare principatum obstrictum legibus soluto, vt magistratus custodes duntaxat, ministriq́ legum creandi videantur, nulla extra eas ipsis concessa auctoritate.* a.b.

Ex a. *ritate. Opponitur autem hoc modo.* [a] *Multa sunt ciuitati rectè gubernandæ opportuna, & necessaria, quæ lex prætermittit, vt in tex. 113. dicebatur, & antea in 86. proptereaquòd legumlator cernere ea prorsus non possit, quum in dies adueniant, recedantq́; singularia vocata, in quibus actiones omnes nostræ versantur.*
Ex g. *adduntur ad hæc in sequentibus textus partibus* [g] *ea, quæ à primo legumlatore, vt Plato appellat, quia plura sunt, minorisq́; ponderis, quàm vt illis persequendis diutius distineri ipsum conueniat, negliguntur: &* [h]
Ex h. *quæ legibus lata, tanquam vtilia, & salutaria; inutilia, perniciosaq́; tempus aut ostenderit, aut reddiderit, rebus, moribusue, & ingenijs ciuium variantibus. Dicemus igitur, fortasse de primis, quæ primus legumlator cognoscere omnino non potuit, quia nondum euenerant, ea, nec à magistratibus quidem, virisq́; prudentibus, penes quos ciuitatis imperium erit tunc, quom illa euenient, cognosci vllo pacto posse? Quod si hoc est absurdum, percipientq́; ea prudentes homines, & magistratus: nonne iudicare de ijs perceptis, statuereq́; ad publicam vtilitatem debebunt? & secunda, quæ ob multitudinem, exiguitatemq́; suam à primo legumlatore fuerant prætermissa; eàdem de causa definire, ac moderari? & tertia, quæ inutilia, perniciosaue tempus aut declarauerit, aut effecerit; corrigere, & de albo demere? Si autem hæc omnia faciendi potestatem tribui principi ciuitatis, & magistratibus rationi consentaneum est, necessariumq́; prorsus ad gubernandam ciuitatem: iam simplices custodes, ministriq́; legum, vt inducebatur, illi non erunt, sed latores etiam, & correctores, ac quodammodo domini. quamobrem non minùs solutus, quàm alligatus legibus erit is principatus, in quo leges dominari propositum fuit. Hæc est dubitatio aduersus theorema de præferendo principatu legibus obstricto liberis principatibus. quam dubitationem tamen Philosophus & hic, & suprà in tex. 113. è solis ijs rebus, quas lex nequit definire, vt à fortiori parte sic breuiùs argumentaretur, duxit: nos in alia genera, quæ in respondendo indicantur, dilatauimus.*

Tres in hoc textu significati modi rerũ, in quibus, à legibus desitiuti, auxilio magistratuum, principumq́; sub euamur. Primus, earum, quæ præuideri prorsus nequeunt, quum sint singularia in dies nascẽtia. Secundus, earum, quę negliguntur tanquam leues, & nimis multę. Tertius, earum, de quibus latas leges, quasi vtiles, detrimentosas tempus aut declarauit, aut reddidit. In primo modo suppleant principes, & magistratus id, quod legibus deest. Item in secundo. In tertio corrigunt, mutantque leges.

c.d.e.f.g.h. Sed vbi accuratè lex, &c. *Responsio ad allatam dubitationem. Quom principatum obstrictum legibus nominamus: ita obstrictum intelligimus, ut tamen ea, quæ in legibus non contineantur, iudicandi, definiendiq́; auctoritatem principi ciuitatis, ac magistratibus relinquamus; atque corrigendi etiam quicquid contineretur, quod tempus, vsusq́; rerum inutile, damnosumue ciuitati aut ostenderet, aut redderet. eodem sensu custodes, ministrosq́; legum magistratus uocauimus; in ijs nimirum, quæ comprehensa sunt legibus, & sunt publicè vtilia.*

Summa responsionis ad dubitationem allatam.

a. ad h. At verò quæcunque, &c. *Vide similia suprà in tex. 95. & quæ ibi annotauimus.*

Locus similis.

a. Quæcunque non videtur lex posse definire. *Sola singularia, quæ ob infinitatem, inconstantiamq́; suam circumscribi terminis vllis nequeunt, lex definire non potest. At præter hæc, quilibet legumlator, quantumuis optimus, præ humani ingenij imbecillitate, quadam, quæ possent definiri, & in numero vniuersalium continentur, non definit. Hoc genus rerum prætermissarum in legibus propter infirmitatem naturæ humanæ præteritum est à Philosopho nostro, formam legum ex omni parte perfectam intuente; sed inductum à Platone, quom legumlatorem secundæ respublicæ informaret. Si ergo hoc quoque genus addere velis: quatuor omnino erunt, de quibus arbitrium habebunt princeps ciuitatis, & magistratus: primum rerum singularium, quæ comprehendi naturâ suâ legibus non possunt: secundum earum vniuersalium, quæ à legumlatore, pro humana conditione non vsquequaque omnia cernente, fuerint prætermissę: tertium exiguarum rerum, quas contemnere primus legumlator & solet, & debet: quartum definitarum quidem in legibus, sed quas tempus inutiles, perniciosasue aut declarauerit, aut effecerit. Hæc tota*

In medio sexto de legibus.

Duo genera rerum, quæ à legumlatoribus nequeunt definiri. Vnum, singularia, quę naturâ sua comprehẽdi legibus prorsus nõ possunt. Alterum, vniuersalia quædam, quę, præ humani ingenij imbecillitate, nullus legumlator, quantumuis optimus, potest definire. Hoc secundum genus præteritum à philosopho nostro, inductum à Platone, & cur.

Rerum omnium, de quibus arbitrium magistratibus, & principibus ciuitatum permittendum uidetur, quę à legibus in ijs destituamur, modiquot, & qui.

tota est doctrina Platonis in sexto, octauo, nono, duodecimo lib. de Legibus. ab eo sumpsit philosophus noster.

Legum latio perfectissima notatur. Locus similis Platonis de eadem re.

Accuratè instituit. *Lationem legum perfectissimam notat,* ἐντελῶς ταχθεῖσαι. *Haud dissimiliter Plato* πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τοὺς νόμους γράψαι *dixit in sexto de Legibus. Sed addidit ille* κατὰ δύναμιν ἱκανῶς: *quoniam de legislatore secunda reipublicæ loquebatur. noster hoc omisit: quia ad legum perfectissimarum ideam nunc spectat.* c

Iubent leges, non solum permittunt magistratibus, & principibus ciuitatum, vt suppleant, & corrigant, quæ corrigenda, supplendaq; in ipsis essent. Quæ sint hæc reliqua.

Mandat. *Non solùm permittit, sed etiam iubet. Apud Platonem, in sexto de Legibus, primus legumlator custodes legum, quos & ibi, & alibi hac de causa secundos legumlatores ille appellat, multis uerbis ad hac adhortatur.* d

Reliqua. *Quæ comprehendere ipsa, summà adhibità diligentià, ob eorum naturam non potuit: & quæ, ut minima, neglexit.*

Iustissimâ sententiâ. *Attende, quæ de hoc verbo doctè hic scribit P. Victorius.* e

Prætermissarum in legibus rerum duo modi his duobus verbis notantur.

Iudicari, & administrari. *Refero* { iudicari } *propriè ad singularia, quæ legibus comprehendi nequeunt; &* { administrari } *propriè ad ea, quæ, tanquam exigui ponderis, fuerunt neglecta.* f.g.

Supplendorum, & corrigendorum in legib. quæ principum arbitrio, quæ magistratuũ maximorũ committenda.

Ab imperantibus. *A principe quidem ciuitatis, penes quem sit eius imperium; si grauiora fuerint, quæ iudicari, administrari, instaurari debebunt: à legum autem custodibus, & summis magistratibus; si leuiora, ut docet Plato in sexto de Legibus.* g

Corrigenda, vel mutanda in legibus duorum generu, quæ ambo hic possunt designari. Prætermissa in legib. pro humani ingenij imbecillitate reuocari huc possunt.

Quicquid visum fuerit, &c. *Quæ, legibus definita, tempus, vsusq; rerum ostenderit esse minus vtilia, minusq; salutaria, quàm ab initio uisa fuerint: & quæ, variatis rebus aut moribus hominum, facta sunt pro vtilibus inutilia, & detrimentosa: Hæc etiam, si velis, facilè reuocabuntur, quæcunque propter imbecillitatem humani ingenij, quum legibus comprehendi potuissent, forent prætermissa. quod genus diximus à Platone distinctè notatum.* h

Argumentum Textus CXXII.

Quinta ratio propria pro dominatu astricto legibus contra regium, & quemlibet alium ciuitatis liberum dominatum. Locus à definitione.

Tex. 122.

[a] Qui igitur legem imperare iubet, is Deum, & leges imperare videtur iubere: [b] qui verò hominem iubet, addit & beluam. [c] nam & cupiditas est huiusmodi: [d] & ira imperantes peruertit, [e] atque optimos viros. [f] quare lex mens est sine appetitione.

[a] Ὁ μὲν οὖν τὸν νόμον κελεύων ἄρχειν, δοκεῖ κελεύειν ἄρχειν τὸν θεὸν, καὶ τοὺς νόμους: [b] ὁ δ' ἄνθρωπον κελεύων, προστίθησι καὶ θηρίον. [c] ἥ, τε γὰρ ἐπιθυμία τοιοῦτον: [d] καὶ ὁ θυμὸς ἄρχοντας διαστρέφει, [e] καὶ τοὺς ἀρίστους ἄνδρας. [f] διόπερ ἄνευ ὀρέξεως νοῦς ὁ νόμος ἐστί.

Var. Lect. Τὸν νόμον. *Sic legitur nunc in omnibus libris, ut etiam testatur P. Victorius, vno excepto. Antiquus interpres videtur legiße in suo* νοῦν: *quam lectionem idem Victorius probat. Vtrouis modo legatur: haud multum refert ad sententiam huius loci.* a

Imperium

EXPLANATIO.

a.f. [a]Imperium legum est imperium mentis, ac mentis quidem puræ ab appetitione, & affectu omni; quæ propterea Deus est, vel similis Deo: b. [b]imperium hominis est imperium coniuncti cuiusdam ex homine, seu ex mente, & bellua. † Nemo autem negaret, quin mentis, & Dei imperium imperio belluæ vel solius, vel cum homine, aut cum mente copulatæ longè præstaret. Vtraque pars minoris confirmatur penè ex iisdem, quæ in †Ex tex. 113. tex. superioribus 73. & 113. proposita fuerunt. Siquidem † anima patibilis, in qua ira, & cupiditas, cæteræque has sequentes appetitiones, affectusque omnes, per se rationis expertes, suam sedem habent; est animæ nostræ infixa penitus, atque innata, vt nullus homo carere ea possit, f. & ex eodem tex. 113. sed simul eam habeat cum mente: [f]lex est sine ea; &, ob id, sine appetitio- c.d.e. ne, affectuque vllo, ratio, ac mens pura, & simplex. [c]sunt autem ira, & cupiditas veluti belluæ quędam; quę nisi fręno rationis perpetuò coerceantur, ira præsertim, præcipites agunt vniuersos: nec solùm plebeios plerunque, ac priuatos homines à recto auertunt; verum etiam optimos ex † communi virtute, & principes ciuitatum. † Responderetur pro vero rege: iram, & cupiditatem in eo sic parêre rationi, vt adiuuent semper eam, nunquam aduersentur: esseque ipsum verè mentem puram, duabus obsequentissimis ministris comitatam.

Legum quid, quid hominis imperium.

Lex appetitionibus, & affectibus caret: homo carere non potest.

Lex est mens pura: homo est mens admixta affectibus

Ira, & cupiditas sunt belluæ quędam, quę vniuersos præcipites agunt.

Responsio ad hanc rationem pro vero regno.

SCHOLIA.

b. Qui verò hominem iubet; addit & belluam. *Repete verbum* § impera- *re* § *in vtroque inciso: Qui hominem imperare iubet; addit & belluam simul cum homine imperare.*

Syntaxis i

f. Quare lex mens est sine appetitione. *Neque enim ira, cupiditateue peruertitur: neque est in ea, ut in tex. 113 dictum fuit, anima patibilis, in qua cætera affectiones, appetitionesq́ omnes, à duabus illis primis nascentes, excitantur.*

Lex est mens sine appetitione.

Argumentum Textus CXXIII.

Infirmatio posterioris è duabus rationibus, quæ in textu 133. superiori pro vnius optimi viri, seu veri regis libero dominatu contra dominatum legibus astrictum allatæ fuerunt. Locus rationis à simili. Locus infirmationis à causis.

[a]Exemplum autem, quod sumebatur ab artibus, esse falsum videtur: [b]curari ægros ex præscriptis futile esse; [c]quinimo esse magis eligendum, artes habentibus vti. [d]Nam hi quidem nihil per amicitiam præter rationem faciunt: [e]sed

Tex. 133.

mercedem accipiunt, [f] vbi sanauerint ægrotantes. [g] illi verò, qui in ciuilibus sũt magistratibus, multa solent ad iniuriam, & gratiam agere. [h] Quando enim & medicos suspicarentur, ab inimicis persuasos, perniciem afferre propter quæstum: [i] tunc ex præscriptis curationem requirerent magis. [k] Atqui ipsi medici, quom ægrotant, medicos alios ad se adhibent: [l] & pædottibæ, quom exercentur, pædottibas: [m] quasi iudicare verum ipsi non possint, [n] proptereaquòd & de suis rebus iudicant, [o] & in affectu sunt constituti.

[a] Τὸ δὲ τῶν τεχνῶν εἶναι δοκεῖ παράδειγμα ψεῦδος: [b] ὅτι τὸ κατὰ γράμματα ἰατρεύεσθαι, φαῦλον: [c] ἀλλὰ καὶ αἱρετώτερον χρῆσθαι τοῖς ἔχουσι τὰς τέχνας. [d] οἱ μὲν γὰρ οὐδὲν διὰ φιλίαν παρὰ τὸν λόγον ποιοῦσιν: [e] ἀλλ᾽ ἄρνυνται τὸν μισθὸν, [f] τοὺς κάμνοντας ὑγιάσαντες. [g] οἱ δ᾽ ἐν ταῖς πολιτικαῖς ἀρχαῖς, πολλὰ πρὸς ἐπήρειαν, καὶ χάριν εἰώθασι πράττειν. [h] ἐπεὶ καὶ τοὺς ἰατροὺς ὅταν ὑποπτεύωσι, πεισθέντας τοῖς ἐχθροῖς, διαφθείρειν διὰ κέρδος: [i] τότε τὴν ἐκ τῶν γραμμάτων θεραπείαν ζητήσαιεν ἂν μᾶλλον. [k] ἀλλὰ μὴν εἰσάγονταί γε ἐφ᾽ ἑαυτοὺς οἱ ἰατροὶ, κάμνοντες, ἄλλους ἰατρούς: [l] καὶ οἱ παιδοτρίβαι γυμναζόμενοι, παιδοτρίβας: [m] ὡς οὐ δυνάμενοι κρίνειν τὸ ἀληθὲς, [n] διὰ τὸ κρίνειν περί τε οἰκείων, [o] καὶ ἐν πάθει ὄντας.

EXPLANATIO.

Repetitur ratio textus 113. contra principatum legibus astrictum, ex simili ducta.

[b] Propositvm fuit, & exemplo medicæ artis confirmatum in tex. 113. artium opera multo meliùs confici: si in singulis tractãdis illorũ artifices eo modo vtantur, qui sibi pro incidentibus temporibus, & causis videatur opportunior; quàm si, libris, & præceptis illis suis vniuersalibus mancipati, nihil præter ea hiscere audeant: imò stultum, futileq; esse; in eiusmodi præceptis, & formulis penitus adhærescere. ex quo, per locum à simili, quia vsus artium ciuili administrationi, artifices magistratibus, præcepta artium legibus similia essent; videbatur sequi, vt respublica meliùs gereretur, si boni viri, in magistratibus constituti, pro sua prudentia eam administrarent, quàm si ex legum præscripto. [a] Eam rationem nunc infringimus per dissimilitudinem, quæ in illa similitudine, vt ad propositum nostrum attinet, cernitur, & est talis: [g] In ciuili administratione, magistratus, à quibus respublica regitur, multa, amore, multa, odio impulsi, agere solent, [d] contra ius, contra rationem, contra naturam: cupiditate enim, & ira, vt in textu proximo dicebatur, etiam principes ciuitatis, & optimi viri aliquando à recto abducuntur. [d] artifices verò in suis exercendis artibus, verbigratia medici, ne ab exemplo semel sumpto recedamus, in ægris curandis nihil, quod à ratione abhorreat, propter amicitiam, inimicitiamúe faciunt: [e] quinimò mercedem spectantes, quam fortè aut nullam, aut minorem accipient, si ægri occumbant, [d] facere omnia ratione, riteque nituntur, vt eos quamprimùm sanitati restituant. [a] Hác igitur de causa præstat, artifices; non præstat, magistratus in effectionibus, actionibusque suis illos à præceptis, librisque artium, istos à legibus ciuitatis discedere, & arbitrio suo eas administrare. [h] Quod quidem ostenditur per locum à contrarijs. [h] nam si artifices, quemadmodum

Infirmatur eadem ratio ex persona causarum peccandi magistratibus, quæ artificibus non adsunt.

b. c. *d.* *a. d. & inde per totum.* *g.* *Ex d. pp. amicitiam.* *d.* *e.* *Ex d. nihil præter rationem.* *a.* *h & inde per totum.* *Ex h. i.*

magistra-

magiſtratus, gratiæ, odiiúe, aut cuipiam alij affectui in ſuorum munerum functionibus indulgere putarentur: iam optabiliores functiones illæ ex artium præſcriptis, quàm ex libidine artificum forent.[h] Hoc autem trifariam tribus iudicijs confirmatur.[i] Quorum primum, in eadem arte medica, ægrotorum, & amicorum: ſi medici in ſuſpicionem venirent, ſe ab inimicis eorum, promiſſo præmio, inductos, vt pro ſalute ægris mortem pararent.[k] Secundum rurſus in medica arte ipſorum medicorum, alios medicos, quum ægrotant, ad ſui curationem accerſentium.[l] Tertium in gymnaſtica medicinæ germana magiſtrorum exercitationum, alios magiſtros vocantium, quandocunque exercere ipſi ſe volunt.[m] Conſentiunt hi omnes, rectè iudicare, diſcernereque verum à falſo in ſuis functionibus artifices eos prorſus non poſſe, qui affectu aliquo tenentur: inde frequenter decipi, & labi: quamobrem ſatius eſſe, vt ex præceptis artium quam vt ſuo iudicio, arbitratuque functiones eas obeant: quod erat probandum.[m] & primi quidem de alijs ita ſentiunt; quos exiſtimant pecuniæ cupiditate tentari:[k] ſecundi verò, & tertij ipſi de ſe;[n] dubitantes, ne de ſuis proprijs rebus,[o] nimio ſui amore, in iudicando errent.

Roboratur hæc infirmatio ex contrario: ſi artifices ijſdem cauſis peccandi, quibus magiſtratus, tentari putarentur.

Contrarium, quo infirmatio roboratur, (idest ſi artifices ijſdem cauſis peccandi, quibus magiſtratus, tentari putarentur, optabiliores ex præceptis artium, quàm pro artificum voluntate functiones munerum eſſent) triplici iudicio fulcitur.

SCHOLIA.

n. Quaſi iudicare verum non poſſunt, propterea quòd de ſuis rebus iudicant. *Idem ſuprà in tex. 55: & vide, quæ ibi annotauimus.*

o. Quaſi iudicare verum non poſſint, propterea quòd in affectu ſunt conſtituti. *Affectus iudicium rationis corrumpunt. idem ſuprà in tex. 114.*

Loci ſimiles.

Argumentum Textus CXXIV.

a. itaque. *Sexta ratio propria,[a] quaſi per appendicem, pro dominatu aſtricto legibus contra regium, et quemlibet alium ciuitatis liberum dominatum. Locus ab auctoritate: quoniam omnes, qui quærunt iuſtum, quærant medium, & legem.* Tex. 124.

[a]Itaque perſpicuum eſt, eos, qui iuſtum quærunt, medium quærere.[b] lex enim medium.

[a]ὥστε δῆλον, ὅτι τὸ δίκαιον ζητοῦντες, τὸ μέσον ζητοῦσιν.[b] ὁ γὰρ νόμος τὸ μέσον.

EXPLANATIO.

b. [a]Medium & lex in affectibus, actionibusque noſtris, in ijs præſertim, quæ ad ciuilem ſtatum pertinent, idem ſunt.[a] iudicium rectum, ac demum ius, iuſtumque omne eſt medium in affectibus, actionibusque noſtris, &c. † ergo ius, iuſtumque omne eſt lex. § *Locus à definitione.* § † Ergo

Ex a. & ſuperioris tex. m.

Argumentatio huius loci ex ſyllogiſmo, & duobus proſyllogiſmis conſtans.

quicunque esse iustus ciuitatis dominatus debet; ex legibus fit, ijsque nitatur, oportet. § *Locus à genere.* § † Est autem iustus dominatus anteferendus non iusto: ergo, &c. § *Locus ab adiacentibus.* § [b] Maior primi prosyllogismi sumitur vt nota. † nec solùm in affectibus, actionibusque nostris, & in ijs, quæ ad ciuilem statum pertinent, lex propriè est medium, & medium lex: sed fortasse in omnibus rebus medium legem quandam esse haud malè affirmabimus: quum sit medium in omnibus certa quædam norma, & vinculum extremorum. [a] Minor probatur argumento ab auctoritate. nam quicunque iudicium rectum, ac denique ius, & iustum in actionibus, affectibusque hominum quærunt, medium in ijs quærunt. [a] Perspicuum est hoc per ea, quæ proposita sunt in posteriori parte textus superioris. omnes enim, qui affectu aliquo præter rationem, hoc est nimio, & qui modum excederet, aut se, aut alios teneri arbitrabantur; de recto iudicio, iustisque actionibus tum sui, tum illorum statim diffidebant. itaque confugiebant ad media: ad homines alios nimirum, in quibus affectus ij præter modum, rationemque non reperirentur; ad præcepta artium; & tandem ad leges. Huic tu rationi responde pro vero rege: continere ipsum in se, & prudentiâ, virtuteque suâ excellentissimâ omnes leges iustas, & maximè opportunas, quibus ciuitatem administret.

Lex, & medium idem sunt: maior primi prosyllogismi.

Iudicium rectum; ac demum ius, iustumque; omne est medium in affectibus actionibusque nostris: minor primi prosyllogismi.

Responsio ad hanc rationem pro vero rege.

† b.

†.

a. & ex tex. superioris posteriori parte.

a. itaque, ex posteriori parte textus superioris.

Argumentum Textus CXXV.

Septima ratio propria pro dominatu astricto legibus contra regium, & quemlibet alium ciuitatis liberum dominatum. Locus à partibus.

Tex. 125.

[a] Præterea præstantiores, [b] & de præstantioribus rebus sunt leges, quæ moribus, § *seu consuetudinibus*, § [c] quàm quæ literis continentur. [d] quare homo imperans tutior, minusque subiectus erroribus, quàm eæ, quæ literis; [e] sed non quàm eæ, quæ more § *siue consuetudine* § constant.

[a] ἔτι κυριώτεροι, [b] καὶ περὶ κυριωτέρων, [c] τῶν κατὰ γράμματα νόμων, οἱ κατὰ τὰ ἔθη εἰσίν. [d] ὥστε τῶν κατὰ γράμματα ἄνθρωπος ἄρχων ἀσφαλέστερος· [e] ἀλλ' οὐ τῶν κατὰ τὸ ἔθος.

EXPLANATIO.

[a] Legum duo genera sunt, de quibus alibi fusiùs est dictum: [a] quædam, quas ciuiles appellamus, sunt literis, commentarijsque, aliquando etiam consuetudini alicuius certi populi ab hominibus commendatæ: [b] quædam, quas naturales, sunt à natura, & à ratione in animis, mentibus, moribus primis nostris, idest vel omnium, vel plurimorũ hominum impressæ. [a] & hæ quidem multò, quàm illæ, præstantiores, firmioresque; [b] & de rebus præstantioribus, ac grauioribus: † quippe quæ formulæ quædam sint, & characteres primæ, veræque iustitiæ. [d] Quanquam igitur concederetur

Partitio legum in ciuiles, & naturales: & quæ vtraque.

Argumentatio de le-

a.a.b. c.

b. quæ moribus

a. c. b.

†

d.

deretur, meliùs, tutiusq́ue ab erroribus,& improbitatibus rempublicam administrari, si vir prudens arbitratu suo eam administret, quàm si ex legibus scriptis; proptereaquòd in his multa desint, quæ compræhendi nequeunt, nonnulla sint prætermissa ex humana imbecillitate, nonnulla etiam sancita, quæ inutilia, damnosaq́ue tempus aut facit, aut demonstrat: ᶜ certum tamen est multo tutiùs, ac meliùs, administrari eam ex legum naturalium quasi præscripto, quàm ex hominum libidine, & voluntate. Anteferenda igitur administratio astricta legibus saltem naturalibus ijs in rebus,de quibus sunt tales leges,liberæ cuiusuis hominis administrationi. Responde autem pro vero rege: ipsum, cum libera administratione sibi concredita, maximè omnium adhęrere legibus naturalibus. Aliter exponi hic textus posset, † diuidendo leges certi alicuius populi, aut gentis, seu ciuiles in scriptas, & non scriptas: quæ non scriptæ leges sunt consuetudines, moresq́ue peculiares illius gentis, vel populi. Solent autem hę leges ex consuetudine, siue consuetudines, & mores populorum similiter firmiores esse, & de rebus maioris ponderis; quippe quum ad rectam ciuium institutionem, gubernationemq́ue totius ciuitatis, atque reipublicæ pertineant; quàm scriptæ leges: vt firmiores diximus esse naturales ciuilibus omnibus. similiter igitur etiam argumentare, si hæc expositio tibi magis placet, de his legibus ex consuetudine, & conclude propositum: vt conclusum fuit de legibus naturalibus.

gibus naturalibus ex earum præstantiâ Administratione libera viri prudentis fortè deterior, quæ ex ciuilibus legibus, at certè multo melior, quæ ex legibus naturalibus.

Conclusio instituta.

Responsio ad hanc rationem pro vero rege.

Altera expositio huius textus per diuisionem legum ciuilium in scriptas,& non scriptas.

Argumentum Textus CXXVI.

Octaua ratio vel communis pro aristocratia, & republica propriè appellata, vel propria pro aristocratia contra regnum. Obiectio ad eam κατ' ἀντιπάρασιν. Et obiectionis refutatio. Locus rationis à fine. Locus obiectionis ab actibus. Locus refutationis à temporum comparatione.

ᵃ Atqui nec facile quidē est ab vno multa obseruari. ᵇ Oportebit igitur plures ab eo constitui imperantes. ᶜ Itaque quid interest, vtrum hoc statim ab initio existat; an vnus hoc modo constituerit. Tex.126.

ᵃ Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ῥᾴδιον ἐφορᾶν πολλὰ τὸν ἕνα. ᵇ Δεήσει ἄρα πλείονας εἶναι τοὺς ὑπ' αὐτοῦ καθισταμένους ἄρχοντας. ᶜ ὥστε τί διαφέρει τοῦτο ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ὑπάρχειν ἢ τὸν ἕνα καταστῆσαι τοῦτον τὸν τρόπον.

Var.Lect. Πολλὰ τὸν ἕνα. *In Isingr. & Aldin. deest vox* πολλά. *nec eam Aretinus habuit in suo exemplari. Genesius videtur legisse in suo,* πάντα. *vertit enim* cuncta *In alijs omnibus scriptum est, vt hîc.*

Obseruari

EXPLANATIO.

Ratio explicatur. Quàm multa, necesse sit, vt intelligat, quicunque ciuitatem est rectè administraturus.

Hæc tam multa, fieri nequit, vt ab vno solo homine intelligantur.

Obijcitur huic rationi per depulsionem: adiuncturum sibi, qui solus imperat, multos socios magnam partem huius curæ in se suscepturos.

Reijcitur obiectum: Nam melius fuisse, vt initiò multis committeretur imperium; quàm ab vno, cui commissum sit, multos postea cooptari.

Responsio pro vero rege ad rationem huius textus.

ª OBSERVARI, cognoscíque multa, ac penè innumera ab eo, qui ciuitatem est rectè administraturus, necesse est: † siquidem & quæ sunt, fiuntque in ciuitate, & quę in eius regione, & quę in finitimis locis, & quę apud alias gentes, populosque, cum quibus ciuitati suæ, & sibi aut societas est, aut discordia aliqua; debent ei esse nota, alia magis, alia minus. ª hæc verò tam multa, difficile est, imò verò fieri nequit, vt ab vno homine animaduertantur. ᵇ Obijcies κατ' ἀντιπαράστασιν: remedium huic malo esse: adiuncturum nanque, creaturumque, qui solus imperat, estque princeps ciuitatis, socios sibi multos in imperio, qui quidem partem huius curę in se recipiant. ᶜ Nonne igitur melius fuisset ab initio, quando constituta respublica est, & vni commissum imperium, multis id committi, quàm, creato vno imperante, ab ipso deinde multos cooptari secum imperaturos? † Responderetur autem pro vero rege: illum, quum longè eminere virtute inter omnes inuentus fuerit, regem factum: vt autem ea, quę dicta sunt, cognoscat, & munera omnia publica, quę ab vno solo obiri nequeunt, perfectè expleat; deligere è ciuibus semper magis idoneos, per quos illa, quę per se agere non potest, aut non debet, exequatur, non socios quidem (hoc enim quo pacto, si tam impares sibi virtute?) sed ministros.

Argumentum Textus CXXVII.

Nona ratio item vel communis pro aristocratia simul & república propriè uocata, uel propria pro aristocratia contra regnũ. Locus à causis.

Tex. 127.

ª Præterea, quod & antea est dictum, ᵇ si quidem vir probus, ᶜ quia melior est, dignus est, qui imperet: ᵈ vno porrho duo boni viri meliores sunt. ᵉ hoc enim est illud:

Atque simul duo euntes.

ᶠ Et optatum Agamemnonis.

Consilio tales mihi si bis quinque fuissent.

ª Ἔτι, ὃ καὶ πρότερον εἰρημένον ἐστὶν, ᵇ εἴπερ ὁ ἀνὴρ ὁ σπουδαῖος, ᶜ διότι βελτίων, ἄρχειν δίκαιος: ᵈ τοῦ δὲ ἑνὸς οἱ δύο ἀγαθοὶ βελτίους. ᵉ τοῦτο γάρ ἐστι τό:

Σύν τε δύ' ἐρχομένω.

ᶠ Καὶ ἡ εὐχὴ τοῦ Ἀγαμέμνονος:

Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες.

Var. Lect. Oª καὶ πρότερον. In quibusdam libris deest καὶ.

Causa

EXPLANATIO.

[a]CAVSA, propter quã [b] vni probo viro, cuiusmodi est rex, iustè, dignèq; tribuendum est imperium ciuitatis, est hæc, [c] quòd ille cunctis alijs ciuibus virtute anteeat, & sit ijs melior: [d] præstant autem virtute vni probo viro, & sunt eo meliores, duo, aut plures viri probi: † ergo multis viris probis iustiùs, digniusque tribuetur imperium ciuitatis siue per aristocratiam, siue per rempublicam propriè vocatam, quàm vni probo viro per regnum. [e] Maior sumitur vt nota cùm ex se, [a] tum ex antea expositis multis quidem in locis, sed præcipuè in tex. 94. 95. 101. [e] Minor confirmatur duplici Homeri auctoritate, [e] primâ è decimo, [f] secundâ è secundo libro Iliados. † Respondebitur autem rationi huic pro vero rege: virtutem ipsius, heroicam, ac diuinam, non esse cum virtute communi proborum hominum, ex quibus respublica propriè vocata constat, vllo modo comparandam: nec huius accessione illam crescere; sed obscurari potiùs, vt in scholijs tex. 101. declarauimus, si hæc ei velit æquiparari. De vera autem aristocratia, in qua optimates eandem virtutem excellentissimam, & omni ex parte perfectam habent, vtrum hac ratione, & alijs non nullis sit regno præferenda, infrà dicetur.

Causa, pp quam viro probo tribuendũ est imperium ciuitatis, est virtutis præstãtia. Præstant virtute duo, aut plures viri probi, vni probo viro.

Maior propositio sumitur vt nota. Minor cõfirmatur Homeri testimonio.

Responsio ad hanc rationem pro vero regno.

Argumentum Textus CXXVIII.

Decima ratio similis, idest vel communis pro aristocratià simul, & republicà propriè vocatà, vel propria pro aristocratià contra regnum. Depulsio eius. Et Expulsio depulsionis. Locus rationis ab auctoritate. Locus depulsionis à partibus. Locus expulsionis à genere.

[a] Sunt autem & nunc de nonnullis rebus magistratus liberam iudicandi potestatem habentes, [b] quemadmodum iudex, [c] quas lex definire non potest: [d] tanquam si non optimè lex imperaret, ac iudicaret. [e] nam quas potest: de his nemo ambigit. [f] sed quoniam alia quidem legibus comprehendi queunt; [g] alia nequeunt: [h] hæc sunt, quæ dubitationem, & quæstionem afferunt, [i] vtrum legem optimam imperare sit magis eligendum, an optimum virum. [k] de quibus nanque rebus est consultatio: de ijs legem tulisse, vnum eorum est, quæ fieri non possunt: [l] non igitur contra hoc dicunt: quasi non sit necessarium, hominem esse, qui de eiusmodi rebus sit iudicaturus: [m] at quoniam non vnum solum, sed multos. [n] iudicat enim vnusquisque imperans bene à lege institutus. Tex. 128.

[a] Εἰσὶ δὲ καὶ νῦν περὶ ἐνίων αἱ ἀρχαὶ κύριαι κρίνειν, ὥσπερ ὁ δικαστὴς, [c] περὶ ὧν ὁ νόμος ἀδυνατεῖ διορίζειν: [d] ὡς οὐκ ἂν ἄριστα ὁ νόμος ἄρξειε, καὶ κρίνειε. [e] ἐπεὶ περὶ ὧν δυνατὸς, οὐδεὶς ἀμφισβητεῖ περὶ τούτων. [f] ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ μὲν ἐνδέχεται περιληφθῆναι τοῖς νόμοις· [g] τὰ δὲ ἀδύνατα: [h] ταῦτ' ἐστὶν, ἃ ποιεῖ διαπορεῖν, καὶ ζητεῖν, [i] πότερον τὸν ἄριστον νόμον ἄρχειν αἱρετώτερον, ἢ τὸν ἄνδρα τὸν ἄριστον. [k] περὶ ὧν γὰρ βουλεύονται νομοθετῆσαι, τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. [l] οὐ τοίνυν τοῦτό γ' ἀντιλέγουσιν, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον ἄνθρωπον εἶναι τὸν κρινοῦντα περὶ τῶν τοιούτων: [m] ἀλλ' ὅτι οὐχ ἕνα μόνον, ἀλλὰ πολλούς. [n] κρίνει γὰρ ἕκαστος ἄρχων πεπαιδευμένος ὑπὸ τοῦ νόμου καλῶς.

EXPLANATIO.

Ratio propositam concludens.

Arbitrium statuendi de nonnullis earum rerum, quas lex definire non potest, mandatum plerisque in ciuitatibus collegijs quibusdam, non viris singulis.

[a] LIBERAM potestatem arbitratu suo decernendi, & statuendi de nonnullis earum rerum, quas lex definire non potest, habent plerisque in ciuitatibus, etiã in multis subiectis vnius imperio, certi magistratus,[m] non illi quidem è singulis, sed è pluribus constantes hominibus,[b] verbi gratia quæ δικαστήρια græcè vocantur, idest collegia iudicum, & Archontes, & duo Senatus, Areopagitarum, Quingentorumque Athenis, & alij alibi, partim his, partim alijs nominibus nuncupati: [d] & habent hanc potestatem, proptereaquòd lex, quæ tales res non potest definire, ne imperare quidem, & iudicare de ijs posset. [a] Censent igitur non solùm ciues, & populi, verumetiam, licet id negent ore, ipsi monarchi, penes multos potiùs, quàm penes vnum, earum rerum, quæ legibus ciuitatis comprehensæ non sunt, imperium, arbitriumque esse debere. † Ex quo sequi de communi sententia videtur, melius esse multorum, quàm vnius imperium. [a] Effugium fortasse hac fautores regni molientur: Potestatem concessam eiusmodi magistratibus esse non omnium rerũ ciuitatis, sed quarundam duntaxat de illis, quæ legibus non continentur: regi autem liberum datum arbitrium in omnes: quapropter non sequi, licet etiam cunctorum populorum, monarchorumque, ac tandem hominum consensu potestas illa collegijs, idest multis hominibus vna congregatis, non viris singulis, separatim concederetur, vt propterea aristocratia, & respublica propriè vocata essent regno anteferendæ. [e] Inanis est hic conatus. [f] Etenim rerum ad ciuitatum administrationes pertinentium quædam legibus comprehendi possunt; quædam omnino non possunt. † illæ vniuersales sunt, & perpetuitatem quandam, firmitatemque ex se retinent: istæ sunt singulares, suborientes in dies; [k] & ob id præsenti indigent consultatione. [h] Ex qua differentia rerum, quòd aliæ legibus comprehendi queunt, aliæ nequeunt, nascitur etiam quæstio & dubitatio multùm celebrata, vtrum legem optimam, an optimum virum ciuitati imperare sit præstabilius. nam quia legum optimarum optimum omninò imperium est, vt conclusum est in tex. 85. videtur hoc præferendum. è contrario quum multa leges, quantumuis optimæ, & ab optimis legumlatoribus latæ, non capiant ciuitatibus gubernandis necessaria; hominis imperium anteponitur. [e] Porrho autem de priori illo genere rerum, quod sub leges cadit; vbicunque leges optimæ fuerint, ambigit nemo, quin sancitis sit standum, usq; adeo, vt ne verus quidem rex, cui & in alias omnes res ciuitatis, & in ipsas leges liberum datum est imperium, quidquã moueat in optimis legibus, vel ab ipsis transuersum vnguem discedat in iudicando, & decernendo: aut non esset ipse vir optimus. [l] De cæteris, quas nequeunt leges definire,

Penes multos igitur potiùs, quàm penes vnum, esse arbitrium rerum legibus non cõprehensarum debere, plerique omnes consentiunt.

Ergo & multorum, quàm vnius imperium esse præstabilius, communi consensu sequi videtur.

Depulsio rationis: Nõ sequi: quoniã de hac communi sententia, & consensu paucarũ omnium rerum arbitrium permissum, vt multis, vni autem, idest verò regi, omnium permittatur.

Repulsio depulsionis: Sequi: quoniam de solis illis paucis, quorũ communi consensu permissum sit arbitrium multis, est tota cõtrouersia, vnine an multis sit permittendum.

Rerum ad ciuitatum administrationes pertinentium quędã possunt, quædam nõ possunt comprehendi legibus: & quæ vtræq;.

Origo celebris quæstionis (legemne optimam, an optimum virum ciuitati imperare, sit melius) obiter indicatur.

De rebus, quas leges possunt definire, vbicunque leges optimæ sancitæ fuerint, standum sancitis etiam à vero rege, & liberè dominante.

a.c. Ex m. b. d. Ex a.b.c.d.m. † Ex a.e. Ex e. & seq. f.g. † k. h.i. e. i.k.

l. nire, tota eſt dubitatio, & controuerſia: [l] non iam quidem vtrum ex legibus, quæ nullæ de ijs ferri queunt, an ex hominis prudentis iudicio, ac m. ſententia ſint decidendę, & determinandæ; [m] ſed vtrum vnius tantùm, an 82 n. multorum hominum iudicio committi deciſio earum debeat. [n] quæ quidem controuerſia de prioribus optimâ lege deciſis exiſtere nequaquam o. poteſt: [o] proptereaquòd viri ſinguli ęque, ac multi, optimis legibus perfectè inſtructi idonei ſunt ad res eas, quæ legibus illis comprehenduntur, rectè iudicandas. † Quanquam igitur de ſolis ijs rebus, quas definire lex nequit, libera poteſtas iudicandi, ſtatuendique ſuo arbitratu magiſtratibus quibuſdam, ideſt collegijs, in plerisque ciuitatibus eſt permiſſa: tamen quoniam de ijs ſolis dubitatur, vtrum vnius tantùm, an multorum hominum arbitrio ſint ſubijciendæ; & magiſtratibus quidem, qui collegia ſint multorum hominum ſimul congregatorum, permiſſa eſt illa poteſtas, conſentientibus in hoc populis, viris prudentibus, & monarchis: confirmat planè hic conſenſus, tot hominum excellentium auctoritate, præferendas regno eſſe ariſtocratiam, & vocatam propriè hoc nomine rempublicam. Sed reſponde pro vero rege: Dari collegijs, non ſingulis viris liberam eiuſmodi rerum ſtatuendarum facultatem: quoniam nemo vnus ſit virtute prǽditus prǽſtantiſſimâ, ob quam confidere ei ciuitas, aut dominus ciuitatis debeat. quòd ſi vnus talis reperiretur, qualis rex verus ponitur: iam ille vnus creandus rex eſſet; & omnium arbitrium ei tribuendum.

† Ex toto proceſſu.

De cæteris, quæ legib' nequeunt definiri, eſt tota cõtrouerſia, vtrũ vnius, an multorum virorum arbitrio deciſio earum ſit permittenda.

Summa expulſionis rationem confirmantis.

Reſponſio pro vero rege ad hanc rationem.

SCHOLIA.

a.b.c. De nonnullis rebus magiſtratus, &c. *Sic conſtrue: Magiſtratus habentes liberam poteſtatem iudicandi de rebus nonnullis, quas lex definire non poteſt.*

Syntaxis.

De nonnullis rebus, quas lex definire non poteſt. *Vtrum de omnibus ijs, quas lex definire non poteſt: an de quibuſdam earum? Mihi magis placet, vt de quibuſdam intelligamus. ſolus enim princeps ciuitatis de omnibus eſt κύριος κρίσεως, habet ſummam, & liberam poteſtatem, & arbitrium decernendi: cæteri magiſtratus de nonnullis tantùm.*

Omnesné res, quas lex definire nõ poteſt, an quædam earum his verbis deſignentur.

. Sunt magiſtratus de nonnullis rebus liberam, &c. *Tria auxilia ab homine, qui magiſtratus eſſet, & princeps ciuitatis, in tex. 121. leges optimæ requirebant: vnum, vt res eas, quas ipſę prę illarum infinitate, & inconſtantia definire non potuiſſent, homo ille definiret: alterum, vt præſtaret etiam eas, quæ propter ſuam exiguitatem à legumlatore contemnente relictę eſſent: tertium, vt mutaret, & corrigeret, quæcunque in ipſis ſancita, vel damnoſa, vel inutilia tempus, vſusque rerum aut declaraſſet, aut effeciſſet. quartum addebatur ex Platone: vt ſuppleret ea, quę pp humani ingenij imbecillitatẽ, legumlator nolens prętermiſiſſet. Horum omnium auxiliorum primum tantùm nunc petitur ab iſtis magiſtratibus: fortè quia ipſi non ſummi ſunt, ſed ſub ſummo, ideſt ſub principe ciuitatis: vel breuitatis causâ, vt in hoc alia ſubaudiantur: vel quia hoc magis neceſſarium primoq́; proximum imperio; & ſatis eſt ad propoſitum oſtendendum, vt ſic, quaſi ab eminentiori, fortiorıq́; parte, ratio produceretur.*

De quatuor auxilijs, quæ leges à principe, magiſtratibuſque ciuitatis deſyderant, vtrum tantùm hic proponatur, & quare.

b. Quemadmodum iudex. *Index, ſiue ſit propriè δικαστὴς, qui eſt vnus ſolus, ſiue ſit δικαστήριον, quod eſt collegium, & conſeſſus multorum hominum; habet poteſtatem*

Iudex vel δικαστὴς, vel δικαστήριον.

ceps monarchiæ, & regni vnâ mente, vnaque prudentiâ suâ tantùm : ergo, &c. Argumentum a fine. † Maior sumitur vt nota. quis enim eam non concederet? [a] Minor confirmatur similitudine proportionali, quæ est cognitioni, actionique mentis practicæ, & ex mente practica cum naturali sensuum cognitione, membrorumque corporis actione, & motu : nam [c] multis oculis, multis auribus, multis pedibus, multis manibus meliùs [b] iudicatur, [d] agiturque à multis, [e] quàm binis à quoquam. [a] Hoc autem tam euidens est : vt, qui id negaret, absurdus, ineptusque sit existimandus. [f] corroboratur tamen per locum ab auctoritate. Nam monarchi multos, quos [h] sibi, [g] imperioque suo amicos putant, [h] participes imperij, ministrosque faciunt : [h] tum, qui tyranni sunt propriè, multos exploratores, delatoresque multos comparant; [f] tanquam multos oculos, multas aures, multos pedes, multas manus; his quoque nominibus vulgò semper appellatos, aures, oculi, manus, pedes regum, ac tyrannorum. Similis est ratio huius textus rationi textus superioris 126. nisi quòd illius multa, & plura; huius meliùs cognoscere, atque agere est medium. Sed responsio pro vero rege est eadem prorsus.

Maior est euidens. Minor confirmatur argumento à proportione.

Fundamentum, quo minor confirmatur, per se euidens, corroboratur tamen argumento ab auctoritate.

Ratio huius similis rationi textus superioris.

Et responsio pro vero rege eadem.

SCHOLIA.

Si quis meliùs cognoscat, duobus oculis, &c: *Quære eandem similitudinem suprà in tex. 75.*

Multos oculos monarchi faciunt sibi, & aures. *Προσαγωγίδας & ὠτακουστάς Græci vocant. Hos alio consilio reges, alio tyranni sibi parant : vtrique sanè necessariò : sed reges ad publicum bonū, tyranni ad ærumnas publicas. Et qui tyrannorū sunt (inuisissimum hominū genus, quemadmodum in lib. de Curiositate Plutarchus ait, quales olim Syracusis Dionysij, & Hieronis) maximum vnà odium tyrannis suis conciliant : qui sunt regum (vt fuerunt Cyri apud Persas) potiùs amorem. De illis Philosophus mentionem faciet infrà in lib. quinto, vbi aget de dolis, & machinis tyrannorum. De his, quos sibi reges faciunt, Xenophon in libro octauo Pædię Cyri.*

Locus similis.

Oculi, & Aures regū, & tyrannorum.

Cap. xi.

Argumentum Textus CXXX.

Duodecima ratio communis pro republicà propriè vocatà, & aristocratià contra regnum. Locus ab auctoritate, & iudicio aduersariorum.

[a] Si igitur amici quidem non sint, [b] consentanea monarchi proposito, § *& electioni* § non facient; [c] sed si amici † & illius, [d] & principatus : [e] † quandò amicus par, [f] & similis est. [g] Itaque si hos imperare censet oportere : [h] pares, [i] & similes imperare censet similiter oportere.

Tex. 130.

† Aut; amicus [vel] amicus autem.

Ma

[a] Μὴ φίλοι μὲν οὖν ὄντες [b] οὐ ποιήσουσι κατὰ τὴν τοῦ μονάρχου προαίρεσιν· [c] εἰ δὲ φίλοι κἀκείνου, [d] καὶ τῆς ἀρχῆς: [e] ὅ γε φίλος ἴσος, [f] καὶ ὅμοιος. [g] ὥστ', εἰ τούτους οἴεται δεῖν ἄρχειν [h] τοὺς ἴσους, [i] καὶ ὁμοίους ἄρχειν οἴεται δεῖν ὁμοίως;

Vat. Lect. Οὐ ποιήσουσι. *In Aldin. & Isingr. codice deest vox* οὐ. *quæ omnino restituenda est: latinis omnibus interpretibus, & explanatoribus eam agnoscentibus; &, quod maioris est ponderis, sententiâ Philosophi, serieque orationis prorsus requirente.* a.
Ὅ γε φίλος. *Sic in Aldino, & in reliquis. In solo Isingrino* ὅ, τε.

EXPLANATIO.

Deducitur ratio huius textus à quodam dicto in exitu superioris.
Ratiocinatio per divisionem.

† QVOS putant amicos & suo principatui, & sibi monarchi, eos faciunt principatus, imperijque sui participes, & socios, ac quasi collegas, vt in extrema parte superioris textus dicebatur. [a] Illi igitur vel sic, vt putantur, sunt verè ipsorum monarchorum amici; vel putantur esse, & non sunt. [a] Si non sunt verè amici ipsorum monarchorum; [b] iam hoc est præter monarchorum propositum, & voluntatem; qui voluerant verè amicos in societatem imperij assumere. [b] nec illi quidem, assumpti in societatem, facient ea, quæ placere monarchis; sed potiùs quæ displicere debeant, eorumque voto, ac principatui aduersentur. † siquidem qui amicus non est, ad arbitrium alterius nec agit quidquam, nec viuit, nisi coactus: nec probat ea, quæ alteri placent; [e] sed amicus, [e] cui similes mores, idemque ingenium est: inimicus verò probat etiam contraria. [g] Volunt igitur, & arbitrantur monarchi eos, qui sibi, suoq; principatui verè amici sint, participes, ac socios imperij sui facere; qui agant illa, quæ sibi, suoque principatui conueniant, & sint profutura. [e] amicus autem est par, similisque amico suo, vt in octauo libro ad Nicomachum est declaratum. [h] censent ergo similes, & pares similiter in imperio esse debere; non vnum aliquem eorum solum imperare, parentibus cæteris: † ergo censent ipsi ijdem monarchi præstabilius esse plurium imperium, boni quidem rempublicam vocatam, & aristocratiam, improbi autem statum popularem, & dominationem paucorum, vnius imperio, idest regno, & tyrannide. Non oppugnat hæc ratio verum regnum. regi enim vero nullus ciuium est similis: sed virtute, & prudentia omnes ab eo longissimè absunt. nec socios ille principatus capit præstantiores ciues; sed ministros: qui libentissimè ei parent; refutarentque etiam, si deferretur, cum eo paritatem imperij.

Nolunt monarchi in societatem imperij sui assumere nõ amicos.

Volunt, & putant assumere amicos.

Ex hoc conficitur propositum per conditionem, & naturam amici propriam.

Responsio ad hãc rationem pro vero regno.

Marginal references: † Ex tex. superiori. g. h. — Ex a. c. — a. Ex b. — b. — Ex c. c. b. — c. d. — e. f. — g. h. — e. f. — h. i. — †.

SCHOLIA.

Syntaxis.

Sed si amici & illius, & principatus. *Supple, vel repete* { consentanea facient proposito, & electioni monarchi. } c. d.

Duplex expositio huius partis ex gemina scriptura.

Quando amicus. *Græce* ὅ γε φίλος. *Si diuidas* ὅ γε *in articulum, & coniunctionem hoc modo* ὅ, τε, *vt in Isingrino libro est diuisum: vertendum erit,* { atque amicus: } *vel,* { amicus autem }. *eritq; maior huius syllogismi: Participes imperij faciunt monarchæ amicos suos, et principatus: amici autem sunt similes, & pares:* e.

& pares: ergo participes imperij faciunt monarchi similes, & pares. Si vna sola sit vox, ὅτι, quemadmodum scripta est in Aldino; quam scripturam omnes sequuntur; significabit { quoniam }, *vel* { quandoquidem }: *causam videlicet eius, quod proximè dictum fuerat; amicos monarchi, & principatus ipsius facturos ea, quę consilio ipsius conueniant. Vtranque sententiam expressi in explanatione.*

Argumentum Textus CXXXI.

Conclusio duorum capitum, deciminoni, & vigesimi, in quibus contra regnum rationibus probabilibus hactenus est disputatum.

Quæ igitur contendentes contra regnum dicunt, ferè hæc sunt. Tex. 131.

*Ἃ μὲν οὖν οἱ διαμφισβητοῦντες πρὸς τὴν βασιλείαν λέγουσι, σχεδὸν ταῦτ᾽ ἐστίν.

* [Series al. tex 111]

Deciditur tota quæstio.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

Deciditur tota quæstio de bonitate, seu de iustitia, vtilitateq́ regij principatus, simpliciter, ac comparatè: hoc est vtrum iustum sit, expediatque ciuitati in vniuersum, ac tandem beatæ futuræ ciuitati subijci eam sub regium principatum; & vtrum magis sub hunc subijci, quàm sub quemlibet alium: tum quibus populis hic, quibus aliquis alius magis conueniat. Partes tres. Textus sex: 132. & sequentes vsque ad 138.

Scholium in Argumentum huius capitis.

Hvivs decisionis duas partes faciemus: si velimus de regno generaliter, hoc est de omni regno, non de vero solùm, de quo propriè instituta est quæstio, & disputatio, responderi. quarum duarum partium vna, de regibus nothis, idest de quatuor prioribus modis regni è quinque expositis suprà in capite decimoseptimo; faciat penè secundam hypothesin, tradendam in tex. 134. altera, de vero rege, seu de postremo illorũ quinque regni modorum; afferatur in tex. 137. Illa quidem in summa erit talis: Regna notha, quorum scilicet reges vel deteriores, vel pares, vel etiã meliores, & optimi ex communi virtute omnium suorum ciuium, dummodo non sint ex perfecta, & heroica virtute simpliciter optimi; nec iusta nec

Duæ partes huius decisionis: si velimus de omni regno responderi.

Prior pars decisionis, de regnis nothis.

sta nec

sta, nec vtilia naturâ esse: quanuis videantur, & possint aliquando esse vtilia ex accidenti; vbi nimirum populus ad ferendam aliam principatus formam non est idoneus, nec vir melior reperitur, qui præficiatur. Altera pars decisionis erit talis. Verum regnum, in quo rex tantâ, & tam excellenti virtute sit præditus, vt cum ea virtus aliorum omnium sui populi virorum non sit comparanda, idest sit præditus virtute omnibus numeris absolutâ & heroicâ, splendens eâ inter reliquos, tanquam inter homines Deus; esse vtile, & iustum naturâ; semperque, & omnino vtile, ac iustum. Rationes, & fundamenta vtriusque partis, ex ijs, quæ antea dicta sunt, satis manifesta, rursus proponentur.

Altera pars decisionis, de vero regno.

- *Decidendæ huius quæstionis modus indicatus.* — Pars Prima. — Tex. 132.
- *Hypotheses tres præmissæ.* — Pars Secunda.
  - *Hypothesis prima duarum partium: de iustitia, vtilitateque naturali trium rectorum imperiorum ciuilium, cuiusque suâ: de iniustitia item, inutilitateque trium aliorum.* — Tex. 133.
  - *Hypothesis secunda: de iniustitia, et inutilitate regiorum omnium principatuum, quorum reges subditis suis certo quodam modo, de quo paulopòst dicetur, non sunt præstantiores.* — Tex. 134.
  - *Propositio, & ordo in duobus sequentibus textibus dicendorum.* — Tex. 135.
  - *Hypothesis tertia: definitiones trium populorum, ad tria recta ciuilia imperia accommodatorum, continens.* — Tex. 136.
- *Tota quæstio de bonitate, hoc est de iustitia, & vtilitate quinti modi regij principatus, simpliciter, & comparatè decisa.* — Pars Tertia. — Tex. 137.

PARS PRIMA CAPITIS VIGESIMIPRIMI. TEX. CXXXII.

Argumentum Textus CXXXII.

Decidendæ huius quæstionis modus indicatus: qui in diuisionibus quibusdam nitetur.

Tex. 132. Sed fortasse hæc in quibusdam quidem hoc modo se habent; in quibusdam autem non ita.

Ἀλλ' ἴσως ταῦτ' ἐπὶ μὲν τινῶν ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον: ἐπὶ δέ τινων οὐχ οὕτως.

EXPLANATIO.

Divisiones ad summum duæ erunt: vna populorum; altera regum: quorum populorum, & regum in quibusdam verè concludere, in quibusdam non concludere propositum rationes contra regnum, in duobus superioribus capitibus allatas, ostendetur.

Hypotheses

* [Series ad tex. 132]

Hypotheses tres præmissæ.

PARS SECVNDA CAPITIS VIGESIMIPRIMI.

Hypotheses tres præmittuntur. quarum secunda non differet à priori parte decisionis quæstionis institutæ: si duas eius partes faciamus. Textus quatuor: 133. & tres sequentes vsque ad 137.

Argumentum Textus CXXXIII.

b.c.d.e. *Hypothesis prima duarum partium: quarum [b] vna de iustitia, vtilitateque naturali trium imperiorum ciuilium ad tres formas rectæ reipublicæ pertinentium, cuiusque suâ; [f] altera de iniustitia, inutilitateque trium aliorum, pertinentium ad reliquas tres, quæ digressiones sunt, & aberramenta à rectis. [a] Confirmatur pars prima à pari, vel à minori: [h] secunda à definitione.*

[a] Est enim quiddam naturâ ad dominicam administrationem accommodatum; [b] & aliud ad regiam, [c] & aliud ad ciuilem [d] & iustum, [e] & conducibile. [f] Tyrannicum autem non est secundum naturam, [g] neque aliarum rerumpublicarum, quæ digressiones sunt, vlla. [h] hæc enim fiunt præter naturam. Tex. 133.

[a] Ἔστι γάρ τι φύσει δεσποτόν, [b] καὶ ἄλλο βασιλευτόν, [c] καὶ πολιτικόν, [d] καὶ δίκαιον, [e] καὶ συμφέρον. [f] τυραννικὸν δ' οὐκ ἔστι κατὰ φύσιν, [g] οὐδὲ τῶν ἄλλων πολιτειῶν, ὅσαι παρεκβάσεις εἰσί. [h] ταῦτα γὰρ γίγνεται παρὰ φύσιν.

EXPLANATIO.

a.d.e. [a] DECLARATVM est in primo libro, non solùm coniugale, & paternum imperium, quibus hæc fortasse nemo negaret, verumetiam dominicum, de quo multæ, magnæque erant controuersiæ, esse naturâ iustum, & vtile parentibus quoque, nedum imperantibus hominibus. [b] ergo similiter, imò verò multo magis dicendum est, iusta, vtiliaque naturâ esse, vnumquodque suo modo, tria ciuilia imperia ad tres formas rectarum rerumpublicarum pertinentia, [b] tum quo ab vno, tum quo à paucis ijdem semper, [c] tum quo à cunctis vicissim imperatur, imperarique potest liberis hominibus ad eorum, quibus imperatur, vtilitatem. [b] quorum quidem duo priora, & quo ab vno, & quo à paucis imperatur; regij imperij vocabulo nunc comprehendimus: tertium autem ciuile propriè appellamus: proptereaquòd in illis perpetua potestas regiæ maiestati; in hoc eius vicissitudo ciuili modestiæ magis conueniat. adde quòd in illis ius imperandi

Margin notes (left): b.c.d.e. — b. ad regiam. — c. ad ciuilem. — b. ad regiam.

Margin notes (right): Probatur prima pars hypothesis, hoc est imperia ciuilia ad tres species rectarum rerumpublicarum pertinentia esse iusta, & vtilia naturâ. — Regiæ administrationis vocabulum quid nunc, & quid ciuilis, & cur.

à diffi-

à dissimilitudine, & præstantiâ; in hoc à similitudine, & æqualitate proficiscitur. [b] ex quo planè diuersa huius ab illorum iustitia, vtilitasq; naturalis apparet: tametsi illorum quoque vtrunque sua propria habet iura; nempe quia præstantia virtutis maxima in altero ad vnum solum, in altero ad plures vno referatur. Diximus autem sequi, si dominicum imperium est naturâ iustum, & vtile ijs, qui parent; vt multo magis iusta, & vtilia naturâ sint hæc imperia ciuilia. nam minus naturale quidem, minusque vtile esse ei, qui paret, videtur, hominem seruire homini, quàm ab homine hominem gubernari. quocirca etiam suprà in tex. 42. & 43. huius libri distincta sunt cætera naturalia imperia tam domestica, quàm ciuilia, à dominico, quòd hoc solo primùm imperantis, illis omnibus primùm parentis vtilitas quæreretur. Est itaque hæc prior hypothesis pars, quam nunc ponere vult Philosophus: Et regium imperium, tam id, quod propriè regium, quàm id, quod optimatum vocatur, & propriè ciuile, seu reipublicæ propriè appellatæ; ad extremum tria ciuilia imperia, quibus rectarum rerumpublicarum tres formæ constant, esse naturâ iusta, & vtilia parentibus ciuibus, & ciuitatibus; vnumquodque suo quodam proprio, & peculiari modo; vel saltem ambo regiæ modo differendi ab eo, qui est ciuilis propriè sic nuncupati. [f] Altera pars hypothesis, quæ est quasi responsio ad nascentem dubitationem de tribus alijs imperijs ciuilibus, tyrannidis, potestatis paucorum, status popularis, sintne & ipsa iusta, vtiliaque naturâ, est talis: Nec iusta, nec vtilia naturâ esse hæc alia tria imperia, quæ sunt digressiones, & labes rerumpublicarum. [h] Corroboratur autem hæc pars, licet per se, & ex ijs, quæ antea sunt explicata, esset satis euidens, argumento à definitione. quoniam in definitione horum trium imperiorum, rerumpublicarumque deprauatarum ponitur [g] esse eas labes, & digressiones à rectis rebuspublicis: ideoque [h] præter naturam existere & exoriri. quicquid enim digressio est, & labes, necesse est esse præter naturam, vt alibi est declaratum: in eo autem, quod est præter naturam, nihil esse potest naturâ non solùm iustum, & vtile, sed nec rectum quidem, aut bonum.

Iustitia, vtilitasq; naturalis in vnoquoque trium ciuilium imperiorũ rectorũ diuersa.

Probatio primæ partis hypotheseos constat argumento à minori.

Explicatur distinctiùs prima pars hypothesis.

Secunda pars hypothesis: Alia tria imperia tres labes rerumpublicarum efficientia nec iusta, nec vtilia naturâ esse.

Corroboratur hæc secunda pars hypothesis, licet per se euidens esset, argumento à definitione.

b. aliud c. aliud

In ij. Cæli. tex. ...

SCHOLIA.

De populisne, an de imperijs, seu rerumpublicarum formis sit hic locus exponendus.

Quiddam naturâ ad dominicam administrationẽ accommodatũ, &c. *Multi Interpretum, & Explanatorum in his vocibus δεσποτὸν, βασιλευτὸν, πολιτικὸν, subaudiunt, & addunt exponendo, τὸ γένος ἀνθρώπων, hominum genus: quasi non de imperijs, sed de hominibus, & populis aptis ad hoc, & ad illud ferendum imperium hic loquatur Philosophus, de quibus infrà in tex. 135. & 136. est locuturus. Mouentur duabus rationibus: primùm quòd hæ duæ voces, δεσποτὸν, καὶ βασιλευτὸν, passiuam habeant significationem, et sint gerũdia passiua, quę latinè sic reddas* {dominico imperio, regio imperio gubernandum.} *deinde mouentur: quoniam illa, quę dicentur in ijs textibus 135. & 136. annecti hisce, quę nunc dicuntur, videantur; & apte cohęreant, si notentur in vtroque loco eędem res ijsdem vocabulis. Ego tamen omnino de imperijs hic sermonem esse puto: primùm propter extremam partem textus,* {neque aliarum rerumpublicarum, quæ digressiones sunt, vlla, &c.} *quam nullo modo populis possumus accommodare: sed necesse est exponere eam de imperijs; &, quoniam eam, etiam antecedentes. deinde verba illa*

& iustum

[& iustum, & vtile] *non habent, quò referantur: si δεσποτὸν, βασιλευτὸν, πολιτικὸν significent multitudines dominico, regio, ciuili imperio ferendo idoneas: nisi multa quidem suppleas præter rationem. Quòd δεσποτὸν, καὶ βασιλευτὸν sint gerundia passiua: hoc nullius est ponderis. siquidem in administratione cuiusuis imperij tam imperari, quàm imperare est necessarium. &, si imperium est naturâ iustum, parère eum, cui imperatur, & imperare eum, qui imperat, iusta sunt, & vtilia naturâ. Cohærebunt vero his ea, quæ in tex. 135. & 136. afferentur, tanquam species generi. etenim hic τὸ βασιλευτὸν vniuersè id, quod ad regiā administrationem propriè pertinet, estq́; accommodatum, significat: ibi τῷ βασιλευτῷ adiungetur τὸ πλῆθος, multitudo hominum, & populus futuræ ciuitatis.*

Iustum, & conducibile naturâ. *Sunt idem re: ratione differunt. siquidem iustum ex debitâ inter imperantes, & parentes dignitatis proportione: vtile ex commoditatibus primò, & per se parentium, imperantium autem secundariò, & penè ex accidenti nominatur.* Iusti, & vtilis naturâ in ciuilibus rebus inter se ratio.

Argumentum Textus CXXXIV.

Ex d. Ex c. Ex e. & inde ex m. † Ex tex. seq. *Hypothesis secunda [d] de iniustitia, [c] & inutilitate [e] regiorum omnium principatuum, quorum reges subditis suis, [m] certo quodam modo, † paulopòst in tex. 137. explicando, idest virtute perfectâ, siue heroicâ, ex qua præstantissimi simpliciter nominantur, non sunt præstantiores. † Hæc autem hypothesis pro prima parte decisionis ponetur, si decisionis duas partes, vt suprà annotauimus facere velimus: [a] confirmaturq́; argumento à genere per ea, quæ antea sunt constituta.* In Scholio generali huius capitis.

[a] Verùm ex ijs, quæ dicta sunt, manifestum est, [b] in similibus quidem, & æqualibus [c] neque conducibile esse, [d] neque iustum, [e] vt vnus in omnes summam habeat potestatem, [f] neque si non sint leges, [g] sed ipse sit tanquam lex, [h] neque si sint leges, [i] neque bonus in bonos, [k] neque non bonus in non bonos, [l] neque si virtute sit præstantior, [m] nisi certo quodam modo. Tex. 134.

[a] Ἀλλ' ἐκ τῶν εἰρημένων γε φανερὸν, [b] ὡς ἐν μὲν τοῖς ὁμοίοις, καὶ ἴσοις [c] οὔτε συμφέρον ἐστὶ, [d] οὔτε δίκαιον, [e] ἕνα κύριον εἶναι πάντων. [f] οὔτε μὴ νόμων ὄντων, [g] ἀλλ' αὐτὸν ὡς νόμον ὄντα, [h] οὔτε νόμων ὄντων, [i] οὔτε ἀγαθὸν ἀγαθῶν, [k] οὔτε μὴ ἀγαθῶν μὴ ἀγαθὸν, [l] οὐδ' ἂν κατ' ἀρετὴν ἀμείνων ᾖ, [m] εἰ μὴ τρόπον τινά.

Var. Lect. Οὔτε μὴ νόμων ὄντων, ἀλλ' αὐτὸν ὡς νόμον ὄντα, οὔτε νόμων ὄντων. *In Aldin. & Isingr. desunt hæc duo incisa,* ἀλλ αὐτὸν ὡς νόμον ὄντα οὔτε νόμων ὄντων. *Vetus, aliiq́; omnes interpretes in suis libris legerunt. ac porrò restituenda esse, admonet nos vox,* οὔτε, *in antecedenti inciso scripta.*

EXPLANATIO.

Hypothesis, seu prima pars decisionis, quæ esset de regno talis.

[e] REGII principatus, in quibus reges sunt viri [f] aut similes, & pares, non præstantiores virtute subditis suis, [h] siue vtrique, reges, & subditi, non boni sint, vt apud multos barbarorum, de quo regni modo dictum est suprà in textu 105. [i] siue vtrique boni, vt in Græcia olim aliqui Aesymnetarum, de quo in 106. [l] aut etiam præstant ijs communi virtute, vt heroicis temporibus regum multi, de quibus in textu 108. [m] dummodo non præstent virtute perfecta, & incomparabili, qua naturam, conditionemque humanam penè exuerint, & tanquam Dij inter homines euaserint: [e] ij omnes regij principatus [h] tam astricti legibus, vt primus, & quartus modus in tex. 104. & 108: [f] quàm soluti, vt secundus, & tertius in 105. & 107. sunt naturâ [d] iniusti, [c] & detrimentosi; † possunt alicubi vtiles esse ex accidẽti, vt suprà annotauimus. [a] Cõfirmatur hæc hypothesis, seu hæc prior pars decisionis per ea, quæ antea in textibus 119. & 120. sed pleniùs, & firmiùs in cap. decimo, in prima parte decimitertij, & in secunda, tertia, quarta, quinta decimiquinti sunt constituta. [a] Siquidem in decimo capite ostensum est, contra oligarchiæ, democratiæq; fautores, Aequalibus ciuibus æqualia commoda, honoresque ciuitatis, inæqualibus inæqualia tribuenda esse, vt verè iusta sit distributio: & in secunda, tertia, quarta, quinta parte decimiquinti similiter demonstratum, Virtutem, peritiamque administrandarum rectè ciuitatum esse verum æqualitatis, inæqualitatisque personarum fundamentum, seu dignitatem, cuius æstimatione petantur, tribuanturque iure honores, & principatus ciuiles. ex quibus planè liquet, [b] Similium, pariumque virtute hominum [c] vnum solum cunctis alijs præesse, & in eos potestatem perpetuam habere, [d] non esse iustum naturâ: [c] quapropter nec vtile quidem, † quum vtile, & iustum naturâ inter se reciprocentur. [a] In prima parte autem capitis decimitertij positum fuit generale illud enuntiatum, Congregatos in vnum cuiusuis multitudinis probos, & non probos, omnes simul esse præstantiores ipsis probis per se sumptis; atque ex eo conclusum, Populi vniuersi dominatum dominatui optimorum paucorum esse præferendum. [l] vnde intelligitur, Nec si præstet quidem communi virtute vnus quispiam ciuibus vniuersis, iustum, vtileue naturâ esse, vt illis præficiatur, & in eos omnes perpetuam teneat potestatem.

Marginal notes (right): Ex a. Ex i K. Ex K. Ex l. Ex l. Ex m. & tex. 139 seq. Ex e. h. f. g. Ex d. Ex c. In Schol argumentu capitis a. a. b. c. & g. h. i. K. d. † a. In tex. 95. l.

Confirmatio huius hypotheseos ex antea constitutis.

SCHOLIA.

Princeps tanquam lex, duobus modis.

Sed ipse sit tanquam lex. *Non eo quidem sensu, quo dicebatur in tex. 95. viros perfectâ virtute præditos, & Deorum instar inter homines, esse ipsos legem: sed quo dicitur, voluntatem principis legem esse, vbi legibus principatus non administratur, verùm libidine.*

E quatuor membris, quæ deberent esse cõparationis in bonitate regum cum subditis suis cur quartum omissum.

Neque bonus in bonos, &c. *Quatuor esse deberent membra: si bonus in bonos: si non bonus in non bonos: si boni, vel melior in non bonos, vel eo deteriores: si non bonus, vel deterior in bonos, vel eo præstantiores. Hoc quartum membrum omisit vel quia nimis euidens est, talem principatum nec iustum, nec ijs, qui parent, vtilem esse posse: vel quia propriè est tyrannis; nullo pacto regnum vocari debet.*

Propositio

Argumentum Textus CXXXV.

Propositio, & ordo in sequentibus duobus textibus dicendorum.

[a] Quis autem sit hic modus, exponendum est. [b] dictum verò iam quodammodo est etiam antea. [c] Sed primùm definiendum est, quid sit id, quod regio; [d] & quid, quod aristocratico; [e] & quid, quod ciuili principatui est accommodatum. Tex.135.

[a] Τίς δ' ὁ τρόπος, λεκτέον. [b] εἴρηται δέ πως ἤδη καὶ πρότερον. [c] πρῶτον δὲ διοριστέον, τί τὸ βασιλευτὸν, [d] καὶ τί τὸ ἀριστοκρατικὸν, [e] καὶ τί τὸ πολιτικόν.

EXPLANATIO.

a. [a] QVIS sit ille modus præstantis in monarcho virtutis, qui solus regium principatum iustum, vtilemque naturâ facit, [b] propositus etiam suprà in sexta parte capitis decimiquinti; [a] nunc denuo explicandum est. [c] Veruntamen distinguenda priùs sunt genera multitudinum, populorumúe tribus rectis reipublicæ formis accommodatorum; & cuiusmodi vnumquodque eorum sit, definiendum: † vt quàm maximè vtilis regius principatus institui possit. † quanquam enim, quia vtilis naturâ, vtilis est semper, omniq́ue populo, ac ciuitati hæc forma reipublicæ: vtilissima tamen fuerit, vbicunque idoneam sibi nanciscatur materiam. Ciuilis principatus nomen etiam hîc, vt suprà in tex. 133. rempublicam propriè vocatam significat.

Quid dicendum post, ordine doctrinæ, in tex. 137. sed institutio priùs.

Quid dicendum statim ordine doctrinæ in textu 136. sequenti, sed propter alterû, æqua ratione propter alterum.

Ciuilis principatus vocabulum.

Argumentum Textus CXXXVI.

Hypothesis tertia: definitiones trium multitudinum, seu trium populorum ad tres rectæ reipublicæ formas, alio nomine ad tria recta ciuilia imperia accommodatorum, quibus inter se distinguuntur, continens.

[a] Accommodata igitur regio principatui est multitudo huiusmodi, [b] quæ nata est ferre genus [c] exuperans virtute [d] ad principatum ciuilem. [e] Aristocratica autem multitudo est, [f] quę nata est ferre multitudinem, [g] quum possit regi ingenuorum imperio [h] ab ijs, qui propter virtutem idonei sunt principatui [i] ad imperium ciuile. [k] Ciuilis verò multitudo est, [l] in qua innasci multitudinem bellicam, naturâ est comparatum, [m] quæ potest parêre, atque imperare [n] ex lege impertiente pro dignitate inopibus magistratus. Tex.136.

[a] Βασιλευτὸν μὲν οὖν τὸ τοιοῦτόν ἐστι πλῆθος, [b] ὃ πέφυκε φέρειν γένος [c] ὑπερέχον κατ' ἀρετὴν, [d] πρὸς ἡγεμονίαν πολιτικήν. [e] ἀριστοκρατικὸν δὲ πλῆθος, [f] ὃ πέφυκε φέρειν πλῆθος, [g] ἄρχεσθαι δυνάμενον τὴν τοῖς ἐλευθέροις ἀρχὴν [h] ὑπὸ τῶν κατ' ἀρετὴν ἡγεμονικῶν [i] πρὸς πολιτικὴν ἀρχήν. [k] πολιτικὸν δὲ πλῆθος, [l] ἐν ᾧ πέφυκεν ἐγγίνεσθαι πλῆθος πολεμικὸν, [m] δυνάμενον ἄρχεσθαι, καὶ ἄρχειν [n] κατὰ νόμον τὸν κατ' ἀξίαν διανέμοντα τοῖς ἀπόροις τὰς ἀρχάς.

Var. Lect. Πέφυκεν ἐγγίνεσθαι. In Aldin. & Isingr. quam scripturam vertit Genesius, interponuntur inter hæc duo verba duæ voces καὶ ἐν. In cæteris omnibus græcis, & latinis, vt hic. l.

EXPLANATIO.

Definiuntur, & inter se distinguuntur tres populorum, seu multitudinum modi tribus rectis rerumpublicarum formis accommodati.

[a] Popvlvs, hoc est multitudo regno accommodata est multitudo hominum, [b] in quibus insitum à natura est, vt parêre, subesseq; ([d] subiectione tamen, obedientiaque ciuili, ac libero homine digna, non seruili) [c] vni alicui viro præstantissimæ, maximeque eminentis virtutis, [b] vel de eâdem semper familia, [b] vel aliâs, & aliâs de alia, & alia oriundo, [b] velint, ac præoptent: [d] conuersis etiam in ciuilem principatum, non in dominicum imperium, viro illo, eiusque virtute. [e] Multitudo accommodata aristocratiæ est multitudo hominum, [f] in quibus insitum à natura est, vt [f] pluribus vno, [h] virtute suâ ad imperium, [i] principatumque ciuilem maximè idoneis, [g] parêre subesseque liberali imperio, [i] & ciuilis principatus formâ, [g] velint, ac præoptent. [k] Multitudo ciuili imperio, hoc est reipublicæ sic propriè appellatæ accommodata est hominum multitudo, [l] cuius multo maxima pars nascitur ad bellum idonea: [m] & hæc quidem pars, ac fortè tota multitudo vult, potestque vicissim parêre, & imperare [n] ex lege tribuente etiam inopibus pro dignitate magistratus; nec solùm inopibus diuitiarum, virtute verò opulentis magistratus maiores; sed etiam minores minùs præstantibus virtute.

Similitudines, & differentiæ horum trium populorum inter se.

Communis est his tribus populis [b] procliuitas, & impetus naturalis, [b] in duobus primis ad parendum duntaxat; [m] in tertio ad vicissitudinem parendi, & imperandi. qua re differt hic tertius populi modus ab illis duobus. differt præterea, quòd [n] in ipso paretur, & imperatur, mandanturque magistratus ex lege: in illis hæc fiunt omnia sine lege, voluntate parentium, & imperantium. tertiò differt, quòd [c] in vtroque illorum paretur viris excellentissimâ virtute præditis: in hoc qui imperant, licet virtute communi, non tamen excellentissimâ, perfectâque sunt ornati. Et illi quidem duo populi differunt inter se: quòd [b] primus vni, [f] secundus pluribus virtute omnes longè superantibus subesse, & parêre vult.

a. b. d. c. b. generi, & ex tex. seq. Ex b generi. Ex b. d. e. f quæ nata est, ferre multitudinem. h. i. g. i. k. l. m. n. b. f. l. b. f. m. n. c. f. Ex b. f.

SCHOLIA.

Variæ expositiones horum verborum, & ferendum eas variæ etiam populorum definitiones.

[f] Quæ nata est ferre genus, &c. *& infrà*: quæ nata est ferre multitudinem, &c. *Quod si duplex* φέρειν, *id est, ferre, in his duobus incisis non pro pati, & sustinere, sed pro gignere, ac producere: quod etiam si pro vtroque, hoc est tam pro producere, quàm pro sustinere acciperem? Primo modo definitio populi regij esset talis, spectans ad principem gubernantem, non ad populum gubernatum: Populus* b. f.

regno

regno accommodatus est multitudo hominum naturâ sic comparata, ut genus, id est vt in eadem semper familia, uel etiã ut in diuersis, quemadmodum in sequenti textu addetur, aliquem vnum virum perfectissimâ uirtute præditum ad ciuilem principatum possit producere. Secundo modo spectaret & ad principem, & ad populum: talisq; esset: Populus regno accommodatus est multitudo hominum naturâ sic comparata, vt possit tum producere genus, & cætera, quæ hic dicta sunt, tum pati imperium vnius præstantissimi uirtute viri uel de eadem semper familia, vel de alia, & alia alio, & alio tempore nati, quemadmodum dictum est in explanatione. Similiter definitio populi aristocratici multipliciter variaretur: exponendo illa verba ¶ quæ nata est ferre multitudinem ¶ *vel quòd ad patiendum plurium præstantissimorum virorum imperium; vel quòd ad producendos plures uno tempore præstantissimos viros; vel quod ad utrunque esset idonea naturâ.*

a.l. Ad principatum ciuilem. *& infrà:* ad imperium ciuile. *Cur in duabus prioribus definitionibus principatus, & imperij ciuilis Philosophus meminit; non item in tertia? Nempe hoc uocabulum, ciuile imperium, seu ciuilis principatus, aliquando communiter, aliquando propriè accipitur: communiter captum in omnes respublicas cadit; opponiturq; domestico imperio: captum propriè cadit in eas tantum, in quibus vicissim ciues cuncti imperant, & parent, ob similitudinem, & paritatem, quam esse inter ciues, ut ciues sunt, æquum videtur; id est in statum popularem, & vocatam propriè rempublicam; magisq; in hanc, quæ est una è rectis formis, quàm in illum, qui est forma deprauata respublicæ, & ciuitatis. Quoniam igitur in tertia definitione positum est, omnes vicissim parere, & imperare; non eosdem semper, alios imperare, alios parere, vt in prioribus definitionibus: non opus fuit apponere in ea principatum, vel imperium ciuile, quo à dominica potestate principatus reipublicæ propriè uocatæ distingueretur: vicissitudine enim illâ parendi, & imperandi à domesticis omnibus imperijs planè distinguitur; quibus quidem domesticis imperijs eum regio, & cum aristocratico commune est, vt ijdem homines semper, alij imperent, alij pareant. Adde appellatam hic multitudinem huic reipublicæ accommodatam, quæ definitur, multitudinem ciuilem: ex quo intelligas, imperium quoque in ea esse ciuile. & quòd in textu superiori principatum ciuilem dixit de principatu huius reipublicæ.*

Cur ciuilis principatus in duabus prioribus definitionib' mẽtio fiat, non in tertia. Ciuilis principatus, & imperij vocabulum communiter, & propriè.

Domestica imperia quæ reĩ à propriè uocata republica differant, quæ regio, & aristocratico sint similia.

c. Quæ nata est ferre multitudinem. *Subaudi cum Genesio, & D. Thoma* ¶ imperantium: ¶ *vt distinguatur à multitudine regia, cui innatum, ut ferat imperium vnius.*

i.m. Multitudinem bellicam, quæ potest parêre, &c. *Pro his, quæ hoc loco dicuntur, vide quæ scripta sunt suprà in tex. 46.* Locus similis.

PARS TERTIA CAPITIS VIGESIMIPRIMI. TEX. CXXXVII.

Argumentum Textus CXXXVII.

a.ad i.a.k. *Tota quæstio de bonitate, hoc est de iustitia, vtilitateque quinti modi regij principatus decisa simpliciter, & comparatè cum aristocratia, & cum propriè vocata republica; tum ad ciuitatem vniuersè, ad ciuitatem beatam futuram, & ad diuersa genera ciuitatum diuersis populorum*

rum conditionibus inter se distincta. [e] *Primum caput de iustitia planè expreßum; duobusque argumentis,* [i] *altero à testimonio,* [q] *altero à diuisione simul, & ab oppositis confirmatum: & per illud cætera indicata.* c. i. ad q. q ad &.

Tex. 037. [a] Quom igitur acciderit, [b] vt vel genus totum, [c] vel etiam aliorum vnus aliquis existat [d] tantopere præstans virtute, vt antecellat illius virtus virtuti aliorum omnium: [e] tunc iustum est, [f] genus hoc regium esse, [g] atque omnium summam habere potestatem; [h] & regem hunc vnum. [i] Quemadmodum enim antea dictum est, [k] non solùm sic se res habet ex eo iure, quod producere solēt ij, qui respublicas constituunt [l] tum qui aristocraticas, [m] tum qui oligarchicas, [n] tum rursus qui democraticas ([o] omnes enim ex præstantiâ æstimant, [p] at præstantiâ non eâdem) [q] verùm ex eo, quod dictum est antea. [r] nam neque interficere, [s] aut in exilium pellere, [t] neque verò ostracismo adoriri, & summouere { *virum* } talem decet; [u] neque postulare, vt pro rata parte, aut vicissim pareat. [x] non enim naturâ comparatum est, vt pars toti antecellat. [y] tantam autem exuperantiam habenti hoc euenit. [z] quapropter restat solùm, vt tali { *viro* } pareatur; [&] & summam esse penes hunc potestatem, non pro rata parte, aut vicissim, sed simpliciter.

[a] Ὅταν οὖν [b] ἢ γένος ὅλον, [c] ἢ καὶ τῶν ἄλλων ἕνα τινὰ συμβῇ [d] διαφέροντα γενέσθαι κατ' ἀρετὴν τοσοῦτον, ὥσθ' ὑπερέχειν τὴν ἐκείνου τῆς τῶν ἄλλων πάντων: [e] τότε δίκαιον τὸ γένος [f] εἶναι τοῦτο βασιλικὸν, [g] καὶ κύριον πάντων. [h] καὶ βασιλέα τὸν ἕνα τοῦτον. [i] καθάπερ γὰρ εἴρηται πρότερον, [k] οὐ μόνον οὕτως ἔχει κατὰ τὸ δίκαιον, ὃ προφέρειν εἰώθασιν οἱ τὰς πολιτείας καθιστάντες, [l] οἵ τε τὰς ἀριστοκρατικὰς, [m] καὶ οἱ τὰς ὀλιγαρχικὰς, [n] καὶ πάλιν οἱ τὰς δημοκρατικὰς ([o] πάντες γὰρ καθ' ὑπεροχὴν ἀξιοῦσιν, [p] ἀλλ' ὑπεροχὴν οὐ τὴν αὐτὴν) [q] ἀλλὰ κατὰ τὸ πρότερον λεχθέν. [r] οὔτε γὰρ κτείνειν, [s] ἢ φυγαδεύειν: [t] οὐδ' ὀστρακίζειν δήπου τὸν τοιοῦτον πρέπον ἐστί. [u] οὔτ' ἀξιοῦν ἄρχεσθαι κατὰ μέρος. [x] οὐ γὰρ πέφυκε τὸ μέρος ὑπερέχειν τοῦ παντός. [y] τῷ δὲ τὴν τηλικαύτην ὑπερβολὴν ἔχοντι τοῦτο συμβέβηκεν. [z] ὥστε λείπεται μόνον τὸ πείθεσθαι τῷ τοιούτῳ. [&] καὶ κύριον εἶναι μὴ κατὰ μέρος τοῦτον, ἀλλ' ἁπλῶς.

Var. Lect. Τὸ πείθεσθαι. *Hanc scripturam in suis libris habuerunt Victorius, Lambinus, Genesius, Aretinus: & legitur in quibusdam impresis, & manuscriptis. Aldinus & Isingrinus habent,* καὶ πείθεσθαι. z.

EXPLANATIO.

[a] Regius principatus, cuius rex, [b] vel de eâdem semper familia, quasi iure hæreditario, [c] vel alio & alio tempore de alia & alia, iure electionis assumptus, [d] ita præstaret virtute, vt reliquorum eius ciuitatis, aut prouinciæ hominum virtus vniuersa ab ea superaretur, † nec cum ea omnino posset comparari, quia diuersorum generum essent virtutes, vt in textibus, & commentarijs 95. & 101. fuit declaratum; idest tandem cuius rex absolutâ omnibus numeris virtute, siue heroicâ præditus foret; ille verò regius principatus (per ea, quæ antea sunt stabilita, solus verus, perfectusque, [g] & cum libera rerum omnium potestate perpetuus) [e] esset iustus naturâ; † & , quia iustus naturâ, simul naturâ vtilis: hæc enim duo sese perpetuò sequuntur; quum re idem sint; solâ distinguantur ratione, vt suprà ad textum 133. annotauimus. † Quòd, si vtilis naturâ; iam omni ciuitati, in qua institueretur, esset vtilis. quamobrem & ciuitati simpliciter, & ciuitati beatæ futuræ, quæ est prima forma ciuitatis, vel, vt Scholastici loquuntur, primum analogatum, vtilis erit. † Vtrum verò alijs duabus formis rectis, aristocratiâ scilicet, & republicâ propriè appellatâ sit vtilior, si quæras, respondebo: vnumquenque horum trium principatuum ciuitati, ac populo sibi accommodato, ex doctrinâ textus antecedentis, esse maximè vtilem; rempublicam propriè vocatam suo; suo aristocratiam; & suo regium principatum: simpliciter asit ciuitati, & populo, ac denique ciuitati ad votum informatæ, beatissimæque futuræ vtilissimum fore regium: nisi ex humani corporis imbecillitate, ac conditione, in quo viuat rex, quamuis heros, diuinaque virtute præditus, omnino necesse est; faciliùs, commodiusque administraturi ciuitatem multi, quàm vnus, videantur. Est enim magis naturale, quàm multorum imperium, & diuino simile imperium vnius: quod argumentum tractatum est in exitu duodecimi libri Diuinæ philosophiæ. itaque simpliciter, & per se vtilius, ac melius. Verùm hæc omnia intelliguntur, eruunturq; ex antea constitutis; potissimùm in duobus superioribus capitibus, decimonono, & vigesimo, & in hoc vigesimoprimo: indicata tantùm l. sc. per expositionem, confirmationemque primi theorematis, idest iustitiæ naturalis huius regij principatus, vnde pendent, profluuntque cætera; non expressa à Philosopho nostro, elementaris doctrinæ, breuitatisque maximo amatore. [i] Confirmatur autem iustum esse naturâ hunc regium principatum duobus argumentis: quæ, etiam antè tractata, nunc repetuntur. [k] Primum sumitur a testimonio aduersariorum, hoc est illorum omnium, qui plurium principatus, alij aristocratias, alij oligarchias, alij democratias vel eas quæ sic propriè appellantur, vel propriè vocatas respublicas instituunt; cunctisq; cæteris principatuum formis, tam vnius, quam multorum, eam, quam quique instituunt, anteferunt tanquam iustiorem. [l] Etenim suprà in decimo, & quintodecimo capite [o] omnes planè in hoc consentiebant, [k] vt iure aliquo vterentur ad suam tuendam reipublicæ, & principatus formam: [o] quod ius in præstantiâ boni cuiuspiam reponebant: [p] quanquam postea de bono, quodnam illud esset, ex cuius præstantiâ iure tribui, obtinerique principatum ciuitatis existimabant, inter se dissentirent:

Iustus naturâ est regius principatus, cuius rex virtute omnibus numeris absolutâ, & ad omnium subditorum suorum virtutes incomparabili est præditus.

Vtilis naturâ est idẽ principatus regius. Vtilis cuilibet ciuitate in qua instituitur, & ciuitati simpliciter, & beatæ futuræ ciuitati.

Vtilior præstantiorque simpliciter, & per se est aristocratiæ, vocatæque propriè reipublicæ principatibus; in suo tamen accommodato sibi populo vnusquisque horum trium maximè vtilis: ac fortè etiam pro humanæ naturæ imbecillitate vtiliores aristocratia, & vocata respublica regno quibusdã videantur.

Argumenta confirmantia regium hunc principatum esse iustum naturâ.
Primum à testimonio aduersariorum.

dissentirent: & alij aliud asserent, quidam diuitias, quidam nobilitatem, quidam libertatem, quidam virtutem. a De eorum igitur omnium sententiâ iustus est, & maximè iustus ille principatus, cuius princeps, & summam in ciuitate potestatem habens, præstat subditis certo quopiam bono. † esse autem tale bonum prudentiam, & virtutem, ex cuius præstantiâ principatus, honoresque omnes ciuitatis sint tribuendi, declaratum est in exitu decimi capitis, idest à textu 56. ad 64. & in tertia, & quinta parte capitis decimiquinti. e ergo maximè iustus fuerit principatus, f cuius princeps vniuersis ciuibus maximè præstabit prudentiâ, & virtute. h talis autem rex noster esset, vt sumptum fuit. k ergo regius principatus, de quo loquimur, esset naturâ iustissimus iudicio etiam, & testimonio aduersariorum nostrorum & omnium denique, qui respublicas instituunt, de ipsisque aut verè, aut probabiliter disserunt. q Alterum argumentum ducitur à diuisione, & ab oppositis simul, hoc modo. t Iniusta res est, virum tantopere vniuersis ciuibus virtute præstantem, quantopere regem nostrum futurum præstare debere diximus, t vel interficere, a vel pellere ciuitate aut in perpetuum, t aut ad certum tempus, a vel aliquando aliorum ciuiū, quos tam valde superat virtute, imperio parēre: † quòd si aliquando; multo magis, semper parēre, iniustum esset. x ergo (quod reliquum est) iustum erit, x præfici talem virum, tantopere virtute exuperantem, ciuitati; & cuius ipse summum imperium, arbitriumque liberum, nulla lege obstrictus, nec ad aliquod tempus, sed simpliciter, omnibus libenter ei se subijcientibus, & parentibus, habeat: sicut etiam in tex. 101. conclusum fuit. † Porrho autem iniustum esse vel interficere, vel pellere è ciuitate virum Deo similem, ac perfectâ virtute præditum, non solùm liquet per se, sed etiam in sexta parte capitis decimiquinti, vnde hæc penè omnia accipiuntur, fuit declaratum. At esse iniustum, vt aliquando aliorum ciuium imperio is pareat; quum in textu 101. confirmatum fuerit argumento à simili; x hîc rursus confirmatur altero argumento, quod est à repugnantibus. z repugnat enim, tanquam naturæ contrarium, vt pars suo toto vnquam sit superior, & maior: y aliorum verò ciuium omnium nostræ ciuitatis virtutes ponuntur esse quasi particulę quædam virtutis illius integræ, & omnibus numeris absolutæ, quam in futuro rege nostro reperiendam sumimus.

Secundum à diuisione, & ab oppositis.

SCHOLIA.

Modus loquēdi penè ex conditione, notans euentus raritatem.

Quom igitur acciderit, &c. *Si fortè acciderit. Vix enim fieri posse videtur, quemadmodum ad tex. 95. & 101. annotauimus, vt vir tam excellenti virtute præditus in terris reperiatur; multo minùs, vt multi de eadem familia. sed si acciderit: iustum erit, creari eum regem, & omnibus libera potestate semper imperare. Vide his similia in tex. 139.*

Loci similes.

Tantopere præstans virtute, &c. *Sic in tertio cap. septimi horum librorum:* § neminem ciuitatis liberum, & perpetuum principatum suscipere debere, nisi tantum cæteris præstet, quantum vir mulieri, & pater filijs, & dominus seruo. § *& in 14. cap. eiusdem septimi:* § si alteri alteris tantum antecellerent, quantum Deos, & heroas hominibus antecellere existimamus,

vt statim

vt statim primùm corpore longe præstantiores essent, deinde animo, atque ea præstantia incontrouersa esset, & euidens: perspicuum est, satius fore, si illi semper imperarent, hi semper parêrent. §

* [Series ab tex. 102.]

Conclusio.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM. TEX. CXXXVIII.

Argumentum Textus CXXXVIII.

Conclusio huius quartæ disputationis per commemorationem eorum, quæ in ipsa sunt explicata.

[a] De regno igitur; [b] quas contineat differentias; [c] & vtrum ciuitatibus non conducat, aut conducat, [d] & quibus, [e] & quo pacto; [f] definitum ad hunc modum esto: Tex. 138.

[a] Περὶ μὲν οὖν βασιλείας, [b] τίνας ἔχει διαφοράς, [c] καὶ πότερον οὐ συμφέρει ταῖς πόλεσιν, ἢ συμφέρει, [d] καὶ τίσι, [e] καὶ πῶς; [f] διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

EXPLANATIO.

f.a. [f] QVAE proposita fuerunt in tex. 102. de regno, iam sunt explicata: Quæ quidque loco huius quartæ disputationis eorum, quæ cõclusione ista commemorantur, hactenus sit explicatum.
b.c. [b] duobus ad summum capitibus comprehensa. [b] Quorum vnum, de mo-
b. dis regni, quot, & qui sint, tractatum est in capite decimoseptimo. [c] Alte-
c. rum, de vtilitate, simulq; de iustitia eius tractatum est in quatuor sequen-
c. tibus, decimo octauo, decimonono, vigesimo, vigesimoprimo. [c] Atque in decimonono quidem, & vigesimo; postquam in decimo octauo propositum fuit, quid veniret in controuersiam; disputatum est, vtrum iustum, vtileque; & vtrum magis, quàm aliæ formæ rectorum principa-
d. tuum, vtile ciuitatibus regnum esset: [d] in vigesimi primi autem primâ, & secundâ parte, quibus ciuitatibus, & populis vtile futurum, aut non futurum, & magis, vel minus, quàm alij principatus, vtile futurum; est de-
e. claratum: [e] in tertiâ explicata ratio, quâ solâ regnum sit iustum, & vtile ciuitatibus, & certo ciuitatis generi maximè vtile.

* [Series ad tex 103]

Appendix, seu tertia pars quartæ disputationis.

CAPVT VIGESIMVMTERTIVM. TEX. CXXXIX.

Argumentum Textus CXXXIX.

Appendix, seu tertia pars quartæ disputationis. De Disciplina, & Moribus futuri veri Regis, vnaq; futuri veri Optimatis, à vero rege excellentiâ virtutis minimè differentis: Quænam sint? Esse prorsus eadem, quæ boni simpliciter, hoc est optimi ex perfecta virtute viri. Locus ab effectis: nam virtus eadem.

Tex. 139. [a]Quoniam autem tres dicimus esse rectas respublicas; [b]harum autē, necesse est, optimam esse eam, quæ ab optimis, more domus, curatur; [c]talis autem est ea, in qua contigit, [d]vel vnus aliquis vniuersis, [e]vel genus totum, [f]vel multitudo antecellat virtute, [g]illis quidem parendi, his verò imperandi facultatem habentibus [h]ad vitam maximè optabilem; [i]atque in primis sermonibus demonstratum est, [k]eandem necessariò viri, & ciuis optimæ ciuitatis virtutem esse: [l]manifestum est, eodem modo, [m]ijsdemque rebus [n]& virum fieri probum, [o]& ciuitatem constitui ab aliquo posse; quæ optimatium, [p]aut regio imperio administretur. [q]quare & institutio, [r]& mores eadem ferè erunt, quæ faciunt probum virum, [s]& quæ faciunt ciuilem, [t]& regium.

[a]Ἐπεὶ δὲ τρεῖς φαμὲν εἶναι τὰς ὀρθὰς πολιτείας· [h]τούτων δ' ἀναγκαῖον ἀρίστην εἶναι τὴν ὑπὸ τῶν ἀρίστων οἰκονομουμένην· [c]τοιαύτη δ' ἐστὶν, ἐν ᾗ συμβέβηκεν [d]ἢ ἕνα τινὰ συμπάντων, [e]ἢ γένος ὅλον, [f]ἢ πλῆθος ὑπερέχον εἶναι κατ' ἀρετὴν, [g]τῶν μὲν ἄρχεσθαι δυναμένων, τῶν δ' ἄρχειν [h]πρὸς τὴν αἱρετωτάτην ζωήν· [i]ἐν δὲ τοῖς πρώτοις ἐδείχθη λόγοις, [k]ὅτι τὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον ἀνδρὸς ἀρετὴν εἶναι, καὶ πολίτου τῆς πόλεως τῆς ἀρίστης: [l]φανερὸν, ὅτι τὸν αὐτὸν τρόπον, [m]καὶ διὰ τῶν αὐτῶν [n]ἀνήρ τε γίνεται σπουδαῖος, [o]καὶ πόλιν συστήσειεν ἄν τις ἀριστοκρατουμένην [p]ἢ βασιλευομένην. [q]ὥστ' ἔσται καὶ παιδεία, [r]καὶ ἔθη ταὐτὰ σχεδὸν τὰ ποιοῦντα σπουδαῖον ἄνδρα, [s]καὶ τὰ ποιοῦντα πολιτικὸν, [t]καὶ βασιλικόν.

EXPLANATIO.

Theorema huius loci: Institutio ciuilis, idest aristocratici viri, & viri regis eadē, quæ viri perfectissimo modo optimi.

Ratio: nam Virtus eadem.

[q]Institvtio, idest disciplina, & mores, quæ faciunt virum probum simpliciter, ac tandem optimum perfectissimo modo, & quæ faciunt ciuilem, & regium, hoc est virum ad optimatum, & virum ad regiam rempublicam constituendam, administrandamque maximè idoneum, sunt penè eadem. Probatur. [k]Nam istorum, viri, inquam, probi, ac tandem optimi q. r. s. t.

Ex K.

optimi, & viri ad optimatum, virique ad regiam rempublicam administrandam, & constituendam maximè idonei est eadem virtus. Connexum ostenditur. Quippe [l] quorum est eadem virtus; eorum ipsorum est idem modus, suntque eædem res, quibus efficitur virtus: (propositio nota per locum à causis, & effectis, quæ inuicem se sequuntur): [l] res autem, quibus probi, optimique viri virtus efficitur, sunt mores, siue consuetudo, & disciplina; tum verò modus est, vt ritè hæc adhibeantur: quæ quidē in principio secundi, & in exitu decimi libri ad Nicomachum sunt declarata, copiosiusque in fine septimi huius operis declarabuntur. Assumptum, de eadem virtute probi viri, &c. sic confirmatur. [k] Probi, optimique viri virtus, ex quâ commendatur tanquàm ad probas simpliciter actiones maximè idoneus, & virtus probi, optimique optimæ ciuitatis, atque reipublicæ ciuis; ex qua commendatur quòd in ea non solùm parêre, sed etiam imperare ad eam constituendam, administrandamque maximè omnium scit, & potest; est eadem virtus: † at vir ciuilis, & vir regius, ille ad optimatum, hic ad regiam ciuitatem, & rempublicam constituendam, administrandamque maximè idoneus, soli sunt tales ciues; optimi videlicet optimæ ciuitatis, atque reipublicæ: ergo, &c. [l] Maior est euidens ex ijs, quæ suprà in tertio capite, potissimùm in sexta eius capitis parte sunt explicata. Minor ostenditur ad hunc modum. [a] Rectarum rerumpublicarum, quæ nimirum communem, non propriam imperantium vtilitatem spectant (hae enim solâ notâ definitæ, distinctæque sunt à non rectis) tres formæ sunt; regnum; aristocratia; respublica propriè sic appellata: vt demonstratum est suprà in cap. 6. & 7. [b] sed duæ tantùm esse optimæ possunt, regnum, & aristocratia, quotiescunque verum regnum, veraque aristocratia fuerint; tertia, quæ propriè vocatur respublica, quantumuis recta, & vera, non pōt. Probatur istud. [b] Nanq; optima ciuitas, & respublica illa est, quæ ab optimis viris, vt à patre familiâs domus, ordinatur, & administratur (perspicuum hoc esse per se videtur suprà quoque in tex. 46. positum) & optimos viros intelligimus, ex eodem tex. 46. vniuersâ virtute perfectè instructos: [c] ab optimis aūt hoc modo viris ordinari, & administrari regnū, & aristocratia duntaxat possunt; quæ propriè vocatur respublica, [l] non potest. † siquidem vnum, aut paucos quosdam hoc modo optimos aliquando alicubi reperiri, non repugnat rationi; reperiri omnes, aut quàm plurimos, repugnat; vt in illo eodem 46. textu est definitum: vnius autem optimi imperium regnum; imperium optimorum paucorum aristocratia est; vniuersi populi, aut multo maximæ eius partis est respublica propriè vocata. [c] Itaque vbi contigerit, vt [d] vel vnus aliquis exuperantiâ quadam virtutis cæteris omnibus longè antecellat; [e] vel aliqua familia tam fœlix sit, vt de ea semper sumere aliquem vnum virtute perfectâ ornatum liceat; [f] vel sit aliqua multitudo, idest sint aliqui ciues, plures quidem vno, tametsi pauci, vel de eâdem, vel de diuersis familijs eodem tempore, quorum vnusquisque vniuersâ, perfectaque virtute sit prædititus: [c] ibi exoriri regnum, quom vnus sic optimus extiterit, siue de populo, siue de eâdem semper familia assumptus, quemadmodum in superiori textu dicebatur; & quom plures vno, exoriri aristocratiam, par est: nempe si & illi vni, & hisce pluribus liberam in se, resque omnes ciuitatis potestatem reliqui ciues, [g] quibus insita, vel potiùs innata sit vis imperij patiendi alijs vnius, alijs plurium, vt

Margin notes (left): Ex l.m. — Ex l.m.n.o.p. q.r. — k. — † — l. — m. — In tex. 41. & 45. — Ex b. ad h. — h. — b. — Ex c.d.e.f. — † — c. — d. — e. — f. — In c. — g.

Margin notes (right): Connexi probatio. — Viri optimi virtutem quæ efficiant. — Assumpti de eadem virtute probatio. — Vir ciuilis, & vir regius soli sunt optimi ciues optimæ ciuitatis. — Trium rectarum rerumpublicarum duas tantum esse optimas possunt; tertia, quàuis perfecta non potest. Ciuitatis, & reipublicæ optimæ definitio.

in tex. 136. explicatum fuit; libenter deferant. [d] quod quom fiet, [e] tunc ab optimis vtraque illarum rerumpublicarum administrabitur: & optimè certè administrabitur; eritque optima ciuitas, atque respublica; [f] imperandi quidem virtutem, & scientiam optimis istis, vno, pluribusue, quibus delatum imperium fuerit, habentibus; reliquis autem ciuibus, qui id detulerint, parendi vim, & inclinationem naturalem; [g] atque vtrisque ad optimam, maximeque expetendam vitam, qualis contingere ipsis potest, spectantibus.

SCHOLIA.

Optimæ reipublicæ variæ definitiones.

Optima respublica est ea, quæ ab optimis, more domus, curatur. *Hæc est optimæ reipublicæ definitio formalis; idest per formalia, & essentialia reipublicæ tradita. eius similis altera, quæ in cap. 13. libri septimi affertur:* § optima respublica est ea, per quam ciuitas optimè administratur. § *illa vero per effectus, quæ tradetur in primo, & in secundo capite eiusdem libri septimi:* § Optima respublica est ea, ex cuius ordinatione vnusquisque optimè agat, & beatè viuat §: *& in nono:* § optima respublica est ea, per quam ciuitas esset maximè fœlix. § *Nota verbum* οἰκονομουμένη, *quod verto* § more domus curatur. § *modum enim administrationis indicare nobis videtur, quemadmodum id, quod positum est suprà in tex. 110:* § quintam speciem regni esse, vbi vnus solus rerum omnium communium, ad similitudinem rationis domesticæ ordinatarum, potestatem haberet: esseque regnum ciuitatis, & gentis vnius, aut plurium domesticam administrationem. §

Vox οἰκονομουμένη.

In qua cõtigit, vt vel vnus, &c. *Similia ijs, quæ suprà in tex. 137. sunt posita.* c.d.

Locus similis. Creandi regis modi duo.

Vt vel vnus aliquis vniuersis, vel genus totum. *Notat duplicem modum creandi regis etiam veri, & perfecti; vnum propriè suffragij iure; alterum quasi iure hæreditario: quod etiam in tex. superiori 137. fecit.* d.e.

Loci similes.

Antecellat virtute. *Vide quæ de hac virtutis excellentiâ scripta sunt suprà in tex. 137. & multo antè in 95. & 101. atque ad eos textus annotata.* f.

Locus citatus.

In primis sermonibus. *In tertio huius libri capite, vt in explanatione annotaui.* i.

Viri, & ciuis optimæ ciuitatis virtus quomodo eadem, vel non eadem.

Eandem viri, & ciuis, &c. *Eandem re, & fundamento: differentem ratione. quoniam quæ viri dicitur virtus, ad probas simpliciter actiones refertur: quæ ciuis optimæ ciuitatis, ad easdem actiones probas, sed vt ciuitatem, rempublicamq́; optimam efficere, & conseruare possunt.* k.

Pædia, idest institutionis vocabulum.

Institutio. Παιδεία. *Hoc vocabulũ, quom cõsuetudini, siue moribus, idest τῷ ἔθει, vt hic, & quom τῇ τροφῇ, ὅ τῇ ἀγωγῇ, idest alitura, vel educationi opponitur, vt in fine septimi libri; disciplinam propriè significat: sumptum autem per se, est nomen generale, & commune ambarum institutionum, eius, quæ moribus, assuetudineq́; & eius, quæ studijs disciplinarum perficitur.* q.

Disciplina, & educatio viri optimi, & principis optimæ reipublicæ ferè eadem.

Virtus vtriusque eadem.

Institutio, & mores eadem ferè erunt, &c. *Educatio, & disciplina viri simpliciter probi, hoc est optimi, & futuri principis optimæ republicæ, idest regis, vel optimatus, ferè eædem sunt: nam perfectiores, & accuratiores omnino esse debent, quæ futuro principi adhibentur, non ut diuersam, sed ut viuidiorem virtutẽ ille adipiscatur. Verè enim eadem est vtriusque virtus, viri optimi, & optimi principis: quum virtus vtriusque sit prudentia cum omnibus moralibus uirtutibus uniuersa, & perfecta. Nec dissentit Plato à Philosopho nostro: quanquam in extru libri* q.r.s.

libri

libri tertij, & in toto quarto de Republica institutionem vnam custodum, qui sunt ciues optimæ ciuitatis, facere videtur; alteram principum in sexto, & septimo. nam si acutè ea, quæ à sapientissimo illo viro dicuntur, consyderaueris: inuenies magnam concordiam. Prior institutio est communis optimorum virorum, qui ad perfectam virtutem possunt peruenire, fieriq́ ex ea optimis rebuspublicis ordinandis, administrandisq́ maximè idonei; & aliorum, qui ad mediam tantùm, non ad perfectam perueniunt, propterea quòd eximijs naturæ dotibus, ad hanc comparandam necessarijs, destituantur, indigni ob hoc principatu. institutio autem posterior est propria illorum optimorum, quibus vtiliter principatus ciuitatum concreduntur: vnde tot in ea explorationes, & delectus.

Dux institutiones; vna custodum, altera principum optimæ ciuitatis, à Platone inductæ.

q r. Lib. 6. de Republica num. 328. lib. 7. num. 156. & lib. 1. nu. 91. 2. ad Nicom. cap. 9. vij. huius operis, cap. 13.

Institutio, & mores. *Naturam tacet, quæ, ex decimo lib. ad Nicomachum, et septimo huius operis, est prima trium causarum viros bonos efficientium: vel quoniam si mores, & disciplina sunt eadem; sequatur, naturam multo magis eandem esse debere, cui mores, & disciplina adiunguntur: vel quoniam naturam licet prorsus diuersam mutare consuetudo, & disciplina nequeant; corrigere tamen virum differentem possunt, vt multis in locis Plato ostendit. Quanti autem facienda sint institutio, & mores, siue educatio, & disciplina puerorum, docuit nos Philosophus in nouissimo capite libri decimi ad Nicom. docebitq́ rursus in cap. nono quinti huius operis, & in primo octaui: accuratiùs etiam Plato, & firmiùs sub initium libri quarti de Republica, vbi declarauit esse hoc caput, & fundamentum legum, præceptorumq́ publicorum omnium. sed de his alias.*

Trium causarum viros bonos efficientium cur primam taceat.

Quanti facienda sit institutio, idest, educatio, & disciplina puerorum.

t t. Ciuilem, & regium. *Ciuilem, & regium virum pro eodem, idest pro principe, vel futuro principe optimæ reipublicæ Plato in principio Politici, in exitu libri de Philosophia; & alibi accepit. optimæ autem reipublicæ vocabulo duas notauit, vt potissimum ex fine quarti de Republica liquet, aristocratiam, & regnum. quas duas quidem appellatione, sed reipsa vnam tantùm formam, atque eam optimam esse ait: vt vero appellatione, differentiaq́ vnius, & plurium distinguuntur; in aristocratiam ciuilis viri nomen; in regnum regij magis conuenire. Platonem igitur sequuti, & quo voces huius membri* { ciuilem, & regium } *vocibus membri superioris* { optimatium, aut regio imperio } *aptè responderent, ciuilem virum aristocraticum sumus interpretati. Veruntamen alia alijs in locis vocabulum istud* { ciuile } *Philosopho nostro significat: & aliquando id, quod ad vitæ cõmunionem, congregationemq́ animalium omnem, etiam brutorum, refertur, ut in tex. 22. primi horum librorum: aliquando id, quod ad hominũ propriè congregationem, & cõmunionem, ut in 20. eiusdem: aliquando id, quod ad communionem eam hominum, quæ ciuitas nominatur, & domo, seu societati domesticæ opponitur, ut in 136. huius tertij: aliquando id, quod ad ciuitates, quæ sub plurium imperio sunt, uel optimatum, uel paucorum potentum, uel plebis peccantis, uel populi uirtutem colentis; aliquando id, quod ad ciuitates, in quibus ciues omnes uicissim imperare, & parère possunt, ut in 133. aliquando id, quod ad eam solùm ciuitatem, in qua instituta est forma reipublicæ sic propriè nuncupata, ut item in tex. 136. & pleniùs in 135.*

Ciuilis vir quis propriè Platoni, & in hoc loco auctori.

Vocabulum ciuile.

* [Series ad textos]

Continuatio.

CAPVT VIGESIMVMQVARTVM. TEXTVS CXL.

Argumentum Textus CXL.

Continuatio ad ea, quæ in hoc proprio de republica tractatu dicenda restant: ex repetitione primi instituti Philosophi, & disciplinæ ciuilis.

Tex. 140. [a] His autem definitis, [b] de republicâ est, quæ optima est, dicere iam conandum est, [c] quemadmodum apta sit naturâ exoriri, [d] & constitui quo modo. [e] necesse est videlicet, eum, [f] qui conuenientem de ipsa consyderationem fecisse voluerit.

[a] Διωρισμένων δὲ τούτων, [b] περὶ τῆς πολιτείας ἤδη πειρατέον λέγειν τῆς ἀρίστης, [c] τίνα πέφυκε γίγνεσθαι τρόπον, [d] καὶ καθίστασθαί πως. [e] ἀνάγκη δὴ [f] τὸν μέλλοντα περὶ αὐτῆς ποιήσασθαι τὴν προσήκουσαν σκέψιν.

Var. Lect. Ἀνάγκη δὴ. *Sic in Aldin. & in omnibus alijs libris, præterquam in Isingr. in quo scriptum est* δεῖ. e

EXPLANATIO.

De optima republica deinceps tractandum, & quæ tractanda, & quare.

[a] Post ea, quæ in hoc, & in duobus superioribus libris sunt tradita, a tanquam elementa disciplinæ ciuilis, [b] aggredienda sunt illa, quæ dicenda restant de principali eius proposito, & scopo, hoc est de optimâ republicâ [c] tum quo pacto per se diuino beneficio exoriri potest; quod ad materiam ipsius, locum, hominesque, & si quæ alia sunt eiusmodi, pertinet, vt sint quàm maximè idonea: [d] tum quemadmodum prudentiâ humanâ constitui; quod attinet ad formam gubernandi, ad ciues instituẽdos, ad locum ornandum, & augendum. [e] quippe nisi hoc in primis agatur, hucque tendat oratio omnis: [f] haudquaquâ sicut res, ciuilisque Philosophi consilium postulant, disputatum de republica fuerit. † Esse nanque istum disciplinæ, philosophiq́ue ciuilis scopum, ac propositum principale, vt, quæ nam sit, quoque modo existere, condique optima respublica, atque beata ciuitas queat, aperiatur; planum est ex fine decimi libri ad Nicomachum, textu vltimo primi horum librorum, tex. 1. secundi, cap. 1. 2. 13. quarti, cap. 1. 9. & 13. septimi, & alijs locis. † Optima autem respublica ex cap. 1. & 2. lib. sequentis, quatuor ad summum modis dicitur. Vno modo dicitur optima simpliciter: quæ, nec populo, nec aliâ re ullâ simul consyderatâ, aut adiunctâ, per seipsa omnium reipublicæ formarum optima est, semperque maximè expetenda, nisi externorum

Propositum principale disciplinæ, philosophiq́ue ciuilis est de optima republica agere.

Optima respublica quot modis, & vbi de vnoquoque eorum dicatur.

rum aliquid obstet. Altero modo dicitur optima respublica pro rebus subiectis; quæ proposito populo, loco, tempori, cæterisque eiusdem generis est omnium rerumpublicarum maximè accommodata. Tertio modo optima appellatur ex suppositione, hoc, est pro consilio, libidineúe alicuius hominis, formam aliquam reipublicæ, verbigratia popularem, aut paucorum potentum, tanquam optimam, licet nec per se optima esset, nec rebus subiectis, & suppetentibus maximè idonea, constituere, vel constitutam conseruare postulantis: vt, quæcunque illa fuerit, quàm commodissimè constituatur, & constituta diutissimè conseruetur. Quarto modo optima vocatur illa, quæ est omnium maximè communis, idest

† omnibus, vel plurimis ciuitatibus maximè apta, & conueniens. † De optimâ igitur republicâ primo modo, hoc est per se optimâ sine externâ vlla ratione, & respectu, expositum est in hoc tertio libro, vbi de regno, & de aristocratiâ fuit disputatum. de his enim formis consyderare idem est, atque consyderare de optimâ per se republicâ, vt scribit Philosophus in secundo capite libri subsequentis; quum vtraque illarum sit optima forma: quod liquet ex antea disputatis. addentur autem multa de deterioribus ad hunc modum, magis, & minùs, in libro sequenti. De optimâ ex secundo significatu dictum est quadantenus suprà in tex. 136. & 139. sed copiosè, abundanterq; dicetur in sequenti libro; quod Philosophus in cap. eius 13. & in cap. 1. sexti testificabitur: tum in eodem sexto cap. 4. & 7. nonnulla adiungentur. Dicetur de optimâ ex tertio significatu in quinto, & sexto libro, in quibus de constitutionibus, mutationibus, earumque remedijs, atque conseruationibus singularum formarum disputabitur. Et de optimâ quarto modo, deterioribusque magis, & minùs, exponetur in capite 11. libri sequentis. Sed de his in præsentia satis.

SCHOLIA.

a.d. Quemadmodum apta sit naturâ, &c. *Expositionem huius loci, de duplici causa efficiente, duplici essentià, & quasi duplici ortu ciuitatis, sumpsimus ex Philosopho nostro in cap. 4. & 13. septimi libri, & ex Platone sub initium quarti de Legibus, & multis alijs in locis.* — Expositio huius loci vnde sumpta.

d. Constitui quo modo. *Aduerbium πως, inclinato, idest remisso accentu in præcedentem dictionem, scribi; significareq́ certum quendam modum volunt Genesius, & Lambinus. Mihi magis placet cum Aretino, Victorio, Veteri interprete, & alijs, ut sit περισπώμενον, & significet* { qno modo }. — Aduerbium πῶς.

e.f. Necesse est scilicet, &c. *Si nolis hic mendum, aut lacunam esse, quod P. Victorius, nec sine ratione, opinatur; repete uerba membri superioris* { curandum de optimâ republicâ dicere, &c. } *ad hunc modum:* { necesse est scilicet, idest nimirum, vel quippe quia necesse est hoc conari eum, qui conuenientem, & quæ deceat, consyderationem de ipsâ fecisse voluerit. } *Hoc modo exponendo; nihil deerit; sed afferetur quędam quasi ratio continuationis.* — Syntaxis.

g De ipsâ. *De ipsà republicà, non de ipsà optimà republicà.* — Pronomen ipsa quò referendum.

FINIS.

INDEX

Notæ numerorum textus, textuumq́ue argumenta, explanationes, ſcholia ſignificant: literæ adiunctæ ſignificant illorum partes, quibus eædem literæ inter commentandum ſunt affixæ.

Schol. & Arg. deſignant ſcholia, & argumenta communia ante diſputationes, capita, & partes diſputationum, capitumq́ appoſita.



ABerratio omnis poſterior eſt eo, à quo aberratur. 58.

ABlegando prauarum rerumpublicarum domini opprimunt virtutis, & ciuilis potentiæ excellentias. 96.a.

ACcidens eſt minus ens, & poſterius, quàm ſubſtantia 5.b. Ex accidenti eadem res quî eſſe poßit, & ſemper, ſiue neceßaria. 42 q.

ΑΔικεῖν, καὶ ἁμαρτάνειν, ideſt iniuriam facere, & errare. Quid inter ſe differant. 79.d.e.

ΑΔικεῖσθαι pro lædere innoxios. 58.a.

ADiuuare, opus virtutis proprium. 67.e.

ADmeti næniæ. prou. 107.l.

ADminiſtratio.

Cauſæ probæ adminiſtrationis. 113.p. Cauſę rectã adminiſtrationẽ impedïẽtes. 115.b.c.d.e.f.

Adminiſtratio ciuitatis. q̃re in verbo Ciuitas.

de *ADulterijs lex nulla Spartæ.* 85.e.g.h.

AEgros curari. vide Mederi.

AEgyptiorum pręceptũ quoddã medicũ. 113.g.h.

AEqualitas, Aequalia, Inæqualia.

Aequales, vel non multum differentes virtute deſignati nomine Similium. 115.m.

Conſiſtere in ęqualitate quadam iuſtum omnes cõſentiunt. 87.b.ad n. Eſſe quiddã æquale per ſe iuſtũ diſtributiuũ, & in quibuſdã æqualibus rebus, perſoniſq́; poſitum oẽs conſentiũt. ibidẽ. Aequalitas & inęqualitas rerum diſtribuẽdarum duo è quatuor terminis, in quibus vertitur iuſtum diſtributiuum: duo alij ęqualitas, & inęqualitas perſonarum quibus ſunt diſtribuendæ 54 e. Prima ęqualitas, & inęqualitas, ideſt rerum diſtribuẽdarum, vna quaſi pars einſdem iuſti diſtributiui: altera, ſecunda æqualitas, & inæqualitas, ideſt perſonarum. 55.e.64. De prima æqualitate & inæqualitate conſentiunt fautores oligarchiæ & democratiæ, ideſt diuites & pauperes tam inter ſe, quàm cum viris probis: de ſecunda dißentiunt. 55.g.h.

Aequalitatis et inęqualitatis perſonarum fundamentum. vide Dignitas.

Aequales æqualia obtinere, conſentaneũ iuſtitiæ; æquales inæqualia vel inæquales æqualia, diſſentaneum. 119. d. Aequalibus perſonis ęqualia commoda, & incommoda; inæqualia inæqualibus iuſtè tribui: inæqualia ęqualibus; æqualia inæqualibus tribui iniuſtè, omnes conſentiunt. 87.m. Aequales honores tribui inæqualibus hominibus. repugnat iuſtitiæ diſtributiuæ; & eſt ciuitati perniciosum. 119.d.f. Aequalia inæqualibus tribui, aut tribuenda exiſtimari iniuſtum. 95 f. Aequalia commoda, honoreſq́; ciuitatis æqualibus tribuendas inęqualia inæqualibus. 134.a. Aequalia æqualibus tribui oportere eſt iuſtum democratiæ, ſiue populare 53.c. Inæqualia inæqualibus eſſe tribuenda eſt oligarchiæ iuſtum. 53. e. Aequales vna quadam duntaxat re è multis, quæ ad certum genus commodorum, incommodorumùe diſtribuendorum referuntur, æqualem partem illorum commodorum, vel incommodorum ferre; item inæquales inæqualem, eſt iniuſtum. 90.a. Limitatur hęc propoſitio ibidem.† Aequalem victũ, veſtitumq́ue inæqualibus hominibus tribui eſt pernicioſũ corporib. 119. d.

in *Aequales Imperium, vel Principatus. contrà.*

in *Aequales Lex. Contrà.*

AEquitas legum conditarum nomine non comprehenditur: ſed ad hominem imperantem, ſummumq́ue magiſtratum pertinet; & ab eius recta ratione ſemper manat. 85.c.d.

AEquiuoca: vide etiam Analoga.

Modi duo ęquiuocorum: vnus analogum genus: alter æquiuoca à fortuna. 5. a. In æquiuocis à fortuna nõ neceſſe eſt ſubiectorũ aliud alio prius, & poſterius eſſe: in alteris eſt neceſſe. ibidẽ.

AErumnę multę tolerantur ab hominibus viuendi cauſà, cur. 41.n. Sed ſi nimis ſuperent modum; viuere aliquando nolunt. m.n.

AEſchyli poetæ Eumenides. 130.

AEſopi apologus de leonis cũ oue, & duabus alijs feris ſocietate. 95.o.

AEſymnetæ. Aeſymnetia.

de Aeſymnetis non rectè Dionyſius Halicarnaſſeus. 107.a. Tres quaſi ſpecies, vel modi Aeſymnetiæ. 197. e.f.g. Solum poſtremum horum modorum agnoſcit Dionyſius. ibidem.

Aeſymnetæ apud priſcos Græcos. 107.a.

Mixta est Aesymnetia ex regno & tyrannide. 107 q.
Est dominica & tyrannica. 107.q.r. Est tyrannis ex electione, siue suffragiò delata. 107.b. 109 o. Schol ante 103. Numerata inter tyrannides in quarto horum librorum cur. 107.b Est tertius modus regni nothi. Schol. ante 103.
Aesymnesiae quædam quasi definitio. Schol. ante 103. Expositio & quędam quasi definitio ipsius. 107.a. Valde differt Aesymnetia à Dictatura Romanorum. 107.a.
Custodia Aesymnetarum. 107.a. 108.m.

AEtatis cuiusuis quorum publicorum munerum participes, & quorum non, nisi prouecta, in quibusdam ciuitatibus. 83.m.n.o.p.

AEthiopes. Imperiorum, magistratuumque distributio apud eos ex proceritate corpus. 88.e.

AFfectus animi.
Radix, subiectum, sedes affectuum anima patibilis. 113.m. 122.†. Radice, & subiecto affectuum lex omnino cares: homo carere non potest. 113.n.o. Affectibus lex cares: homo carere non potest. 122.a. & inde. Affectus exorientes in anima homo habet; non lex 72.e.
Affectus omnis generis in anima nostra, & in nobis naturà insiti. 113.o.
Superari aliquo affectu unum hominem facile: multos simul difficile. 114. m.n.p. Inducitur facilè in affectus, & perturbationes ferinas belluina multitudo. 114 r. Non concitari affectibus numeratur inter causas probæ administrationis, probique imperij. 113. m. Peruertunt affectus vehementes rectum mentis iudicium etiam in hominibus honestis, & qui nihil agerent sponte præter legem, & ęquitatem. 114.o. In affectu constituti rectè iudicare, discernereque verũ à falso difficilè possunt. 123.o. Agunt multa ex affectibus, & peccant, qui sunt in ciuilibus magistratibus constituti: artifices minimè. 123.d ad h.

AFfines adimendo, prauarum rerumpublicarum domini excellentias virtutis, & ciuilis potentiæ opprimunt. 96.a. & inde.

AGamemnonis in castris, & in bello auctoritas. 104.p.q. Verba apud Homerum. 104.r.s. Optatum de consiliarijs. 127.f.

AGere, & Actio.
Actio, & actionis finis vocabulo operis significata. 17.l.
Duabus quasi partibus cõtinetur actio, & opus omne: quæ sunt effectio, seu functio muneris, & vsus. 25.c.d.
Actiones nostrę omnes propriè in singulis vertuntur. 113. e. Acturus rectè quisquis est aliquid; is rationes vniuersales, & decreta legum teneat, oportet. 113.l. In agendo peccatur, corrupto iudicio rationis. 114.q.
Principium agendi est radicitus eadem mens, quæ est etiam cognoscendi. 75.†. Meliùs agunt semper, aut certè non deteriùs multi simul congregati, q̃ optimus vnus ex illis. 114.f. Meliùs agitur à multis multis pedibus, & manibus, quàm ab vno binis. 129.d.e.
Ad arbitrium alterius agit solus amicus sponte: non qui amicus non est, nisi coactus: & cur. 130.c.e.
Actio ex Mente practica, & actio, motioque membrorum corporis inter se collata. 129.a f.

AGer, & regio. ἡ χώρα.
Nomen regionis vel pro loco, in quo nondum constituta, sed constituenda per rempublicam ciuitas; vel pro prouincia, & regione è multis ciuitatibus constante vsurpatum in 102.e.
Cõmune quiddã ciuitatis est ager & regio. 91.
Possident diuites plus regionis, & agrorum. 91.
Carent agris ciuitates nõnullæ: et quę 25.i.k.l.
Subsidia oĩa vitæ humanæ ex agris. 91.c. Quàm vtilis ager ciuitati, & hominibus, belluisq; in vniuersum 91 c. Vtilitas agrorum cum vtilitatibus artium, & mercaturæ comparata. ibidem. Propter regionem, agrosque comparatos, & tributos populis creabantur reges heroicis temporibus. 108.e.

AGricolis carent ciuitates nonnullæ: & quæ istę 25.i.k.l.
Sunt agricolæ forma quædam seruorum. 25.g.
Quibus in ciuitatibus sint propriè & vocentur ciues; in quibus impropriè. 25.g. & inde.
Participes publicarum administrationum in paucis ciuitatibus agricolas videas. 25.i.k.l.
Participes omnium magistratuum tam definitorum, quàm indefinitorum quibus in ciuitatibus sint agricolæ, & in quibus expertes. 6.b.
Imperatur agricolis propriè & per se dominico imperio. 25.b.g. & inde.

AGrigentini. 76.c.

AIax Locrus. 118.u.

Αἱρετὸν & κατὰ μέρος pro eodem. 111.i.

ALcæus poeta, & exul Mitylenæus. 107.i.k.m.

ALbam longam in Albano monte Ascanius condidit, translatis eò Lauinij habitatoribus. 14.c. & inde.

Albani pro Lauiniensibus dicti. 14.c. & inde.

ALexander Aphrodisiensis quo argumento confirmauerit librum de Interpretatione esse Aristotelis. 107.b.

ALimenta cuiusuis modi nobis ex agris. 91.c.
Alimentum non purum admixtum puro reddit totum vtilius, quàm solum per se purum esset, quomodo. 80.g.

Ἀγαθ-

INDEX.

AMaprávτω ἐξάτωσυ. Contrà.
AMazones. 74.b.
AMicitia, & Amici.
Est amicitia propositum, & electio viuendi simul. 62.p.
Pars potentiæ ciuilis est amicorum multitudo. 96.c.
Par, & similis amico suo est amicus. 130.r.
Opus proprium, & præstantissimum amicitiæ est viuere simul. 62.o.
Agit, & viuit ad arbitrium alterius sponte amicus solus, & cur. 130.c.e.
Quos amicos putant monarchi, eos imperij participes faciunt, cur 129.f. & inde. 130.†.
Causa ciuitatum efficiens; & conseruans est amicitia. 62.†
† Munera, & opera amicitiæ vel perfectæ, vel inchoatæ quàm multa, & q̃ præstantia. 62.o.
Adimendo amicos, prauarum rerumpublicarum domini excellentias virtutis, & ciuilis potentiæ opprimunt. 96.a. & inde.
AMor proprius: vide Philautia.
ANasharsidis dictum. 82.b.
ANalogum.
Analogum genus vnus è duobus modis æquiuocorum. 5.a.
Proprium analogi generis est, vt prædicetur de alijs subiectorum suorum priùs & magis; de alijs posteriùs, & minùs. 5.k. Analogarum specierum alia aliâ prior, & magis talis: vniuocarum minimè. 5.b. Quid sit genus, seu vox analoga. 5.a. Notio, & definitio communis generis, seu vocis analogæ cuiuslibet aut nulla est, aut valde exigua. 5.c. Præstantia huius præcepti. 5.a. Subsitne ratio vlla communis analogo generi, quæ sine vllo suorum subiectorum illud concipi possit, est maxima cõtrouersia. 5.c
ANgeli.
Nomine Deorum designati angeli. 95.b.
Medium quoddam inter angelos & homines genus ipsi Heroes. 95.b. In genere quodam angelis proximo supra humanum ponit nos eximia tantummodò virtus. 95.i.
ANimæ nomen pro anima humana. 20.c.
ANima humana.
Constat ex ratione & appetitu. 20.c.
Animæ humanæ congenita naturâ anima patibilis. 113.o. 122.†. In anima nostra insiti naturâ affectus omnis generis. 113.o.
Corruptionis animi nostri quot, & quæ genera, & species: quæque illarum specierum commune nomẽ corruptionis sibi vendicauerit. 114.o.
A corruptione animi nostri omnia in agendo peccata. ibidem.
ANima patibilis.
Congenita animæ nostræ, vt nullus homo carere eâ possit. 113.o. 122.†. Caret eâ lex. 122.f.
Est potentia & pars animæ appetens. 113.o.
Est radix, sedes, subiectum affectuum, & appetitionum omnium. 113 m. 122.†.
ANimal. Vocabulũ animalis pro homine. 20.b.
Constat animal ex anima & corpore. 20.b.
Compositiones an malis multæ. ibidem.
Animalia bruta. vide Belluæ.
ANtimenides exul Mitylenæus. 107.i.
ANtisthenis apologus de leonibus, & leporibus. 95.o.
APelles. 75.l.m.
APolidum modi duo. 95.e.
APpetitus. Pars animæ nostræ. 20.e.
APpetitio. Caret appetitionibus lex: homo carere non potest. 122.a. & inde.
Sedes appetitionum quid. 122.†.
APpetens animę pars est, quæ anima patibilis dicitur. 113.o.
APpiani locus citatus. 15.a.
AQuę maior pars corrumpitur difficiliùs. 114.b.
Aquæ & ignis interdictio. quare interdictio.
ad ARbitrium alterius Agẽs. & Viuens. Contrà.
Ἀρχὴ. Vocabulum τῆς ἀρχῆς. 39.b.
Ἀρχαὶ μεγίσται pro summo imperio ciuitatis, & alijs insignibus magistratibus. 79.a.
ARchia, magistratus quidam Carthagine. 5.n.
ARchontes, magistratus quidã Athenis. 128 b
ARiopagitarum senatus Athenis. 128.b.
ARgis ostracismo vtebantur. 96 a.
ARgonautæ Herculem reliquerunt cur, & vbi. 96.e. Exemplum oligarchię Argonautæ. 96.e.
ARistocratia, Optimatum status, Optimas, Aristocraticus vir, Aristocraticum imperium, &c.
Producitur in apertum vera, & perfecta aristocratia. 95. ad 102. Consyderationis.
Etymologia vocabuli Aristocratiæ. 46.c.d. Vocabulorum.
Significatæ reipublicæ nomine simul aristocratia, & quę propriè vocatur respublica. 116.k.
Regij imperij nomine simul aristocratia, & respublica verè regia. 133.b.
Ciuilis, hoc est aristocratici viri nomen significat virum ad aristocratiam administrandam, & constituendam maximè idoneum. 139.q. & inde.
Aristocratia quædam vera, & simplex: quædam notha, & diminuta. 71.c. † Quam veram, simplicemq; aristocratiam vocet Philosophus; quas nothas, mixtas, diminutas: & quare propriè inter se † distinguantur. 101.l. Partitionis siue Comprehẽsionũ
Ortus aristocratiarum ex regnis. 116.i k. Ratiocinia.
Declinarunt ab aristocratijs antiquitus ciuitates, & in dies declinant ad tres prauarum rerumpu-

rumpublicarum formas. & quo ordine. 116.l. & inde. Interitus in oligarchias. 116.n.†.

Causarum fundamentorum subsidiorum. Causae, ob quas aristocratiae in oligarchias convertuntur. 116.l. & inde.

Fundamentum perfectae aristocratiae est virtus omnibus numeris absoluta: fundamentum aristocratiarum mixtarum, ac diminutarum est virtus media. & cōis. 46. g. Inducentes aristocratiā ex virtutis prestantia impugnātur. 93.f. Constitui in civitate corrupta non potest aristocratia 72. Quū in populo institui aristocratiā, qualiscunq; esse poterit, magis expediat quàm populi dominatum. 84 u. Populi, seu multitudinis genus aristocratiae accommodatum quodnam. 136.

Optimates perfecti cum summa auctoritate faciendi, ubi plures uno extiterint virtute supra modum excellentes, 102.

Constat aristocratia ex viris valde excellentibus virtute. 116.f. Ordinari, & † administrari ab optimis perfecta virtute viris, proprium aristocratiae verae, & veri regni. 139. c. Civitas, quae aristocratico imperio administretur, constitui à quo possit. 139.o.

Eiusdem, differentiarum cōsistentium, proprietatum. Aristocratia vera, & verum regnum penè una, eademq. forma reipublicae Schol. ante 95. Sunt de sententia Platonis una tantum forma reipublicae: & quō nihilominus inter se distinguantur. 139.f.t. Cuiusmodi differentia distinguantur inter se, & cuiusmodi proprie vocata republica Schol. ante 95. Similes verus optimus, et verus rex † virtutis excellētiā. 139. Notae verae, quibus aristocratia definitur, & à regno, republicaque propriè appellata distinguitur. 50.e.

Conditiones virorū in veros, & perfectos optimates eligendorum quae. 101.l.

Vir aristocraticus, & vir regius soli sunt optimi optimae civitatis, atq; reipubl. cives. 139.†.

Definitionum, &c. Definitio aristocratiae. 46.b c.d. Definitio aristocratiae verae, & simplicis 71.a. nothae, & diminutae 71.c. Aristocratia est principatus plurium uno bonorum, seu optimorum tum virorum, tum civium. 115.b.

Qualitatis. Optimatum principatus probus, at non perfectus quis, 74.b.c. Perfectus requirit perfectam virtutem, & optimum simpliciter boīem. ibidē. Una è duabus optimis rebuspublicis est aristocratia. 139.b. et de sententia Platonis. 139.f. Iustus, & utilissimus status optimatum. Non videri. 71. Esse iustum, & utile naturà. 133.b. Ius, sive iustum aristocratici principatus quodnam 137.l. Utilissima omnium principatuum aristocratia quomodo. 137.†.

Virtus aristocratici, regii, & optimi ex perfecta virtute viri, kadē 139.k. Virtus viri optimatis est prudentia cum oībus moralibus virtutib. universa, et pfecta. 37.i.k.l. 139.q. et inde.

Institutio, idest educatio, & disciplina futuri veri optimatis: quaere Institutio.

Consectarum. Potestas libera danda veris optimatibus & in leges, & in reliqua omnia civitatis: quoque consilio danda. 85.e.f.

Particeps reipublicae non est populus, aut quinis è turba in aristocratia, nisi aliter fortè alicubi evenerit. 5 m. Magistratuum participes in aristocratiis quid faciat 35.d.e.

Militaris principatus perpetuus esse potest in aristocratia. 118.f.

Cives in aristocratiis veri quī, q noīe tātùm. 35

Custodia circa administrantes civitatem in aristocratia. vide Custodia.

Imperium aristocraticum: quaere Imperium.

Agendi. Munera verorum optimatum. 101.l.

Relationis. Accommodatū aristocratico principatui quid. 133. 135. 136.

Comparatur aristocratia, idest optimatum principatus cum Regio, cum Republica propriè sic appellata, cum Democratia, cum Oligarchia, cum Legum principatu: quaere opposita. Regius principatus, &c.

ARistoteles.

Amator doctrinae elementaris. 96. a. & inde. Doctrinae elemētaris & brevitatis. 137.†. Mos eius invertendi ordinem in oratione, ut quod postremò dictū fuerat, primò resumatur. 81.b. Conciliatur Platoni de imperiorū finibus 42.a Librum de Interpretatione esse propriū ipsius quō confirmaverit Alexander Aphrodisiensis. 107.b. Hos libros Politicos ipsius esse, quo argumento confirmare qui possis. 107 b. Libri ipsius de Auditu naturali cur primi sermones, suppositiones primae, sermones, qui in principio ab eo appellati. 41.m. Liber primus Politicorū Primi sermones quo sensu dictus 41.a. cur sermones, in quibus de domestica cura, & dominatu est disputatum. 41.b.

Loci varii ex Aristotelis libris citati, & illustrati. E' primò horum librorum 35.e. 41 a.d. f. 42.a. 45.†. 57.a 62 g.f. 87.e. 95.e.i k 105.f. g. 139.f.t. 140.†. E' secundo. 79. K. 80.a.b. 140.†. E' quarto 69.b. 72.e 74.a. Schol. ante 95. & 140.†. E' quinto 54. 66. a. 69. b. 70.†. 74.a. E' sexto 36.a.c.d.e.f.g. 52. 54.d. 66.a. 69.b. E' septimo. 26.d. 27.b. 29. 42. a. 63.f. 89. 91.g.i. 95.a. & inde. 139.l. 140.†. Ex octavo 133.q.r.

E' primo libro ad Nicomachum. 62.t.u.x. 66. d. 81. b.K. 87. a. e. 94. b. E' secundo 139.l. E' quinto 43.c. 54.†.i. 55.f. 90.a. 91.l. E' sexto 91 m.

to.91.m. E' nono. 62.o.p. E' decimo 62.t.u.x. 63.f.139.l.q.r.140†.
E' secundo libro Posteriorum. 46.†.
E' libris Topicis. 75.a.
E' libro secundo Rhetorico. 50.e.69.b.
E' Physico secundo. 88.i.
E' primo libro de Celo. 41.a. E' secundo. 5.g.
E' libro secundo de Ortu, & interitu. 41.a.
E' libro primo de Partibus animalium. 81.b.k.
E' libro primo de Anima. 5.c.
E' primo Posinaturalium libro. 81.e.i. E' quarto.61.c. E' decimo.88.i. E' duodecimo. 137.†.
ARistophanis interpres citatus. 130.107 l.
ARma tenentes cuius reipublicæ maximè participes sint. 46.m.
ARs, Facultas, Scientia.
Finis artis, facultatis scientiæ oīs est bonū quoddā, quod ex ea genus humanum primo, & per se assequitur.87.a.b. Comprehenduntur in hac propositione scientiæ spectatiuæ.87.a. Finis præstantissimę est maximè, & maximū bonum. ibidem. c d. Præstantissima omnium artium, & facultatum est facultas † ciuilis. 87.e.
Imperio artium quæri simpliciter, & per se vtilitatem earum, quibus imperatur: imperantium vel nullo modo, vel solùm ex accidenti. 42.n.& inde.
Imperare in artibus id, quod scripto continetur, stultum. 113 futile. 123.
Opera artium meliùs confi ciuntur, si ex artium præscripto, an si pro artificum sententia fiant. 123. b.c. In aliquo suo opere non finit esse vllus artifex partem vllam reliquas nimis exuperantem. 97.e.
Iudicant rectè de operibus singularum artium, & facultatum, qui earum vel scientiam, vel peritiam habent. 81.e. Indicat meliùs vulgus de operibus quarundam artium, quàm proprij earum artifices, & quę sint illæ. 75.l.m.
Eligere qd rectū est in singulis artibus, & facultatib. est eorū, q illarū sūt aut scītes. aut periti. 81.
Quàm vtiles artes ciuitatibus. 91.c. Comparatur vtilitas artium cum agrorum, & mercatura vtilitatibus. 91.c.
Propter artes traditas creabantur reges heroicis tēpibus ipsi, qui tradidissent, cū posteris suis. 108.e.
Vsus artiū ciuili administrationi similis. 123.b c.
IMitatrices artes, in primis pictura, poetica, musica, sunt de numero earum, quæ pulchra, turpiaque opera facere dicuntur. 75.l.m. Iudicium de earum operibus. ibidem.
ARtes, quæ pulchra, turpiaque opera facere dicuntur: & iudicium de earum operibus. 75.l.m.
ARtes sordidæ notat ignominia, et ciuib. interdictæ. 32.a. Interdictę Lacedęmonijs à Lycurgo. 35.e.
ARtifices. Nomen artificis sunt sumptum. 32.a.
Tria quasi genera artificum in multis artibus: vt in medicina medicus opifex; medicus architecto similis; medicus peritus. 81.k.
Quibus in ciuitatibus artifices propriè sint, & vocentur ciues in quibus impropriè. 25.g. & inde. Quibus in rebuspublicis sint verè ciues sordidi artifices; & in quibus nomine tantùm. 35. Pro ciuibus vtrum, & in quibus rebuspublicis, & quatenus habendi sint, & nominandi sordidi artifices. 30. ad 38.
Sunt serui quidam: & quā propriè appellatis seruis similes sint, aut dissimiles. 32.b.i.K. Sunt sordidi artifices è seruis ebernetibus. 25.l.
Multi eorum vbique vel serui, vel peregrini eur. 32.b. Priscis temporibus apud quosdam erant serui. aut peregrini. 32. u. Non sunt inquilini, aut peregrini necessariò. 30.k.l.
Prudētia nō cadit in artifices sordidos. 30 f.32 e. Virtutes morales non cadunt in artifices sordidos. 30 f.32.e.35.e. Fieri non potest vt sordidi artifices in ijs, quæ virtutis sunt, studium ponant. 35.e Ingenio illiberali, nec apto virtutib. pditi sūt. ibidē Nō † egēt virtutib. moralib artifices sordidi. 35 i
Ad summas opes possunt peruenire sordidi artifices. 35.b
Duorum certorum artificum arte inter se parium, imparium alio quopiam bono etiam maiori, quàm sit illa ars, eine, qui præstat, dandum plus instrumētorum. ut vtrique paris. 88.k. & inde. Duorum certorum artificum, quorum alter alteri præstet arte. præstet autem hic illi multo plus proportione alio quopiam bono etiam maiori, quàm sit illa ars, vtri plus dandum instrumentorum. 88.p. & inde.
Participesne magistratuum artifices, & quatenus. 30. ad 38. Quibus in ciuitatibus participes sint omnium magistratuum tam desinitorū, quàm indesinitorum: & in quibus expertes. 6 b. Participes admiaistrationum publicarum in multis ciuitatibus artifices. 25.i.k l. Magistratuum & reipublicæ participes non erant artifices, antequam democratia deterrima extitisset. 25.m n.
Imperatur artificibus cuiusuis generis dominico imperio. 25.b. & inde.
Quales habitatores ciuitatis artifices sint. 30.i.
Otio carent artifices. 35.e.
Opera artificū necessaria oīa, & illiberalia. 52.i k.
Artifex, qui semper ad præceptorum præscriptum operari, & imperare vellet. stultus existimaretur. 113.f. Nihil agunt ex affectu præter rationem. 123.d. In suis fungendis muneribus mercedem spectant. 123.c. Funguntur populo sordidi artifices operibus necessarijs. 32.k. Nullus bonus artifex sinit esse in vllo suo opere partem vllam vel magnitudine, vel pulchritudine reliquas adeo superantem, vt cæterarum omnium inter se pereat, cur. 97.c. & inde.

Meliùs,

Meliùs, quàm ipsi artifices, iudicat populus vniuersus, & plebs, & qualibet multitudo de quarundam artium operibus, & de quarum. 75.l.m.
Nulla ciuitas non habet artifices. 75.i.k.l. Vsus eorum in ciuitate. 30.i.
Rationem reddere artifices. vide Ratione reddere
Eliguntur artifices nonnulli rectè ab idiotis quibusdam; non tamen magis, quàm à scientibus, 81.r
Similes sunt artifices magistratibus. 113.b.c
AScanius Albam longam condidit. 14.c.
ASsuetudo. quære Consuetudo.
ASiani homines magis seruiles naturâ Europęis. 105
Perferunt dominicum imperium minimè molestè duabus de causis. 105.f.l.
AThenæ, Athenienses.
Athenienses multis ciuitatibus, & gentibus imperabant. 96.g.
Tyranni Athenarum, Pisistratidę, eiecti Clisthenis astu à Spartanis simul & Atheniensibus. 8.c.
Triginta tyranni impositi à Spartanis, & à Thrasybulo eiecti. ibidem.
Forma reipublicę Atheniensium quę. 9.a.74.b c.
Tribus factæ à Clisthene. 8.e.. Probationis secundę relationisque in tabulas lexiarchicas quis ętatis annus. 82.m. In concionem veniendi, consultandique, & indicandi in ea qui, & quo ætatis suę tempore ius haberent. 82.l m. Iudicia omnia, & de omnibus rebus vel ab initio, vel ex prouocatione populi vniuersi arbitrio à Solone permissa. 80. b.
Deliberandi de omnibus rebus, aut certè de multis ex Solonis legibus populus potestatē habuit. 80.b.
Senatus duo; Areopagitarū, et Quingētorū. 128.b
Instituta περὶ τῶν δοκιμασιῶν τῶν πολιτῶν. 23.b. de ciuibus. 2. k. de inquilinis. 2.b. de connubijs. 61. c. Ostracismus quando institutus Athenis; quando antiquatus; vnde illi nomen; modus eius, & tempus. 96.a.
Quæ fecerint Atheniēses cōtra Samios, & Chios, & Lesbios. 96.r. & inde. Præclarū factum Atheniensium in reddendâ Lacedæmonijs pecuniâ, quā ab illis triginta tyranni mutuò acceperant. 15.a.
Atheniensium in Peloponnesios dictum. 12.c.
AVres.
Multis auribus à multis meliùs indicatur, quàm binis ab vnoquoque. 129.a. & inde.
Regum, & tyrannorum aures qui vocentur, & earum instar illis sint. 129.f. & inde.
AVus. Aut duo, aut tres, aut plures. 7.b.

BABylon. Babylonij.
Vrbs similis Peloponneso: si muro hac circundaretur. 12.d.
Magnitudo vrbis, & regionis Babiloniæ. 13.d.
Babilonios depresserunt reges Persarum cur, & quomodo. 96.r.
BArbari.
Barbari, & Gentes pro eodem. 105.f.g.
Ingenium barbarorum quale 105. Magis seruiles naturâ, quàm Græci. 105.g. Serui naturâ cur dici debeāt, vbi expositū. 105.f. Perferūt dominicū imperiū minimè molestè duabus de causis. 105.i.
Regna barbarorum. 105.107.e.109.i.
Tyrannis barbarica. Contrà.
Βάναυσοι. 133.a.b.e.
BEllua. In belluis nulla est prudentiæ, nulla virtutis particula. 77.e. Nec Fœlicitatis, nec vitæ ex electione degendæ, nec electionis belluæ participes sunt. 57.f.g.
Belluam imperare eum homine iubet, vel communem, qui iubet hominem imperare. 122.b.
Ex belluis vllis, quamuis socialibus, & congregabilibus, non constat ciuitas. 57.e. cur. f.g.
Instar belluarum sunt ira, & cupiditas. 122.b.c.d.
Homines vulgi in quibusdam populis à belluis propè nihil differunt. 77.e. Tyrannus bestia nocentissima. 96.c.
Belluinus populus. Vulgus belluinum. Contrà.
BEllum, Bellica res, &c.
Dux in bello, στρατηγός. quære Exercituum dux.
Bellicarum rerum principatus, στρατηγία, quære Militaris principatus.
Benemeriti bello de multitudine reges creabantur priscis temporibus. 108.e.
Virtus bellica non est vlla appellatarum propriè virtutum, ex quibus optimi nominantur. 46.t. Cadere in multitudinem potest. 46. i. Perfecta, & omnibus numeris absoluta cadit in paucos. 46.t.
Necessaria ciuitati quot, et quibus nominibus. 89. b. & inde.
Arte bellica instituuntur regum filij cur. 22.d.
Multitudinē bellicā innasci in multitudine. 136.l.
Pars ciuitatis bellatrix in republica propriè appellata summam potestatem habet plerunque. 46.l.m.
Societas bellica. vide Societas.
BOnus, seu probus vir, Optimus, præstantissimus, vel communi, vel perfecta virtute. Bonitas, Probitas.
Vocabula boni, & probi ἐκ παραλλήλου. 21. b.
Ex qua re nominetur vir bonus. 16.d.e.18.d. Appellationem boni viri vnde assequamur omnes, retinereque maximè studeamus. 65.e.f. Probi viri καθ' ὑπεροχὴν, seu præstantes virtute, & meliores alij alijs, & optimi iter quosdā vnde dicātur. 65.e.f
Præstans virtute vir pro præstanti supra modum virtute. 101.d.
Optimus vnde dicatur Deus. 95.b.
Probi in regimine ciuitatis qui appellentur à Philosopho. 93.g.
Nomen non proborum plebem significat. 78.c.d.
Heroes vocantur viri supra modum excellentes virtute. 95.f.

INDEX.

Partitionis — *Bonus vir alius proficiens: alius perfectus, idest optimus.* 29

Optimus vir alius ex communibus, seu medijs virtutibus; alius ex virtute vsquequaq; perfecta. 74.b.c.95.a. *Et quibus in locis Philosophus de vtroque sit loquutus.* 95 a.

*Optimus vir alius κατά τι, ex medijs virtutibus; alius simpliciter, ex virtute integra: & de vtro Philosophus in cap.*13. *de vno in* 19. *& sequentibus loquatur.* 113.b.114 c.

Probitas duorum modorum: vna media, quæ etiã communis, & humana: altera perfecta, quæ heroica: & quæ, qualisque vtraque earum. 65.e.f.

Existentiæ. — *Existere in terris uir excellẽtissima supra modum, & conditionem humanam præditus virtute, idest Heros an possit: &, si vnus possit, an possint plures.* 46.b.95.a.b.137 a.b.c.139 †.

Conferum &c. — *Antecellẽs virtute vniuersis vel vnus aliquis. vel genus totum, vel multitudo vbi existeret, quid sequeretur.* 139.d.

Virtus est, quæ bonum facit habentem. 18.b

Efficere bonos uiros leges p se solę sine institutione, assuefactioneque ad bonos mores non possunt. 60.c. *Efficiunt causæ tres; natura; consuetudo; disciplina.* 139 q.r. *Qui nascuntur è melioribus, meliores sunt.* 91.b.

Vtilitas meliorũ minimè spectanda in ferendis legibus, & dominatu ciuitatis tribuendo, sed totius ciuitatis. 94.

Non eget vir præstãtissimus virtute vllis legibus. 113.i.k.

Generis, & quasi generis. — *Præstantissimus virtute supra modũ, et conditionẽ humanã vir, idest Heros vtrum sit verè homo: & q̃uo differat; q̃uo nõ differat ab alijs hoĩbus.* 91.i.k. *Non sunt tales viri, vbi reperirentur, pro ciuibus, & in ciuiũ numero habendi, & retinendi.* 95.101.b.i. *Schol. ante* 95. *Non sunt pro ciuibus, & parte ciuitatis retinendi in ciuitatibus rectarum rerumpublicarum, & quare.* 97. *nec tamen † deprimendi, aut exterminandi, aut interimendi in illis, vt in ciuitatibus prauarum.* 97.f.

Lex sunt, & sibi lex eiusmodi viri. 95.m.

Id, quod summam potestatem in consilijs habet, & imperat, est consilium ipsum, uel Senatus, idest totus cœtus consultatorũ, nõ horum vllus: sed vnusquisq; ipsorum est imperantis particula. 84. d. g. i. p.

In consilijs, posita vis principatus, ciuitatumq; regendarum, conseruandarum, mutandarum, interimendarũ. 79.l.m. 82.b.n. & multo magis, quàm in definitis magistratibus. ibidẽ. magis etiam, quàm in iudicijs. 6.b.

Domina consiliorum publicorum est concio in quibusdam rebus publicis. 83.g.

Euentorũ.

Cõsultatio recta de reb. † singulis, et in dies euenientib. est vna causarũ probę administrationis. 113.p.

Quicunq; publicorum consiliorum particeps est, statim est verè, ac simpliciter ciuis. 6.b. Schol. an. 2. g. Participatione consiliorum publicorum definitus ciuis quare. 79.l.m.

CONsuetudo.

Vocabulum institutionis idest pędiæ pro assuetudine simul, & disciplina. 139.q.

Consuetudines moresq; peculiares gentis, cuiusuis, vel populi sunt, quę illius leges non scriptæ appellantur. 125.†. Comprehendantur'ne nomine legum conditarum. 85. c. d.

Vna trium causarum, quę viros bonos efficiunt, est cõsuetudo. 139. q.r. Mutare naturã prorsus diuersam non potest: corrigere tamen paulo differentem potest. ibidem.

Quæ facere, patiùe consueuimus; ea minimè molestè, ac tandem libenti animo facimus, & patimur. 105.†.

Consuetudo vitæ cõmunis, vel simul viuendi. quare viuere simul.

COntractus. *Fideliores sunt in contractibus magnam partem diuites pauperibus.* 91.d.

Iudices contractum Lacedęmone qui. 5.p.

COntrouersiæ. *De controuersijs ciuium cognoscendi, & iudicandi plenum arbitrium penes reges quarti modi.* 108.k.n.o.

COnuiuium, & Conuiua. *vide Epulatio.*

COnuocatorum conuentus. 5.m.

COquus *facit epulas: at eas cognoscere, & iudicare magis est conuiuę, quàm ipsius.* 82.o.

COrinthus *vrbs. 61.b. Corinthi Tyrannus Periander Cypseli filius.* 96.g.

COrpus. *Est corpus animalis pars 20.b. Perniciosũ est corporibus nostris, si inæqualibus tribuantur victus, & vestitus ęqualis.* 119.d.

COrruptio.

Nomen commune corruptionis sibi proprium fecit ea animi nostri corruptio, quam pecunia, eiusq; cupiditas

INDEX.

piditas gignunt. 114.o.
Corrumpitur difficiliùs, quod multum est 114. K. & in. 115.c.
A periculo corruptionis, qua corrumpitur. & peruertitur rõnis iudiciũ, tutior est multitudo bõium quàm vnus solus. 114. k. Incorruptiores sunt optimi plures, quàm vnus eiusdem notę. 115. b. c. d.
Corruptio Animi nostri. Contrà
COryphæus chori. 20.i.
CRemaste Larissa vrbs. 7.b.
Κρίνειν, κρίνω, δικάζω, quæ sunt iudicare, iudicium, index, multis modis vsurpantur. 3.a.d.
CRotoniata. 76.c.
CVpiditas. Peruertit etiam imperantes, & optimos viros. 122.d. Similis belluæ. 122.c. Ministra obsequentissima rationis in vero Rege. 122.†.
CVrtij locus situs. 12.d.
CVstodia pro præsidiarijs, & satellitibus. Potentia præsidiariorum, & satellitum.
Custodia Regum 105. n. & in. Tyrannorum ibidem, & 118.m. Aesymnetarum. 107. a. 118.m. Danda'ne Regi, & quanta. 118. vero Regi, & sui in omnibus arbitrij. a. & in. o. & in. notho Regi, & legibus astricto. e. ad o. Quantam darēt veteres Gręci Aesymnetis suis. 118. m. Quot custodes dandos Dionysio custodes petenti hortaretur quidam Syracusanos. 118. m.
Habenda'ne circa se, & quanta ab administrante ciuitatem potentia præsidiariorum, & satellitum, dubitatio facilis soluta in republica propriè sic nominata, in aristocratia, & in principatu quouis astricto legibus. 118.†.
A ciuibus suis custodiri. 105. n. o. t. Ab externis, & contra ciues custodiri. 105. p. u.
Sine potētia præsidiariorũ, & satellitũ circa principē administrari ciuitas nullo modo pōt. 118. d. o.
CVstodes Platonis sunt ciues optimæ ciuitatis philosophi nostri: & eorum institutio à Platone exposita. 139. q. & in.
CYpselus Corinthi tyrannus. 96. g.

DEcernere. Solent decernere homines, in vnum congregati cur. 114.d.
Meliùs decernunt semper, aut certè non deteriùs multi simul congregati, quàm vnus vel optimus ex illis. 114.f.
Peccatur in decernendo: si corruptum sit iudicium rationis. 114 q.
DEfinitio. Tradendarum definitionum regula vbi explicata. 46.†.
Definitiones communes generum, & propria specierum, neutra negligenda: quanquam propriæ specierum perfectiores, & vtiliores. 17. e. i. K. n.
Definitio propria propriæ virtutis, operis, & speciei vniuscuiusq; maximè exquirenda. 17.i.
Definitiones propriæ singularum specierum quot, & quæ contineant prçter earum specierum essentias. 17.i.
Officium, & finis definitoris 74. b. diuersa ab ijs, quæ disputatoris sunt. ibidem.
Sequitur definitionem vniuscuiusque rei, tanquam essentiam qualitas, consyderatio virtutis eiusdem rei. 16.†.
DEmocratia, idest populi status vel principatus, quę aliquando reipublicæ propriè appellatæ opponitur, & dicitur propriè democratia, aliquando cum hac etiam rempublicā propriè appellatam cōprehendit.
Nomen democratiæ. 15.k. Vocabulorum.
Nomina democratiæ, & oligarchiæ imposita à vulgo ex imperantium multitudine, & paucitate, neglectis veris differentijs. 51.e.k.
Popularis status, idest democratia significata aliquando ciuilis principatus nomine. 136.d.i.
Non erat priscis temporibus extremus. i. deterrimus status popularis. 25.n.
Extabant multę democratiæ philosophi nostri tēpore; neq; in aristocratias † mutabātur, cur. 116.x.y.
Democratia quędam est respublica violenta, quę viribus constat. 9.i.
Ortus democratiæ ex oligarchia. 9.c. ex tyrannidibus 9. c. 116. q. & in.
Fundamentum, & terminus, seu limes democratiæ libertas quomodo. 53.b. Causarum, & fundamentorū.
Ex potentia in multitudine hominum posita inducentes democratiam refelluntur. 93.b.
Diriguntur commodis proprijs pauperum, & plebis democratię, non cōmunibus totius ciuitatis. 9.i.
Constituitur democratia in populo belluino, ac male morato. 74.b.c.
Definitio democratię. 46.q.t. 48.c. Definitio ex vi nominis, & vulgi sententia, sed non vera. 50.c. Definitionum.
Esset'ne democratia, vbi plures diuites, an vbi pauciores pauperes summam reipublicæ tenerent, dubitatio proponitur. 46.t.t. solutio eius inutilis. 50. solutio vera 51.
Quæ sit deterrima democratia. 25.n.
Differentię binę democratię, & oligarchię, quibus definiri, distinguiq́, inter se videntur: alterę essentiales, diuitiæ, & paupertas: alterę accidentariæ, multitudo, & paucitas imperantium 51. Vera nota, ac differētię, quib. definiūtur democratia, oligarchiaq; & altera ab altera separatur, sunt diuitię, & paupertas: accidentia autem earum penè perpetua sunt multitudo, & paucitas imperantium. 46.s.t. 48. ad 53. 49.a. 50.e. & in. Differentiarum, & proprietatum.
Democratia est iniusta 66. 67. 68. Nec iustũ, nec vtile naturà est imperium democratię. 133.f.g.
Iustum democratię, seu populare est, ęqualia ęqualibus tribui oportere. 53 c Est æqualia habere numero, non dignitate 54. d. Est iustum inchoatum, &

mutilum; non integrum, & perfectum. 54 55.64.
positum in præstantia cuiusdam certi boni. 137. n.
Terminus iusti democratiei libertas. 53. ad 65.
Est perniciosa ciuitati democratia. 67.
Dominatus pauperum in ciuitate, idest democratia est violenta. 9. i. 68 e.
Iniustitia & violentia democratię minùs euidẽtes, & notę, quàm quę sunt tyrannidis. 68. e.
Oeconorum. Summam potestatem ciuitatis in democratijs populus habet. 39 f.
Homines abiectissimi in democratijs p opriè dictis muneruum maximorum participes fiunt, & plerũq; d mini ciuitatis magis, qu im egregij viri. 3. d. Vicissim omnes aliquando parent aliquando imperant in democratia. 136 d. i.
Reijciuntur à republica aliquando diuites, & nobiles in democratia peccante. 5. K.
Leges democratiæ. 73. e.
Magistratus in democratijs. quære Magistratus.
Militaris principatus in democratia. quære Militaris principatus.
Imperium democraticum, quære Imperium.
Ciues veri in democratijs. quęre Ciues.
Aduum. Democratia deterrima fuit in causa, vt artifices magistratuũ, & reipublicę participes fierent. 25 m n.
Perdit ciuitates suas democ atia dupliciter. 67 b.
Ciuitates, quę populari statu reguntur, maximè omnium amant. coæqu ſtantur q; æ qualitatem. 96. b. instituunt ostracismum, & propter quam causam. 96. a. Eminentes tam potentia, quam virtute viros exterminant; magisq; illos, quàm istos, & cur. 96 e. & in.
Consentiunt, dissentiunt democratię, & oligarchię fautores inter se, & cum viris probis. vide Diuites, & pauperes.
Iudicant bene, vel malè democratię fautores. vide Diuites, & pauperes.
Relatiuus. Melior'ne sit populi principatus, an principatus optimorum paucorum. quęritur 74. & in. Deciditur. 84 n.
Comparatus pauperum multorum in ciuitate principatus, cum optimorum paucorum cuiusuis generis & modi, & cum legum optimarum principatibus, non est dubium, quin sit illis deterior. 74 a.
Rationes pro democratia fusè capto hoc vocabulo, alias formas eiũ cõtra publicarum. quibus Otanes vsus est. 74. b. e. quibus alij vtuntur d e. f.
Comparata democratia propriè accepta cum regio principatu. quære Regnum.
Domestica imperia qua re differant à democratia. quęre Domestica imperia.
Demosthenis loci citati. 15. a 80. b.
Deportatio, eiũ species. 96 a. Deportati quomodo ciues. 2. p.
Derelinquendi verbum cum alijs similibus compara-
tum. 47. e. f.
Δεσποτὴς. 133. a. b. c.
Deus.
Nomine Deorum nuncupati angeli. 95. b.
Designatur Deus. vt ad mundi gubernationem refertur, quasi primis essentiæ suæ luminibus. † Virtute. & † Potentia, vtràque infinita, & incomparabili. 95. b.
Non euaderet præstantior Deus, reliquarum rerum præstantijs sibi adiunctis: quinimò, nisi Deus esset, redderetur ijs minus præstans. 114 f.
Virtus, & † Potentia diuina infinita, & incomparabiles. 95. b.
Omnipotẽs vnde dicatur Deus. 95. b. Diuinæ potentiæ similis potentia ciuilis inter homines quæ, & quomodo. ibidem.
Optimus vnde dicatur Deus 95. b. Virtuti diuinæ similis virtus inter homines quę et quomodo. ibidẽ.
Imperio diuino simile legum imperium. 122. a. simile vnius imperium, idest regium. 137. f.
Si postularent Dij cæteri, vt vices gerendi imperij diuiderentur, veniento in sortem Ioue. 101. i.
Tanquam Dei inter homines qui, & quomodo 95. b. 114. f. Tanquam Deum inter homines esse verũ regẽ sũpsit Philosophus de Platonis Politico. 101. i.
Diuina res pro sacris. vide Sacræ res.
Διαίρειν verbum. 76. a.
Δικαστὴς, idest Iudex. Vsus varius huius vocabuli. 3. a. d.
Δικαστήρια, idest Iudicum collegia, vel Fora iudicialia. 128. b.
Dictatura Romanorum valde differens ab Aesymnetia. 107. a.
Dignitas.
Addit dignitatem bonum quodais accedens, ei, cui accedit. 88 f.
Impares sunt dignitate, quorumcunque alter bono aliquo, qualequale id fuerit, p æditus est, alter caret, vel de eo minus habet, quam alter. 88 e. d.
Dignitas pro fundamento æqualitatis, & inæqualitatis personarum ad iustam commodorum, onerumque publicorum participationem, & distributionem, vel pro bonis, quorum ratione commoda, oneraue illa distribuuntur.
Vocabulum dignitatis in quinto lib. ad Nicom. vbi loquitur de iusto distributiuo qd Philosopho. 54. f.
Diuersum est differentibus id, quod est ex dignitate. 88. d.
Bonorum, pro quorum præstantia iure peti, tribuique principatus ciuitatis videatur, genera duo vnum, cuius causa simpliciter iure; alterum, cuius causa aliquo pacto, & aliquando ob certas causas iure petitur, ac tribuitur: & quænam bona vtroq; bonum generum comp ehendantur. Schol. ante 87. & ante 88. Non omnia bona esse huiusm. di

modi: sed duo tantùm eorum genera: vnum bonorum, sine quibus esse ciuitas non potest: alterum bonorum, sine quibus bene viui in ea non potest; & quanam bona vtrunque horum generum contineat. Schol. ante 88. & textibus sequentibus. Ex primo genere horũ bonorum aliquatenus iure; ex secundo simpliciter iure petitus, & tribuitur principatus ciuitatis. cuius secundi generis adhuc modi duo: ex vno omnino simpliciter iure: ex altero non omnino simpliciter, sed cum aliqua adiunctione iure petitus, & tribuitur. ibidem.

In boni cuiuspiam præstantia positum esse ius tribuendi principatus ciuitatis, consentiunt omnes, quicunque aliquam rempublicam instituunt, de genere eius boni postea dissentientes. 137.i. et inde.

Quid sit re vera huiusmodi dignitas sumpta pro æqualitatis, inæqualitatisque personarum fundamento: quid eam vulgus; quid pauci potentes, siue diuites statuant. 54.d. 55.i.m.

Quænam sint bona, pro quorũ præstantia iure peti; tribuique videatur summa ciuitatis potestas. 87. ad 102. Vtilitates huius quæstionis. 87. Quædã quasi definitiones eiusmodi bonorum: vna ex genere, & differentijs: altera ex partitione bonorum ciuitati necessariorum in duo genera: tertia per enumerationem singulorum eiusmodi bonorum. 89.

Quænam sint bona, pro quorum præstantia iure postulari, tribuique maximè, ac simpliciter possit, ac debeat principatus ciuitatis; & tam generaliter ciuitatis, quàm nominatim ciuitatis optimæ futuræ, singillatimque vniuscuiusque aliarum; deciditur. Esse eiusmodi bona peritiam, & virtutem administrandi rectè ciuitates republica instituendas: quæ pro varijs futuris rebuspublicis sint alius & alius modi peritia, & virtus. 94. 134.n. 137.†.

Aequalitatis, inæqualitatisq; personarum verum fundamentum est res illa, quæ est finis præstantiss. ciuitatum. 63. est virtus, & maximè ciuilis 56. ad 64. præsertim 63.

Virtus sola est dignitas seu fundamentum æqualitatis, inæqualitatisq; personarum, in quo iustum distributiuum fundatur. 54.i. 55.i.m. 56. ad 64.

Malè iudicant de æqualitatis, inæqualitatisque personarum fundamento fautores oligarchiæ, & democratiæ, idest diuites, & pauperes. quare. 55.i. dissentiẽtes inter se, & cũ viris probis quare. 55.b. Diuitiæ, nobilitas, libertas, non sunt verum æqualitatis, inæqualitatisq; personarum fundamẽtũ. 63. Sequitur dignitatem eiusmodi, seu fundamentum æqualitatis, & inæqualitatisq; personarum iustum distributiuum, quomodo. 88.d.e.

DIgressio, & aberratio omnis posterior eo, à quo digreditur. 5.g.

Quicquid est digressio, & labes, necesse est esse præter naturam. 133.g.b.

DIodori Siculi loci citati. 17.d. 96.a.

DIogenis Laertij loci citati. 96.g. 107.b. & inde.

DIonysii Halicarnassei loci citati. 107.a.b.c.f.g.

DIonysius senior Siciliæ tyrannus. 118.m.

DIsceptare hõies solent in unũ congregati cur. 114.d.

DIscere, & disciplina. quære Doctrina.

DIsputatoris officium, & finis quæ. 74 b. diuersa ab ijs, quæ definitoris sunt. ibidem.

DIsputationis perfectæ cuiusuis capita duo. primo. b.

DIscordia, & dissensio.

Dissidere, & seditionem facere, tam vnus secũ ipse, q̃ multi inter se qui possint; qui minimè. 115.e.f.g.

Discordia, & seditio dominãtiũ inter ipsos, vna causarũ rectã administrationẽ impedientium. 115.e.f.

DIssimile. vide Simile.

ad DIstributiones commodorum, onerumque publicorum vocari, cadit necessariò in cunctos ciues. 95.f.

Distributionũ istarũ nõ sũt participes, nec ad eas vocari debẽt viri supra modũ virtute præstãtes. 95.f.g.

DIuites, & pauperes, Diuitiæ, Opes, Opulenti, Locupletes.

Nomine diuitum patritij, & nobiles comprehenduntur; pauperum plebeij, & ignobiles. 50.e. 78. d. Paucorum nomen in nomen diuitum mutauit Philosophus, quare. 50.e. — Vocabulorum.

Opum ademptio. 96.a. — Existẽtiæ.

Diuites pars altera ciuitatis. alteru pauperes. 67.n.

Diuitiæ pars potentiæ ciuilis. 96.c. — Generis, & totius.

Diuites esse maiorem partem ciuitatis, minorem pauperes, rarum admodum. 49 b.d. 50.e. — Quantitatis.

si Plures diuites, pauciores pauperes forẽt in aliqua ciuitate, alterutris eorum summam reipublicæ tenentibus, vtra earum rerumpublicarum democratia, vtra oligarchia esset, dubitatio proponitur 46. f.t. 49. Solutio eius inanis. 50. Solutio vera. 51.

Diuitiores sunt plures paucioribus. 91.b. Multitudo paucis diuitior. 93.o.

Diuitijs pretium, & honorẽ addiderunt, qui primi è publicis rebus lucrum captarunt. 116.o. — Qualitatis

Honorem sibi vendicant diuites. 89.c.

Fideliores sunt diuites pauperibus, hoc est magis ipsi fidem seruant, maiorque ipsis adhibetur fides in contractibus, dictis, factisque omnibus. 91.d. cur. 91.†. ergo patriam, & ciues, in magistratibus, & ciuitatis principatu. 91.†.

Comitari virtus frequentiùs diuitias, quàm inopiam solet, cur. 91.†.

Plus regionis possident diuites. 91.b. Potentior est pauperum multitudo diuitibus. 68.c. — Cõnexorũ

Reijciuntur à republica aliquando diuites in democratia peccante. 5 k. In quibus ciuitatibus participes sint, in quibus non sint tum diuites, tum pauperes magistratuum tam definitorum, quàm indefinitorum. 6.b. Lex impertiens pro dignitate inopibus magistratus. 136.n.

INDEX.

Pauperes ignobiles nullum habent proprium bonum, ex cuius præstantia principatum ciuitatis sibi solis deberi possint existimare. 91 e.

Principatum, & honores, commodaque ciuitatis diuitibus deberi probantia argumenta. 91. a b.

Vbi diuites, & pauperes sunt participes reipublicę ex ęquo, idest viritim extemplo ibi soli pauperes dominantur. 52. Si pauperes sint honorum expertes, quæ mala eueniant. 79. b. i. K.

Diuitum in ciuitate dominatus. vide Oligarchia.

Pauperũ in ciuitate dominatus. vide Democratia.

Amicitia, & coniunctio pauperum ignobilium cũ nobilibus: inimicitia, & dissensio cũ diuitib. 91. e.

Vsuum, effectuum, actuum. Diuitiæ sunt bonum necessarium ciuitati ad primũ ipsius finẽ, vt ipsa sit, & in ea viuatur. 89. d. & in. sunt de eo genere bonorum, sine quibus esse ciuitas nequit. Schol. an. 88. Constare ex pauperibus omnibus ciuitas nequit. 89. e.

Diuites quàm vtiles ciuitati. 91. b. c.

Comitatur diuitias virtus frequentiùs, quàm inopiam, cur. 91. †.

Esse diuitias dignitatẽ, seu verum æqualitatis inæqualitatisq; personarum fundamentum, in quo iustum distributiuum fundatur, qui dicant. 54. i. Nõ esse eas huiusmodi dignitatem, vel fundamentum. 56 63. Sunt diuitiæ de ijs bonis, pro quibus, quorumq; pręstantia iure peti, tribuiq; videntur honores, & tandem summa potestas ciuitatis. 89. e. & in. Sunt de secundo genere eorum bonorum. Schol. ante 88. ex Diuitiarum præstantia tribuendum esse principatum, & honores ciuitatis opinantes refelluntur. 93. b. d. k & in.

Diuitię sunt terminus, seu limes, & fundamentum oligarchię, & quomodo. 53. b.

Diuitię, & libertas sunt causæ, & fundamenta contentionis inter † diuites, & pauperes de administranda republica. 51. l. m. 52.

Sunt diuitiæ, & paupertas veræ notæ, differẽtiæq; essentiales democratiæ, & oligarchię, quibus illæ verè definiuntur, atq; inter se distinguuntur. 46. s t. 48. ad 53. 49. a. 50. e. & in. 51.

Definita diuitijs oligarchia cur potiùs, quàm nobilitate. 50. e.

Diuitiæ vtrum, & qui finis ciuitatis Schol. an. 56. dirigantur ad duos veros eius fines. 57. a. b.

Variant diuitiæ, & paupertas mores hominum, & fundamenta reipublicę. 50. e.

Quatenus faciãt diuitiæ possessores suos superiores non possidentibus, quatenus minimè. 55. i. K. l.

Cupiditas diuitiarum altera duarum causarum, ob quas & respublicæ propriè appellatæ in oligarchias, & oligarchiæ in tyrannides conuertuntur. 116. l. & in.

Cupiditas diuitiarum animum nostrum corrũpens: quare Animi nostri corruptio.

Facta iniusta diuitum paucorum dominantium in ciuitate contra reliquum populum. 69. b. 70.

Facta iniusta pauperum dominantium in ciuitate contra diuites. 67. a. e. 68. c. a. 69. b. 70.

Perdunt ciuitates suas pauci diuites, in quibus dominantur. 69. †. Pauperes suas, dupliciter. 67. b.

Malè iudicant diuites, & pauperes de æqualitate, inæqualitateq; personarum, de iusto distributiuo, de principatu ciuitatis, reipublicæque administrãda, & quibus de causis. 55. a. b. & in. per totum.

Consentiunt inter se, & cum viris probis diuites, & pauperes de rerum distribuendarum æqualitate, & inęqualitate, de æqualitate autem, & inęqualitate personarum, earumq; fundamento dissentiunt. 55. g. h. & in. Dissentiunt de principatu ciuitatis, & republica administranda ibidem, & 53. a. Argumento an. 65.

Controuersia diuitum, & pauperum inter se, & contra veritatem de principatu ciuitatis, republicaq; administranda vbi proposita, vbi tractata. 53. a. In hac dissensione iungunt se pauperes ignobiles cum nobilibus contra diuites. 91. e.

Diuites, & pauperes in oligarchia, & democratia constituenda pro vero, & perfecto iusto mendax, & mutilatum inducunt, vtriq; suum. 54. 55.

Si bona diuitum pauperes in ciuitate dominantes distribuant, cuiusmodi factum. 66. 67. Peccandi.

Damna, periculaq; maiora imminent diuitibus, q̃ pauperibus, mutua fidei vinculo dirupto. 91 †.

DIuortia. Lex de diuortijs Romæ nulla an. annũ 520.

ΔΟ'κιμοι πολῖται, καὶ δοκιμασίας apud Athenienses. 23. b.

DOctrina, & Disciplina, Docere, Discere.

Nomen institutionis quando pro disciplina simul, & assuetudine quando pro sola disciplina. 139. q.

Discantur quę parendo. 26. d. e.

Disciplina mutare naturam prorsus diuersam non potest: corrigere paulò differentem põt. 139. q. r.

Disciplina vna trium causarum bonos viros efficientium. 139. q. r.

Amator doctrinę elementaris Aristoteles. 96. a. & in. 137. †.

Disciplina ad optimi viri virtutem efficiendam. vide Boni viri virtus.

Disciplina viri Optimi optimi Principis, Regis, Optimatis, Imperantis, & parentis. Contrà.

DOminus. Verbum μετόχων socium designat, non dominum. 79. m.

Salus, commoditasq; domini, & serui naturà alterius ex alterius pendet. 42. g. Conducibile idem domino naturà, & naturà seruo. 42. d.

Dominorum, & imperantium dominico imperio scientia propria, quam dominicam appellant, quæ, & eius definitio. 25. d. Discere opera, ministeriaq; seruilia an dñus debeat, & quatenus. 25. c. o. & in.

Do-

Dominus, & seruus quomodo primam, quomodo quartam domus partem conficiant. 20.e.
Domini, & serui discrimen. 25.s.
DOminicum imperium. quære Imperium. Dominicum, seu despoticum regnum. quære Regnum.
DOmus. Nomen domus 62.g. pro societate coniugali. 20.d.
Partes, seu societates domus quatuor: dominica; coniugalis; paterna; ἡ κτητική. 20.d.e. quomodo primam, quomodo quartam partem domus efficiant dominus, & seruus. 20.e.
Constat domus (idest societas coniugalis) ex viro, & vxore. 20.d.
Materia cõmunis domorum, & societatum aliarũ sunt homines, hominumq; multitudo. 6.e.
Cognoscere domum, & iudicare de ea quorum sit. 82.K.l.
Vtitur domo oeconomus. 82.m. Vti domo sua † tanquàm ciuitate. 61.p.
Domus curatio, & administratio. vide Domestica ratio.
Domus, & genus, quod latiuis est gens, & familia, quomodo inter se habeant. 62.g.
DOmestica res, seu familiaris. Constat res domestica (ὁ κτῆσις) è domino, & seruo. 20.e.
DOmestica ratio, administratio, curatio.
Est regnũ quoddã domus rõ domestica, ἡ οἰκονομική. 110.e.
in Administratione rei familiaris officium viri est parare, officium mulieris tueri comparata. 28.g. Hæc officia probè obeuntur moralibus virtutibus. 28.g.
Domesticę administrationi, vel curationi similis quarum rerũpublicarũ administratio 110.f. 139.b.
Ad similitudinem rationis domesticæ ordinatas esse res communes veri regni. 110.d.
DOmesticum imperium. quære Imperium.
DOria harmonia. quære Harmonia.
DVcatus Genuę, & Venetiarum. Contrà.
DVbitatio ἐπιπολαιοτάτη, 1 1.a. πραστήρα b ευμαρὴς k

E*κκλησιαστὴς, qui in concione deliberat, res duas significat.* 3.d.
EDucatio viri Optimi. optimi Principis, Regis, Optimatis. contrà. Educatio pars institutionis. quære institutio.
EFfectio. vide Facere.
EFfectus. vide Causa.
Εἴδησις, εἴδησιν, εἰδὼς vel pressè, vel fusè accepta, quæ significent. 81.u.
ELectio. Delectus, Eligere.
De electione vbi dictum. 57.g.
Nomina delectus, iudicij, deliberationis, vnumquodque si late accipiatur, alia duo cõprehẽdit. 3.n.d.
Electio est propria hominum perfectorum. 57.g.
Nec in belluas, nec in seruos cadit. ibidem.
Eligere rectè est eorum, qui rem eligendam cognoscunt vel ex scientia vel ex peritia, quare. 81.m. & inde. b. & in. 82. †. Instantia aduersus hoc de inscijs, & imperitis quibusdam, ad eligendum assumptis rectèq; aliquando eligentibus. 81.q r.s.
Electio comprehenditur in iudicio, & est iudicium quoddam. 82.b.
Essentia, & definitio electionis. 57.g.
Expertia electionis quæ sunt; sunt itidem expertia virtutis, & fœlicitatis. 57.g.
ex Electione est tertia regni species 107.b. est alicubi prima. 104.x.
Creari principem electione, regium. 107.s.
Regnum ex electione. vide Regnum.
Tyrannis ex electione. vide Tyrannis.
Vitam ex electione degere. vide Vita.
Coniunctissima virtuti res est electio. 57.g.
ENs. Est ens genus analogum. s.b. Magis, & prius ens est substantia, quàm accidens ibidem. Ens, vnũ bonum sunt idem fundamento: ratione differunt. Schol. an. 2.
EPhori Lacedæmone erant iudices contractuũ. s.p.
EPidamni situs, magistratus forma reipublicæ. 118.u.
EPulæ, Epulatio, Cœna, Conuiuia, Conuiuę.
Cœnæ collatitię, & earum modi. 75.c. Conuiuium ex contributione multorum instructum lautius est simplici, quod vnius sumptu apparatur. 114.b.
Facit coquus epulas: vtitur eis † Conuiua. 82.o.
Cognoscere, & iudicare epulas est magis † Conuiuę quàm coqui. 82.o.
EQuitum magister. 26.e.
EQuestri arte instituuntur regum filij cur. 22.d.
ERror, Errare. Errores propriè ab imprudentia: aliquando tamen, & ab iniustitia 79.b. & in Errare, et iniurias inferre quid inter se differant. 79.d.e.
ESurire se, quod non regnaret, Iason dicebat. 22.m.
ETiam. 84.b.
EVmenides Aeschili poetæ fabula. 13.e.
Εὐνομία, idest legum constitutio recta. 58.o.
EVripidis sententia quædam. 22.f.
EVropæorum hominum ingenium. 105.b.
EXcellentia, de qua constat, vocata potentia ciuilis est. 98.c.
EXcelsos viros exterminat, vel interficit tyrannus. 68.a.
EXemplum non debet esse vsquequaq; geminum, & par. 128 b.
EXercituum duces, στρατηγοί, Duces in bello, vel belli. στρατηγία, Militaris principatus.
Quæstiones quędam de duce exercituum propositę. 111.b.i.K. Consyderatio de militari principatu perpetuo ad legum rationem pertinet. 112.a.
Militaris quidã principatus perpetuus est primus regni nothi modus 104.g. 109.q. ex eorum numero, qui suo arbitratu res gerunt. 104.g.

Dux in bello, seu exercituum est rex quarti modi. 108.b.p.109.f.

Solus principatus rerũ bellicarũ cum cura sacrificiorũ relictus regibus posterioribus seculis. 108.x.

Creantur in quibusdam rebuspublicis exercituum duces, à magnis censibus, & magna ætate 83.o p.

In qualibet reipublicæ forma potest existere militaris principatus perpetuus. 112.c.118.r.

Quid sit militaris principatus perpetuus. 112. c. *non constituit formam vllam reipublicæ.* 112. b.

Militaris principatus plenam, absolutamque potestatem habens qualis esset antiquis temporibus. 104.g.& inde.

Discit officium, & imperium suum dux exercitus parendo. 26.d.

Duces exercituum potestate similes sunt regibus primi modi, tempore imperij ab ijs differunt. 104.i.

Est vnus è maximis magistratibus exercituum ducatus. 83.o.

EXilium, Exules.

Exilium aliud perpetuum, aliud incerti, aliud præfiniti temporis. 96.a.& inde.

Species exilij ostracismus, relegatio, deportatio, aqua, & ignis interdictio, & ad quod genus vnaquaque harum specierũ pertineat. 2.p.96. a.& in.

Exules perpetui quomodo, & quomodo exules ad tempus sint ciues. 2.p.

Sunt exilia modi quidam cautionum primi generis quibus opprimunt praua respublicæ excellentias virtutis, & potentię ciuilis. 96.a.

Exules Mitylenęorum. 107.b.

EXterni homines non sunt ciues, quamuis iura fori habeant. 2.f.

Custodiri principem ciuitatis ab externis. quære Custodia.

EXterni sermones. 42.b.

FAber facit nauis gubernaculum. 82. quatenus cognoscat, iudicetque illud. ibidem.

FAcere, & Effectio.

Effectio, seu functio muneris est vna quasi pars è duabus operis, & actionis omnis. 25.c.d.

Quicquid factum est ab eo, qđ ipsius efficiendi plenam potestatem habet, est iustè tale vel simpliciter, vel ex hypothesi. 9.a.

Scientia faciendi res ad viuendum necessarias non est necessaria imperanti, sed ei, qui paret. 25.e.

Qui facit rem, ęam cognoscit. 82.k.l.

FAcultas pro vi, & potestate. quære Potestas. Pro arte, et scientia. quære Ars.

FAlsum & iniustum non sunt idem. 8.m.

FAmiliæ nomen. 62.g.

FErendi verbũ vel pro pati, vel pro gignere. 136.b.f.

FIdes, Fideles.

Ante cellere priuatis ciuitas debet fide. 25.a.

FIdeliores diuites pauperibus. 91.†.d.

Est fides fundamentum iustitiæ, omniumque societatum humanarum. 91.†.

Actus fidei pręstandæ & habendę quàm vtiles ciuitati. 91.†.

Fidem qui tollerent, tollere Solem è mundo. 91.†.

FIlius. vide Pater.

FInis.

Finis actionis nomine operis designatus. 17.d.

Finis summus, & præstantissimus, & causa formalis rei idem sunt. 62.†.

Definitio finis pręstantissimi, qui est tanquam forma, & causa formalis. 59.d.62.†.

FLorentiæ principatus quo tempore similis Aesymnetiæ. 107.a.

FLuuios eosdem dicere solemus, licet alio semper succedente latice, alio excedente. 13.d.e.

FOedera de bellica societate. 58.g.

FOelicitas, Fælix, Fæliciter.

Fæliciter viuere idem, quod bene, honestè, ex virtute, & vitam perfectam, ac seipsa contentam viuere. 62.t.u.

Expertia sunt fælicitatis, quæ sunt electionis expertia. 57.g.

Fælicitatis propriè dictæ nec bellua vlla, nec seruus, nec puer est particeps. 57.f.g.

Fælicitatis fundamentum virtus, si non fælicitas. 57.g.

Fælix, & optima vita cum omnibus virtutibus in iustitia ciuitatis continetur. 87.g.

Fælicitas in solo actu viuendi sine dolore posita à quibusdam. 41.n.o.

Bene viuere, idest beatè, fæliciter, ex virtute viuere, vel fælicitas, est finis summus, & præstantissimus ciuitatum. 41.f.g. h. 89. k. & inde. *qui est eius tanquam forma, & causa formalis, constituens & conseruans eam.* 56.ad 64. Schol.an.57.56.59. 62. *Est alter è duobus finibus ciuitatum veris, ac perfectis, ad quos cęteri fines, bonaque ciuitatum reducuntur.* 57.a,b. *Est finis ciuitatis fælicitas non solùm actiua, sed etiam spectatiua.* 63.f.

FOntes eosdem dicere solemus, licet alio semper succedente latice, altero excedente. 13.d.e.

FOrma, Formalis causa.

Nomen formę, & causę formalis. 60.†. *Forma, & essentia intima nomine generis designata.* 95. i.

Forma, & finis summus cuiuslibet rei quà idem, quà diuersa. 62 †. *Causa formalis rei, & finis summus, ac pręstantissimus sunt idem.* 62.†.

Compositum omne, & quicquid præditum forma est, idem est, aut diuersum pro eâdem, vel diuersâ forma. 13.p.q.

Forma nulla destruit subiectum suum. 62.c.

FOrmula, gręcè τύπος, duo significare potest. 16.e

FOrtasse. 84.b.

INDEX.

FOrtitudo differentis rationis, & modi in viro, & in muliere. 28 e.

FOrum iudicij. Nomen fori quid significet. 2.f.
Iura fori quę sint. 2.e. g. Iurium fori qui externorum hominum participes, & qui habitatorum non perfectè participes. 2.f.g.
Ius fori ciuem non facit, nisi fortè solo nōie. 2.e.f.

FOrum venale. Negotiatione fori qui decem annos continuos non abstinuißent, arcebantur magistratibus vbi. 36.b.

FVnctio muneris. Vide Facere.

FVnerum pompę. vide Pompę.

GAbij. ciuitas. 96.g.

GEns pro familia. Nomen gentis. 62 g.

GEns. quæ etiam Natio.
Gentes, & barbari pro eodem. 105 f g. Gentes seruiles natura 105.f Gens vnaquaque suarum rerum communium summam potestatem habet quomodo. 110.e Gentis vnius, aut plurium administratio domestica qualis principatus. 110.e.

GEnua ciuitas. Ducatus Genuæ qualis magistratus. 118.t.u.

GEnus Nomen generis pro forma, & essentia intima 95.i. Pro conditione, & statu rei 95.i. Pro gente & familia 62.g. Pro nobilitate. 63.d.

GEnus pro forma. Quæcunque generis eiusdem sūt, possunt inter se comparari. 95.h.

GEnus pro familia.
Genus, et domus quomodo inter se habeant. 62.g.
Genus totum antecellens virtute. 137.b. 139.e. Genus regium. 137.f. Regna ex genere. vide Hæreditaria.

GEnus pro nobilitate. vide Nobilitas.

GEometram eligere rectè est eorum, qui rerum † Geometricarum aut scientes sunt, aut periti. 81.o.

GErusia, magistratus Lacedæmoniorum. 5 p.

GIgnere. Verbum ferendi pro gignere. 136.b.f.

GLoria. Ad gloriam consequendam initur aliquando societas bellica. 61. q.

GOrgias Leontinus. Responsio eius ad dubitationem quandam, & responsionis confutatio. 7.e.& inde.

GRæci nationes omnes alias vocabant barbaros. 105. f.g. Minus seruiles naturâ q̃ barbari. 105.g. Mos priscorum Græcorum creandi Aesymnetas. 107.

GVbernaculum nauis. Facit gubernaculum faber & vtitur eo gubernator. 82.n. Cognoscit, indicatque melius gubernaculum gubernator, q̃ faber. 82.n.

GVbernator nauis. Ars gubernatoria.
Gubernator modus vnus nautarum. 17.e.& inde.
Est semper vnus è nauigantibus cur. 42 q u.
Spectat per se, & simpliciter bonum eorum, quos naui vehit; suum ex accidenti. 42. r. s. t. u.
Imperat ars gubernatoria semper ad eorum, quibus imperatur, non ad imperantium vtilitatem, nisi fortè ex accidenti. 42.n.& inde. Vtitur gubernaculo. 82. n. Cognoscit, indicatque meliùs gubernaculum, quàm faber, qui illud facit. 82.n.
Eligere rectè gubernatorem quorum sit. 81.p.

GYmnastes quis. 42.p.

GYmnastica ars imperat semper ad eorum, quibus imperatur, non ad imperantium vtilitatem, nisi fortè ex accidenti. 42.n.& inde.

GYmnica certamina. 88.λ.μ.ν.

HAbitare, Habitatores, Incolere.
Habitandi, & † Habitatorum in ciuitate rationes, & modi. 8 f.g b.30.b.i.k.
Habitare in ciuitate quomodo ciues, quomodo peregrini, quomodo inquilini. quomodo serui. ibidem.
Habitatio non facit ciuem, nisi fortè nomine. 2.c.
Habitatores primi vrbium an ciues. 7.n.
Eademne maneat ciuitas, quandiu manet in eodem loco idem genus habitatorum. 13.

HAbitus, & priuatio. Ex habitu cognoscitur priuatio. 44.†.

HAereditaria regna quę. quæ minimè. Schol.an. 103.
Sunt hæreditaria regna primus eorum modus. 104. x. 109. r. & secundus 105. e. 107. d. 109. k. & quartus 108. c.

HElena picta à Zeuxide Crotoniatis, vel Agrigentinis. 76. c.

HArmonia eadem, vel diuersa ex qua re. 13: s. t.
Harmonia Doria, & Phrygia. ibidem. Soni harmonię ibidem.

HArpocrationis locus citatus. 2. b.

HErcules relictus ab Argonautis cur, & vbi. 96.e.

HErodoti loci citati. 8 e. 96. g.

HEros, vir supra modum, & conditionem humanam excellens virtute. vide etiam in Bono viro.
Vocantur heroes viri supra modum virtute præstantissimi. 95 l.
Possint ne esse heroes in natura rerum. 95. a.& in. &, si vnus possit, an possint plures. b.
Quot, & quę ad efficiendū heroē concurrant. 95.i.
Conditio, & natura heroum. 95.i.
Heroes, & Diuini homines qui 65. e.f. 95. b.
An sit verè homo heros, & quomodo differat, quomodo non differat ab alijs hominibus. 95. i. K.
Sunt heroes medium quoddam inter homines, & angelos genus. 95. h.
Heroica virtus quæ. 95. a. & in.
Vita heroum qualis. 95. b.
Leges in heroas ferendę non sunt. 95. i. K.
Heroes soli possunt esse veri reges. vide Rex.

HEroica tempora, idest prisca. 108. a u. 109 c. Heroicorum temporum regna. 108. 109. c.

HEtrusci. 58. c.

HIeronymus Mercurialis. 42. p.

INDEX.

HIppocratis praeceptum de tempore medicamenti propinandi. 113. g. h. loci citati. 105. b. 113. g. h.

HOmeri cathena. 101. i.

Loci citati. 37. e. 104. a. & in. 127. e. f.

HOmo. Diuisio hominum εἰς σπουδαίους, καὶ μὴ σπουδαίους, ἀλλὰ πολλούς, idest in probos, & in non probos sed multos. 75. a. quomodo firma sit hęc diuisio. 76.

Vicissitudo ortus, & interitus hominum. 13. e.

Iidem'ne homines dicendi quàmdiu idem genus eorum manet: licet alij intereant semper, alij nascuntur. 13. g.

Carere patibili anima homo nullus potest. 122. †.

Subsidia vitę humanae omnia ex agris. 91. e.

Supra humanum genus in genere quodam superiori proximo angelis quae res nos collocet. 95. i.

Viri quomodo ciues. vide Ciues.

Definitio hominis. 95. i.

Homo est mens admixta affectibus, seu cum belluis copulata. 122. a. & in.

Homines ęquales, & inaequales. vide Aequales.

Hominum paucitas, & multitudo in ciuitate quarum rerum causa. 36 g h.

Homo est ciuile, & sociabile natura animal. 41. e.

Prudentiae, & virtutis initium, & particulam aliquam habet homo vnusquisque, quatenus est homo. 75. d. Dubitatio hinc exoriens: qūo igitur sunt aliqui nō probi, q probis opponātur: et eius solutio. 76

Virtus viri & mulieris. quaere Virtus, Bonus vir. Fortis, Modestus, Perulans, Timidus, Temperans vir, & mulier. Contrà.

Sensum quendam pulchritudinis à natura occultū omnes homines habent. 75. l. m.

Imperium hominis quid. 122. b. Qui hominem iubet imperare, is addit ad hominem, vel ad mentem belluam. 122 b Quatenus dominari in ciuitate homo imperans, & magistratus debeat. 85. e. & in.

Munerum maximorum participes, & domini ciuitatis abiectissimi homines magis, quàm egregij viri quibus in rebuspublicis. 3. d.

Hominum principatus cum principatu legum comparatus. vide Legum principatus.

Officium viri in administratione rei familiaris qd, quod mulieris. 28. g.

Affectus in aīa exorientes homo habet. 72. c. Carere affectuum radice, & subiecto homo nullus potest. 113. n. o.

Electio propria hominum perfectorum. 57. g. Consultare ꝑ re nata de singulis vir optimus pōt. 113. p

Sunt hoīes, & hoīum multitudines materia cōes ciuitatū, vicorū, domorū, & societatū aliarū. 6. c.

Superari hoīem vnū ab ira, aut aliquo alio affectu, facile; multos simul, difficile. 114. m. n. p.

Imago hoīs vnius multos pedes, multas manus, multos sensus, &c. habentis. 75. e. & inde.

Medium quoddam inter homines & angelos genus. heroes sunt. 95. h.

HOnestas multo minùs, quàm vtilitas, spectatur in ciuitatibus prauarum rerumpublicarum. 98. a. Honestae res sunt, quae imperātur ciuili imperio. 25. †.

Honestè viuere. quaere Fœliciter viuere.

HOnor, & ignominia duae è quatuor causis finalibus seditionum. 71. †. Notati ignominia tam perpetua, quàm temporali, an & quatenus ciues. 2. o.

Honorata domi nobilitas. vide Nobilitas.

Honores ciuitatis, qui sūt magistratus definiti. vide etiam Magistratus.

Honores sunt magistratus definiti. 3. d. Sunt magistratus, & imperia. 71. e.

Ius honorum, non est idem, quod magistratus indefinitus. 3. d.

Particeps honorum qui est, dicitur maximè ciuis. 37. b. qui nō est particeps, est tanquā inquilinus. d.

Expertes honorum vbi multi sunt, quae sequantur. 71 g 72. 79 g. & inde.

Inhonorati sunt, quicunque magistratuum, & imperiorum ciuilium non sunt participes. 71. c. d.

Vendicent probabiliter quot, & qui sibi honores ciuitatis, & quibus rationibus. 89. e. & inde

Honores ex virtute, & dignitate distribui quid significet, & quibus in rebuspublicis sic distribuantur. 35. d. Bonum, pro cuius praestantia tribuendi sunt honores oēs ciuitatis, est prudētia, & virtus. 137. †. Tribuendos esse honores ciuitatis ex virtutis pręstātia dicētes retunduntur. 93. f. g. & inde.

Tribui honores ęquales, inaequales aequalibus, inęqualibus hominibus. vide Aequale, & Inaequale.

HYperides auctor citatus ab Harpocratione. 2. b.

IAsonis dictum. 22. m.

IDem, & diuersum.

Idem vel numero, vel specie, vel genere. 10. b.

Eosdem dicere fluuios, & fontes semper solemus, licet diuersa sit aqua. 13. d. e.

Quibus differentijs notisue res aliquae sunt inter se diuersae; illae differentiae, & notae sunt earum rerum formę, vel ad formas earum pertinent. 39. h. i.

IDiotae quidam sunt aliquando participes iudicandi de operibus aliquarum artium, eligendique earum artifices quomodo. 81. q. r. Non meliùs iudicant de operibus illis; nec hos artifices meliùs eligūt, quàm faciant scientes. 81. f.

IGnis interdictio. vide Interdictio.

IGnobiles. vide Nobiles.

IGnominia. vide Honor.

IMperium, Imperare, Parère, Imperans, Parens. Imperium Hominis, Legum, Artium, Domesticum, Dominicum, Coniugale, Paternum, Ciuile, seu ciuium proprium, Liberorum siue liberale, siue Ingenuorum

nuorum

nuorum, Regium, Aristocraticum, Reipublicæ propriè appellatæ, Tyrannicum, Oligarchicum, Democraticũ, Vnius, Multorũ, Iustum, Iniustum.

Vocabulorum. Vocabulum imperij cum potestate, & sine potestate pro libero, & astricto legibus. 115.l.

Nomen ciuilis imperij vnde. 26.c. Pro imperio reipublicæ sic propriè appellatæ. 133.c. Aliquando communiter pro eo, quod de omnibus rebuspublicis dicitur: aliquando propriè pro eo, quod de populari statu, & de vocata propriè republica duntaxat. 136.d.i.

Nomen domestici imperij, & imperij in omnem domum quid significet. 42.b.

Nomen imperij liberorum quid significet. 27.d.

Partitionum. de Modis imperij vbi dictum. 42.b.

Modi, & genera imperiorum multa. 40.b. Schol. ante secundum. c.d. Genera multa imperiorum hominum in homines. 26.a.

Genera summa imperij ad vitæ nostræ societates ciuiles, domesticasq; pertinentis duo 40 b. 42. Vnũ, quo per se imperantis, parentis ex accidenti vtilitas quæritur. 42 c.d.e f. Alterum, quo per se parentis, imperantis ex accidenti. 42 b. De his duobus imperij modis concordia Aristotelis, & Platonis. 42 a.

Iniustitia. Iidem homines semper, alij imperant, alij parent in † domesticis imperijs, in † regio, & in † aristocratico. 136.d.i.

Eosdẽ ciues alij similes imperare semper, & alios semper parère, iniustum. 119.g.

Vicissim modò parère, modò imperare ciues omnes, vt ciues sunt, necessarium. 101. b. Virum supra modum præstantem virtute non decet. 137.n.

Vicissim omnes aliquando imperant, aliquando parent in † republica propriè vocata, & in † democratia. 136.d i.

Vicissim parère, & imperare omnes ciues est forma reipublicæ propriè appellatæ: est natura rerum, iustitiaque distributiua consentaneum: est salutare ciuitati. 119.b. est lex. 120 a.

Principatus ciuitatis, quo vicissim cuncti ciues imperant, & parent. vide Principatus ciuitatis.

Causarũ. Inter causas † probi imperij numeratur non concitari affectibus. 113 m.

Est in solis ciuitatibus rectè institutis, & rebuspublicis rectis † ciuile imperium. 26.b.

Ad propagandum imperium iniri bellica societas potest. 61.q.

Quibus in rebuspublicis sit † dominicum imperium. 43.g.

Imperare, & parère multitudo quæ possit. 136.m.

Regi imperio † ingenuorum multitudo quæ possit. 136.g.

Parère aliquando cadit necessariò in cunctos ciues 95.f. Parère alijs non debent viri supra modum virtute excellentes. 95.l. Participes imperij, & ministros suos quos monarchi faciant, & cur. 129. f. & inde. 130.†.

Parère præstantioribus se, honorificum, & vtile: ignominiosum, & damnosum, si imperarent ipsi illis, qui parent. 71 c.

Imperandi & parendi particeps quomodo ciuis in vniuersum, quomodo optimæ reipublicæ ciuis, & vnusquisque aliarum. 94.K. & inde.

Parentes naturà sunt seruus, mulier, puer. 28.b.

Quibus personis propriè, & per se imperetur † dominico imperio: quòd seruis, seruilibusque hominibus; ac ministris omnibus, operarijs, artificibus, agricolis 25.b. & inde. Regi dominico imperio naturale ijs, qui sunt seruiles naturà 105.f.l. Perferunt dominicum imperium minimè molestè barbari, & Asiani homines. 105.i. duabus de causis f.l.

Quibus ciuibus imperetur dominico imperio. 25.o.

Quibus personis imperetur † ciuili imperio: quòd liberis & similibus genere. 25.†. 26.b.

Volentibus qui, & inuitis qui imperent. 105. r.s. q. 107.u.

Quæ res imperentur † dominico imperio: quòd res ad vitam, victumque quotidianum necessariæ, vtilitatis eius, qui imperat, priuatæ gratià. 25.b. Quę † ciuili imperio: quòd pulchræ, & honestæ. 25.†.

Pares, & similes similiter ĩperare oportet. 131.b.

Causa, vt vir probus imperet, est præstantia virtutis. 127.a.

Imperare bene, & bene parère à Virtutibus moralibus, & à Prudentia. Contrà.

Necessaria parenti non prudentia, sed opinio vera pro ea. 28.m u.

Generis; Imperium altera duarum partium, quibus munus publicum omne continetur. Schol. ante secundũ b. In quo imperiorũ genere sit imperiũ † ciuile. 26.a.

Definitionum. Definitio imperij † ciuilis. 25. †. 26. b. Definitio † dominici. 25. †.

Imperantes, & parentes † ciuili imperio sunt soli ciues ciuitatũ rectè institutarũ. 26. b. Imperãs, id est ad imperandum in ciuitate idoneus est solus vir ciuilis. 22. b.

Imperia & magistratus sunt honores ciuitatis. 71.e.

Imperium proprium † ciuium est imperium † magistratus. Schol. an. 2. d.

Imperium † legum quid. 122. a.f.

Recta, iustaq; imperia ex naturali iustitià tum quo sola imperantium vtilitas quęritur, tum quo vel sola parentium, vel parentium, & imperantium communis, quęnam. 43. †. Iniusta imperia in vniuersum quæ. 8. n.

Differentiarum constituentiũ, & proprietatum. Imperandi, & parendi omnibus in rebus, in quibus sunt imperans, & parens, vera causa secundum naturam, & rationem, quòd illud sit melius; hoc deterius. 101. l. Differunt quomodo inter se imperare,

perare, & parère. 28.c.
Distinctio, & differentiæ ciuilis, & dominici imperij. 25 a.& inde.
Propria conditio † ciuilis imperij, vt discamus imperare parendo. 26.d.ad l.
Regium est, imperare in volentes. 105.q 107.u.
Quantitatis *Multos esse, vel paucos, qui imperent, nõ variat mores hominum, & fundamenta reipublicæ.* 50. e. *paucitas, & multitudo imperantium in ciuitate accidentia perpetua, aut penè perpetua oligarchię, & democratiæ.* 46. s. t. 48. ad 53. 50. e. & in. 51. e. *ex his accidentibus imposita à vulgo nomina democratię, & oligarchię, neglectis veris differentijs, quare.* 51. e.
Qualitatis *Iniustum imperium nihilominus esse verum potest.* 8. u. & in.
Qui bene paret ciuili imperio, vir, & ciuis bonus, est liber naturà. 28. b.
